PROMPTUARIUM CONNUBIALE. HOC EST: THEMATUM BIBLICORUM, ...

Felix Bidembach

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
4 B
7
FONDO EBORENSE

Digitized by Google

PROMPTVARIVM CONNVBIALE.

HOC EST:

THEMATVM BIBLICORVM, SIVE LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

TALIVM, QVÆ IN FESTIVITATIBVS nuptiarum pro Concione tractari poſſunt, DISPOSITIONES breues & ſuccinctæ CENTVM, pro tyronibus in Miniſterio Eccleſiarum Ducatus Wirtenbergici, concinnatæ;

PER

FOELICEM BIDEMBACHIVM D.
Eccleſiaſten in aula Wirtenbergica.

ACCESSIT IN FINE TRACTATVS BREuis de cauſis Matrimonialibu, nunc paſſim ab authore recognitus & auctus, in qua præcipua non tantum capita Ordinationis Matrimonialis Wirtenbergicæ, ſed & difficiliores quidam alij caſus breuiter explicantur.

Conſcriptus pro iiſdem per eundem F. B.

Cum Indice rerum & locorum memorabilium.

Cum priuilegio Ducis Saxoniæ.

FRANCOFVRTI,
Typis Wolffgangi Richteri, ſumptibus Ioannis Berneri.

M. DC. XII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILI, PIETATE, ERVDITIONE, VIRTVTE, IVDICII DEXTERITATE, RERVMQVE VSV præſtantiſſimo viro, D. Ioanni Sattlero, Illuſtriſſimo Duci Wirtembergico à Secretis, &c. Domino & compatri ſuo honorando, atque chariſſimo.

DE coniugio non omnibus temporibus idem iudicarunt omnes Chriſtiani quidem rem honeſtam, & quod authorem Deum habeat, ſanctam atque diuinam iudicarunt ſemper: nec immerito. At qui Dei, idem & Coniugij aduerſarius eſt, hanc ipſius Omnipotentis Ordinationem, vt ſapientiſſimam, ita generi humano vtiliſsmam, miris artibus conuellere, conſpurcare, imo & penitus abolere, eiusque loco promiſcuas libidines, atque turpiſſimum concubinatum introducere tentauit: non tantum per manifeſtos hæreticos, Marcionitas, Manichæos, Encratitas & Tatianos, atque alios Eccleſiæ hoſtes, verum etiam per eos, qui vna nobiſcum nomen Chriſti verbis profitentur. Hi ſcilicet ſunt, qui à fide Catholica & Apoſtolica deſciuerunt, iam doctrinis Dæmoniorum adhærent, & attendunt ſpiritibus impoſtoribus per ſimulationem falſiloquorum, cauterio notatam habentium conſcientiam, prohibentium contrahere matrimonium. &c. *vt Paulus habet* 1. *Timoth.* 4. *Illis cœlibatus, quem mirifice commendant, placet, ſordent nuptiæ, quibus non cœlum, ſed terram ſaltem impleri garriunt.*

Non defuerunt, ex illis, qui coniugium vitæ genus impurum, Deo minus placere contenderent: inepte ſimul & impie locum Pauli Roman. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, contra coniugium torquendo: & qui ad perfectionem tendentibus cõiugium maxime vitandum ſuaderent. Infinita alia partim in ipſum Deum, authorem coniugij contumelioſa, partim ſtulta & ridicula, hoc loco lubens prætereo.

Contra hunc Aſmodæum (ita enim liber Tobiæ Diabolum matrimonij hoſtem vocat. Tob. 3: quia id nomen Perditorem *ſignificat) cum omnibus ſuis affectis, frequenter ex ſacris ſcripturis pugnandum: Coniugij vero (quod Apoſtolus inter omnes honorabile eſſe voluit, Hebr. 13.) honorem conſtanter aſſerendum, nemo bonus inficiabitur. Ideoque in ſolennitatibus nuptiarum conciones de Coniugio, & coniugum officijs alijsque cognatis materijs, ad populum haberi, vtile atque neceſſarium eſt.*

Talium Concionum ſummulas aliquot, Centum videlicet Thematum ſacrorum Diſpoſitiones, hoc libello iunioribus Eccleſiæ Miniſtris exhibere volui: non quod ipſi meliores hiſce dare non poßint, nec etiam quod meas ineptias tantopere ipſe admirer: ſed quod illi dudum plurimis ad me datis literis haſce efflagitarint.

Cum enim ſuperioribus annis, pro Diaconis & tyronibus, nuda non nuptialia tantum, ſed & funebria ſacra themata, ſiue ſententias Biblicas in chartas conieciſſem, & cum Manuali meo Anno 1603. edito inſeruiſſem: non deſtiterunt (præter meam expectationem) me rogare quamplurimi, vt illis etiam breues Diſpoſitiones mox ſubijcerem;

ijcerem, quemadmodum Euangelijs & Epiſtolis Dominicalibus (eodem Manuali comprehenſis) tum factum cernerent. Cumque nec forma Enchiridij paulo ſpiſsioris, neque etiam cæteræ meæ occupationes tum temporis id facere paterentur: ego vero ſubſequentibus annis peculiari libello Thematum tum funebrium, tum nuptialium Diſpoſitiones emittendas promiſiſſem, in meque recepiſſem: non potui toties hactenus inſtantibus atque vrgentibus, non iunioribus tantum, ſed & de Eccleſia iam dudum bene meritis Miniſtris Verbi, hanc meam exiguam opellam denegare. Et optarem ſane, me ſimul & ſemel tam funebrium Thematum, quam nuptialium Diſpoſitiones, potuiſſe illis tradere, id vero tum alij, tum hi etiam labores, quos edendis Homilijs Patrui mei (in libros Samuelis & Regum) hactenus impendi; ferre recuſarunt. Nuptiales vero haſce Conciunculas, hortatu nonnullorum bonorum, cæteris præmittere volui, quia funebrium multo maiorem, quam nuptialium copiam ad manus habere Miniſtri Eccleſiarum dicebantur.

Lucem tamen etiam, Deo vitam & vires clementer largiente, videbunt, Funebrium Thematum Diſpoſitiones, vbi poſterior pars earum, de quibus modo dixi, Homiliarum Patrui mei D. Balthaſaris Bidembachij p. m. expedita fuerit: quod breui fututum ſpero.

Quæ vero in diſponendis hiſce, de quibus ſæpe dixi, Thematibus, vſus fuerim Methodo, non opus erit hoc loco explicare: cum quiuis facile poſsit animaduertere, non omnium eandem fuiſſe rationem Thematum, ideoque etiam pro varietate Textuum, varia (in vniuerſum autem

potiſſimum triplici) methodo ſententias illas ſacras expoſitas fuiſſe. In quibus paulo fui prolixior, quam in prioribus Euangeliorum & Epiſtolarum Diſpoſitionibus, cum nonnulli breuiores illas, quam ipſi velint eſſe, ad me retulerint. Quod ſi tamen in his etiam aliquid deſiderari poterit (vt ſane poterit poterit plurimum) id temporis anguſtiæ, & cæteris meis occupationibus non tantum, ſed & ſimplicitati meæ tribuendum ſciant omnes. Nec offendet (puto) lectorem, quod iidem loci communes & doctrinæ ſæpius occurrunt: cum materiæ ſimilitudo atque cognatio non aliter ferat, & eiusdem doctrinæ crebrior etiam ad auditores facta repetitio, eosdem certiores faciat, Paulo in Philip. 3. teſte.

Tandem etiam de Appendice huius libelli breuiter aliquid dicendum erit. Cum frequenter hoc exulcerato ſeculo ad Miniſtros Eccleſiæ (non minus quam ad Polyticos) deferantur, litigioſæ & difficiles, vel diſſidentium coniugum, vel matrimonium temere contrahentium, mox vero pœnitentium, atque reſilientium, querelæ, & officij partes requirant prius, cum illis hiſce de rebus tractare, quam ad Ordinarium Iudicem & Forum matrimoniale remittantur: Iudicauerunt nonnulli viri graues & prudentes, operæ prætium me facturum, ſi breues aliquot commonefactiones de caſibus matrimonialibus huic libello ſubiecerem.

Quamuis vero facile intellexerim, quam grauem in me reciperem prouinciam, enodandis & explicandis nonnullis ſpinoſis admodum atque intricatis, ſed & ſatis ambiguis quæſtionibus (vbi non facile omnibus ſatisfieri poteſt)

noluit

noluit amen pie monentibus refragari. Non quod ſecreta Conſiſtorij Matrimonialis (cuius ego, licet indignus, per complures annos pars ſemper minima fui) pandere: aut præiudicia conſignare, vel proceſſum Matrimonialem (quæ res ad Iureconſultos, non ad Theologos pertinet) conſcribere, animus ſit: ſed vt habeant iuniores & ſimpliciores Eccleſiarum Miniſtri Ordinationis Matrimonialis aliqualem explicationem vberiorem: & ſimul in quibusdam, ijsque quotidie occurrentibus caſibus, guſtum aliquem percipiant quid; vbi cauſæ illæ Matrimoniales ad Iudicem ordinarium deuolutæ fuerint, ſpectari ſoleat: Vt ſic illi partes diſſidentes præmonere: & de futuris litium euentibus commonefacere poſſint.

In cæteris vero quibusdam quæſtionibus; cum non meam, ſed clariſſimorum Theologorum, & Lutheri, Brentij, Philippi, Hunnij, Winckelmanni, &c, ſequutus fuerim ſententiam, nihil me præter veritatem ſcripſiſſe puto: Si enim maxime ſint, qui diuerſum ſentiant; nihil tamen (meo quidem iudicio) erit incommodi: cum amicus interdum ab amico (vt Auguſtinus loquitur) ſalua veritate diſſentire poſſit: & ego ſimul nemini his meis commonefactionibus quicquam nec velim, nec poſſim præiudicare.

Fui autem in his omnibus breuior; cum aliorum & Theologorum & Iureconſultorum vberiores de hac materia Tractatus paſſim extent: & pleraque ad Coniugium & Cauſarum Matrimonialium cognitionem atque diiudicationem pertinentia, prolixe, eleganter & perſpicue (ſi quidem mihi de Iureconſulti ſcripto iudicare liceat) jam ante tradita ſint per Nobiliſſimum & Clariſ-

ſimum Iureconſultum Saxonem, Dominum Ioachimum à Beuſth in Planitz, &c. Cuius labor prius in multorum manibus verſatur, quo etiam manuductore me ſæpius vſum fuiſſe non diffiteor.

Hunc vero meum laborem omnem (ſi tamen eſt hic labor dicendus) tibi Vir præſtatuiſſime, Domine & Compater honorande, amice ſingularis atque chariſſime, pluribus de cauſis dicare atque conſecrare conſtitui: non quod hac ratione tua in me collata beneficia compenſari poſſe iudicem: ſed quod tui in me meriti, meique in te viciſſim amoris, hoc publicum ad poſteros etiam noſtros tranſiturum teſtimonium, gratique erga te animi qualecunque indicium extare velim.

Et quia tuus in Religione ſincera zelus, tuumque in audiendis, non tantum ſacris concionibus, ſed euoluendis (quantumcunque per infinitas propemodum occupaiones tuas fieri poteſt) variis ſcriptis Theologicis ardens ſtudium animus quoque tuus plane Theologicus, & cor Theologophilum (nihil hic me dare auribus, ſed veritatem profiteri, omnes mecum Collegæ teſtes erunt locupletiſſimi (ſatis ſuperq; cognita ſunt, non dubitaui, quin hiſce meis Conciunculis legendis, iudicandiſue, minime ſis futurus iniquus. Quibus ſimul tibi, Diuina ita volente clementia, pro tempore Viduo, perſuadendum putaui, vt accreſcentibus prouectioris ætatis tuæ annis, corporis vero viribus (per innumerabilem negotiorum tuorum multitudinem) quotidie decreſcentibus, de alijs votis mature cogites: ne vel in ſenecta deſit, quæ corporis tui piam & ſolicitam curam ſuſcipere poſſit.

Digitized by Google

Quia vero metuebam, vna aut altera Concione animum tuum expugnari non poſſe: centum id Concionibus facere tentaui. Simulque Deum precor, vt tibi propediem de Coniuge pia & honeſta clementer proſpiciat cum qua non minus placide & tranquille viuere poßis, quam cum priori, quæ cum filio Dei viuit.

Deus Optimus Maximus te Eccleſiæ & Reipublicæ noſtræ, ſed & filijs tuis duobus dilectiſſimis, atque toti familiæ & cognationi honeſtiſſimæ, quam diutiſſime ſoſpitem conſeruet, atque tandem beet in æternum. AMEN.

Stutgardiæ ex Muſeo meo. 30. Ianuarii Anno 1605.

T. Præſtant.

addictiſſimus.

Felix Bidembch. D.

In Promptuarium Connubiale

REVERENDI CLARISSIMIQVE VIRI, DOMINI

FELICIS BIDEMBACHII, SS. Theologiæ Doctoris, Illuſtriſſimi Ducis Wirtembergici Conſiliarii Eccleſiaſtici & Concionatoris, Aulici,

IOANNES GEORGIVS HVNGERLINVS, CONSILIARIVS

Wirtembergicus, & Synedrii Eccleſiaſtici DIRECTOR.

IPſe licet ſtygius carpat connubia Dæmon,
  Vituperans caſti fœdera ſacra tori:
Inuiſamque Deo vitam putet eſſe iugalem,
  Pontificum Romæ luxurioſa cohors:
Nil eſt (crede mihi) toto pretioſius orbe,
  Coniugio. Verum qui negat iſta, negat.
Namque Creatoris ſumma hinc ſapientia noſtri
  Emicat, & caſti eſt ſanctio ſancta Dei.
Quin Chriſtus voluit thalamum decorare iugalem,
  Mutando in vinum nobile, fontis aquas.
Ergo Deo gratam cupiens traducere vitam,
  Fœdera legitimi diſcat inire Tori.
Odit adulterium, punit mala ſcorta ſequentes,
  Et genus omne ſtupri, qui regit aſtra, DEVS.
Hæc animo verſans fœlici ſydere natus
  Doctor, FELICIS omne & omnem habens,
Edidit eximios, en BIDEMBACHIVS, hoſce
  Tractatus: miræ dexteritatis opus.
Qua propter ſoluet maritas Eccleſia grates.
  Authoris prohibens Nomen in orbe mori.

DE-

DESIGNATIO LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ ſiue Thematum, quæ hoc libello explicantur.

Ex veteri Teſtamento.

Gen. 1. v. 27 Maſculum & fœminam creauit Deus. pag. 1
Gen. 1. v. 28. Benedixit Dominus primis coniugibus. 5
Gen. 2. v. 18 Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. 9
Gen. 2. v. 21. Eua formatur ex coſta viri. 13
Gen. 1. v. 23. Adducit Dominus Euam ad Adamum. 16
Gen 2. v. 23 Adam agnoſcit Euam carnem de carne ſua. 19
Gen. 3. v. 19. In ſudore vultus veſcaris pane. 24
Gen. 11. v. 29 Abraham & Nahor ducunt vxores. 28
Gen. 24. v. 1. Abraham de filii nuptiis ſollicitus. 33
Gen. 24 v. 10 Eleaſaro in Meſopotamia Rebecca obuiam fit. 38
Gen. 24. v. 31. Eleaſar obtinet filio Rahelem. 43
Gen. 24. v. 55. Rebecca adducitur Iſaaco 52
Gen. 24. v. 62. Iſaaco oranti Rebecca obuiam venit. 56
Gen. 25. v. 1. Abraham. ducit Cethuram. 60
Gen. 25. v. 21. Rebecca ſterilis fit grauida. 64
Gen. 29. v. 18. Iacob Rahelem diligit & pro ea ſeruit. 7. annis. 68
Iud. 14. v. 1. Samſon petit vxorem Philiſtæam. 75
Ruth. 3. v. 9 Ruth expetit nuptias Boozi. 82
Ruth 4 v. 9 Booz ducturus Ruth publice id proponit. 87
Ruth. 4. v. 13. Booz & Ruth coniugibus naſcitur Obed. 92.
1. Sam. 18. v 28. Michal datur Dauidi dilecto ſponſo. 99
1. Sam 25. v. 40 Dauid nuptias Abigailis ambit. 106
2. Sam 12. v. 8 Dauidi Deus vxores dedit in ſinum ſuũ 111
Eſth. 1. v. 22. Vir ſit Dominus in domo ſua. 115
Eſther. 2 v. 18. Eſther fit coniunx Regis Ahaſueri. 121
Pſal. 127. Niſi dominus ædificauerit. 128

Pſalm.

Pſalm. 128. Beati omnes qui timent Dominum. 134
Pſal. 128 v 3 Vxor comparatur viti. 140
Prou. 5. v. 19. Lætandum cum iuuencula, quæ eſt ſicut Capreolus. 145
Prou. 11. v. 16. Mulier gratioſa conſeruat gloriam. 150
Prou. 12 v. 4. Mulier diligens corona viri. 156
Prou. 14. v. 1. Sapiens mulier domum ædificat. 161
Prou. 17. v. 1. Melior eſt buccella in pace quam copia in iurgio. 165
Prou. 18. v. 22. Qui mulierem inuenit, bonum inuenit. 168
Prou. 31. v. 14 A Domino vxor prudens. 175
Prou 31. v. 10. Mulier pretioſior margaritis. 180
Prou. 31. v 10. Virtutes bonæ mulieris. 183
Prou 31. v. 30 Mulier timens Dominum laudanda. 191
Eccleſ 3. Tempus ſaltandi. 196
Eccleſ. 4. Væ ſoli. 200
Eccleſ. 9. Cum vxore viuendum ſuauiter. 205
Cantic. 8. v. 6. Dilectio fortis vt mors. 209
Ezech. 24. v. 16 Mulier dicitur deſiderabile oculorũ 214
Malach. 2. v. 15. Mulier iuuentutis non deſpicienda. 218
Mal. 2. Vxor fœderis & ſocia vitæ dicitur. 222
Iudith. 8 v. 29. Encomium Iudit. ſancta, timẽs Deum 225
Tob. 1. v. 9. Tobias nupſit Annæ. 229
Tob. 2. v. 9. Anna labore manuum ſuſtentat virum. 232
Tob 4 v. 13. Tob. Iunior abſtineat à fornicatione. 234
Tob 6. v. 10. Angelus Tobiæ pronubus. 237
Tob. 7. v. 10. Tobias petit Saram. 240
Tob. 7. v. 14. Sara promittitur Tobiæ. 244
Tob. 8. v. 16. Tobiæ & Saræ Neogamorum preces. 248
Tob. 9. v 3. Tobias Gabalum inuitat ad nuptias. 253
Tob. 9. v. vlt Conuiuium nuptiale Tobiæ. 257
Tob. 10. v. 12. Sara dimittitur à parentibus. 261
Syr. 4. Vir non ſit Leo in domo. 265
Syr. 7. v. 16. Laborem non fugiat vir. 269
Syr. 7. v. 21. Auro pretioſior mulier. 273
Syr. 7. v. 2. Filiæ deſponſandæ viris. 277

Syr. 7. v. 28 Vxor dilecta non odio habenda. 282
Syr. 9. v. 1. Zelotypia vitanda. 287
Syr. 9. v. 2. Vxor non dominetur viro. 293
Syr 13. v. 19 Omne animal diligit ſimile. 298
Syr. 25 v. 1 Tria placent Deo & hominibus. 302
Syr. 26. v. 1. Mulier bona prolongat vitam viri. 307
Syr, 26. v. 16. Laudatur mulier gratioſa tacens, morata, pudica. 313
Syr. 26. v. 21. Soli comparatur mulier. 320
Syr. 26. v. 22. Candelabro & columnis aureis ſimilis vxor. 324
Syr 37. Laudatur mulier formoſa, manſueta, proba, 328
Syr. 37. Felix cui contingit vxor bona, οἰκουρός. 334
Syr. 41. v. 23. Amicitia firmiſſima inter coniuges. 339

Ex nouo Teſtamento.

Matth. 19. v. 10. Non omnes capiunt ſermonem. 343
Marc. 2. v. 19. Filii thalami nō ieiunant preſente ſpōſo. 348
Marc. 10. Matth. 19. A Deo coniunctos homo non ſeparet. 353
Luc. 1. Zacharias Sacerdos Eliſabeth vxorem habet ſterilem. 359
Ioan. 2. Nuptiarum ſolennitas in Cana. 365
Ioan. 2. Hoſpites ad nuptias in Cana inuitati. 370
Ioan. 2. Quid ad nuptias in Cana acciderit. 374
Ioan. 3. v. 29. Qui ſponſam habet, ſponſus eſt. 378.
Rom. 7. 1. Cor. 7 Viro alligata vxor. 384.
1. Cor. 7. Propter vitandam fornicationem coniunx fiat homo. 388
1. Cor. 7. v. 9. Melius nubere, quam vri. 394
1. Cor. 7. v. 28. Ducens vxorem non peccat: crucem autem ferat. 400
1. Cor. 7. v. 29. Vxores habentes ſint, tanquam non habentes. 406
1. Cor. 11. v. 8, Non vir ex muliere, ſed contra. 412
Epheſ. 5, Vxor ſubdita ſit viro, ſicut Eccleſia Chriſto. 416

Epheſ. 5.

Digitized by Google

Eph. 5. Viri diligant vxores, ſicut Chriſtus Eccleſiam. 426
Epheſ. 5. Coniugium myſterium magnum. 424
Coloſſ. 3. v. 18. Vxores obediant: Viri diligant. 428
1. Theſſ. 4. Vnuſquiſque poſſideat vas in honore. 433
1. Tim. 2. v. 9. Mulieres veſtiantur decenter. 438
1. Tim. 2. v. 12. Mulier diſcat, non doceat. 443
1. Tim. 2. Mulier ſalua fit per generationem. 447
1. Tim. 3 Epiſcopus vnius vxoris maritus ſit. 4[illegible]
1. Tim. 3. v. 8 Diaconi & vxores illorum quales eſſe debeant.
1. Tim. 4. v. 1. Doctrina Dæmoniorũ ꝓhibere nuptias 471
Tit. 2. Anus inſtruant adoleſcentulas: Adoleſcentes caſti ſint. 477
1. Pet. 3. Saræ exemplum imitentur mulieres. 483
Heb. 13. Honorabile coniugium in omnibus. 488

INDEX.

ſiue

DESIGNATIO PRÆCIPVORVM CAPItum atque Quæſtionum memorabilium; quæ in Appendice libri huius explicantur.

CAPVT I.

1. *An liberi poſſint ſine conſenſu parentum contrahere matrimonium.*
2. *An iuramento facta promiſſio poſſint reſcindi à parentibus.*
3. *An parentum conſenſus attendatur, ſi res non ſit integra.*
4. *Vtrum parentes teneantur diſſenſus ſui rationem reddere.*
5. *Quando parentes conſenſum non poſſint reuocare.*
6. *Vtrum diſſenſus matris etiam valeat.*
7. *Quod aui & auia eadem poteſtas defunctis parentibus.*
8. *Vtrum parentes nuptias liberorum ſemper poſſint impedire.*
9. *Vtrum parentes poſſint liberos cogere ad matrimonium.*
10. *De aſſenſu liberorum.*

11. *De*

11. *De conſenſu curatorum & propinquorum.*

C A P. II.

1. *De promiſsionibus clandeſtinis.*
2. *An copula carnalis matrimonii promiſsionem iuuet.*
3. *Quare ſtuprator non cogatur ducere vitiatam.*
4. *Quando clandeſtinitas non vitiet matrimonium.*
5. *Quando publica ſponſalia præferantur clandeſtinis.*
6. *Qui duabus promiſit matrimonium, quā cogatur ducere.*
7. *Vtrum Magiſtratus cogere poſsit ad conſummandum matrimonium.*

C A P. III.

1. *Quinam gradus cognationum lege diuina ſint prohibiti.*
2. *An prohibitio legis Moſaicæ pertineat ad Nouum Teſtamentum.*
3. *An Leuit. 18. tantum perſonæ ſint numerandæ, an verò gradus.*
4. *Quid de Patriarcharum coniugio ſentiendum.*
5. *Lutherus in quo errauerit circa hanc quæſtionem.*
6. *An liceat ducere filiam ſororis vxoris.*
7. *An neptem illius? aut ſimili gradu cognatas.*
8. *Quæ ratio prohibitionis in gradibus præcedentibus.*
9. *Diſpenſatio vtrum habeat locum in gradibus lege diuina prohibitis.*
10. *Quibus generibus cognatorum prohibitum matrimonium in ordinatione Wirtembergica.*
11. *An liceat coniungi cognatis in 2. gradu conſanguinitatis.*
12. *De tertio gradu conſanguinitatis.*
13. *De gradibus affinitatis prohibitis.*
14. *Quare plures gradus lege municipali prohibiti, quam diuina.*
15. *Quibus præter cognatos & affines matrimonio interdictum in Ordinat. Wirtemb.*
16. *Quinam gradus in Papatu ſint prohibiti.*
17. *Diſpenſatio quando & in quibus gradibus locum habeat.*
18. *Quibus affinibus liberum ſit contrahere matrimonium.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

De raptu & vicoactis, vel dolo inductis mulieribus.

CAP. V.

1. *Quando adulterij cauſa poſsit fieri diuortium.*
2. *Vtrum parti nocenti alia vota permittenda.*
3. *De adulterio ſponſi & ſponſæ.*
4. *Vtrum faciendum diuortium, ſi quis duxerit compreſſam ab alio.*

CAP. VI.

1. *Propter rixas, iurgia, verbera non fieri diuortium.*
2. *An propter ſæuitiam, machinationem vitæ atque veneficium fieri poſsit diuortium.*
3. *An propter lepram, Epilepſiam & furorem atque morbos incurabiles poſsit fieri diuortium.*
4. *An propter delictum alterius coniugis poſsit diuortium fieri.*

CAP. VII.

1. *An propter deſertionem poſsit fieri diuortium,*
2. *De reditu Deſertoris.*
3 *De deſertione ſponſi & ſponſa,*
4. *An propter negatum debitum coniugale poſsit fieri diuortium.*
5. *An propter impotentiam poſsit fieri diuortium.*
6. *An impotenti matrimonio prorſus interdicendum.*

SINGVLARES QVÆSTIONES.

1. *De matrimonio leprorſorum, ſtultorum, cæcorum mutorum & ſurdorum, paralyticorum & ſimilium.*
2. *Vtrum quis poſsit ducere eam, quam polluit per adulterium.*
3. *An liberi ex illegitimo concubitu nati, poſsint fieri legitimi.*
4. *An ſponſalia ebrietate contracta reſcindi poſsint.*
5. *Vtrum liceat ducere coniugum infidelem.*
6. *De matrimonio iuuenis & vetulæ.*

THE-

THEMA:

Ex Gen. 1. v. 27.

Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.

Anno 1601. In nuptijs nobiliſſimi Domini Heinrici Eraſmi ab Oberuitz: & nobiliſſimi Domini Conrad Deuffeln à Pirckenſeh, &c. vna die celebratis. 19. Octob.

DISPOSITIO.

INSIGNE Myſterium pandit nobis Moſes pauculis hiſce verbis: Oſtendens Deum ad imaginem ſuam conditurum hominem, feciſſe illũ maſculum & fœminam, hoc eſt, duo in carnem vnam primitus creaſſe: Virũ quidem ex limo terræ, fœminã autem ex coſta viri: atque ita coniuges homines fieri voluiſſe innuit, ſicq; coniugium ordinaſſe. Quando igitur in honorem præſentium Nuptiarum maiori numero cõuenimus, non quidem de Dei imagine in homine (quam Paulus perfectione qualitatum, iuſtitia ſcilicet & ſanctitate vera definit, Epheſ. 4. v. 24.) ſed de materia propoſito noſtro ſeruiente tractabimus.

1. Audituri primum, QVARE DEVS VIRVM ET FOEMINAM creauerit & coniunxerit, atque ſic coniugium inſtituerit.

2. Ex hac autem diuina ordinatione, 1 Doctrinam, 2 Conſolationem, 3 Admonitionemque nos percepturos, Paulus author eſt. 2. Tim. 3.

I.

Quamuis in arcanis Dei Myſterijs non liceat nobis

 inqui-

inquirere, cur ita fecerit Deus. Prouerb. 25. v. 2. Si enim Regi non licet dicere, cur ita facis? Eccleſ. 8. v. 4 quanto minus Deo? Et in his tota ratio facti conſiſtit in potentia facientis, vt habet Auguſtinus: Tamen hæc quæ verbo ſuo expreſſit, licet nobis inueſtigare, & ſcrutari. Ioan. 5. Has itaq; ſequẽtes cauſas cõiunctionis VIRI ET FOEM. ſiue inſtituti coniugij nobis expreſſit Scriptura.

I. Vt hac ratione genus humanum propagaretur: ſicq; terra & ſuo tempore cœlum impleretur.

Hanc fuiſſe cauſam teſtantur verba Geneſ. 1. verſ. 28. Creſcite. Repetita. Geneſ. 9. v. 1.

Potuiſſet Deus ex maſſa terræ innumeros formare homines: ſed mediante coniugio id fieri voluit, per maſculum & fœminam.

Ceſſet hic ratio humana obloqui Deo. Luc. 7. verſ. 35. Atqui ſtultitia. 1. Cor. 1. v. 25.

Nec alia via etiam poſt lapſum voluit genus humanum propagari, Gen. 3. Excepto eo, quod dolor partus acceſſit, & concupiſcentia praua. Deleto etiam vniuerſo genere humano (paucis exceptis) per diluuium, eandem rationem ſeruauit. Gen. 9. v. 1.

Hoc itaque ſapientiſſimum conſilium ſit, neceſſe eſt.

II. Altera ratio propter hominem acceſſit, vt ſcilicet beatius viueret, ſi haberet vitæ ſocium. Non enim videbatur bonum, hominem eſſe ſolum.

Atqui non vir cum viro, nec fœmina cum fœmina beatæ potuiſſet viuere: ideoq; MASCVLVM ET FOEMINAM fecit. vt ſic coniuges viuerent.

Ideo dicitur Mulier adiutorium. Gen. 2. v. 18. Et ſocia viri Malach. 2. v. 14.

Vtque eſſet par ſimilimum: ideo vna caro fieri debent. Gen. 2. v. 24.

Agnoſcit hoc & prædicat Adam, Gen. 2. verſ. 24.

Si id neceſſe fuit in ſtatu innocentię ad perfectam beatitudinem huius vitæ; magis poſt lapſum neceſſe eſt, eſſe maſculum & fœminam, vt vir habeat adiutorium: Et

Et vxor caput habeat. Tum demum alter alterius ope indiget. Agnoſcit hoc Salomon : Væ ſoli. Eccleſ. 4. vide ibi plura v. 10.

Hinc tot Encomia commodæ vxoris. Non tantum dicitur iucunditas oculorum, Ezech. 24. v. 16. Sed donum nobiliſſimum, Syr. 26. Margaritis nobilius, Prouerb. 31. Et auro vtilius Syr. 7. v. 21.

III. Cauſa inſtituti coniugij ante lapſum non erat neceſſaria. Sed quia ſapientiſſimus Deus lapſum præuidit, ordinauit ſimul etiam medium, quo lapſis proſpiceretur. Eſt itaque viri & fœminæ legitima coniunctio, remedium contra concupiſcentias prauas & vagas libidines.

De quo Paulus, 1. Cor. 7. v. 2. & v. 9.

Coniugium veram eſſe caſtitatem recte defendit Paphnutius. Et hæc eſt voluntas Dei. 1. Theſſ. 4. Id vt fieri poſſit, hortatur Paulus, 1. Cor. 7. v. 3. 4. 5. Huc pertinet etiam id Eccleſiaſtis 9. v. 9. Prou. 5. v. 19.

IV. Coniugij ordinatio myſterium magnum continet. Eſt enim typus Chriſti & Eccleſiæ. De quo Paulus. Epheſ. 5. v. 32. & præcedentibus.

Cæteræ cauſæ inſtituti coniugij breuitatis cauſa hic omittuntur.

II. *Vſus præcedentis tractationis.*

I. Faciunt hæc primo ad doctrinam : vt ſcilicet admirandam Dei ſapientiam agnoſcamus, quod hoc modo genus humanum, per maſculum & fœminam propagari voluit.

Non enim inter minima miracula numerari debet ſobolis procreatio, & artificioſa corporis humani ſtructura, quæ in abſcondito fit. Agnoſcit hoc Dauid. Pſal. 22. v. 10. Et Pſal. 139. v. 14. Iob. 10. v. 8.

II. Conſolationem petere poſſumus ex Prouidentia diuina quod is viro à ſe creato, tam paterne proſpicere de adiutorio non eſt dedignatus. Et inprimis hæc conſolatio facit pro coniugibus. Tu Domine non tantum finxiſti,

ſed etiam coniunxiſti nos. Tu nos etiam huic tuæ vocationi ſeruientes conſeruabis.

Et quia ſciunt ſe viuere in ſtatu, non impuro & carnali, ſed diuino, poſſunt ſeſe etiam rebus aduerſis ingruentibus ſolari, quod Deum nihilominus habeant propitium.

Imitentur autem Deum creatorem, & cum ſciant ipſum diligere ſuas creaturas, pios coniuges: Ita ipſi ſeſe inuicem diligant, cum vna ſint caro. Vide Epheſ. 5. Eſa. 58. Carnem tuam ne deſpexeris. Malach. 2. Noli contemnere ſociam. Alioquin hoc cedit in ignominiam Dei. Et vt poſſit dilectio eſſe mutua: Vir non ſit Leo. Syrac. 4. verſ. 35. Mulier non ſit Draco. Syr. 25. verſ. 23.

III. Monemur ne Dei ordinationem conuellamus, perturbemus, inuertamus. Qui enim creauit maſculum & fœminam, hoc eſt, coniuges, vt per illos propagetur genus humanum, ideoque non per vagas libidines voluit multiplicari homines. Noluit Deus plures eſſe, quam maſculum & fœminam, aut plures quam duo in carne vna Matth. 19. Gott hat auch nicht Huren vnnd Buben geſchaffen/ vt per illos multiplicaret genus humanum, ſed virum & fœminam. Propterea ſcortatores non tantum punit corporalibus pœnis, Syr. 19. v. 3. ſed & æterna damnatione. 1. Cor. 6. Gal. 5. Epheſ. 5. Heb. 13. verſ. 4. Vbi non excipiuntur Cœlibes perſonæ.

Inprimis autem immaculatus eſſe debet thorus coniugalis. Heb. 13. Hic honor debetur creatori. Hæc eſt voluntas eius. 1. Theſſ. 4. His erit pax, & manet ſuper illis benedictio Domini, qui caſte viuunt in coniugio. Pſal. 128. Vide 1. Tim. 2. in fine.

THE-

THEMA II.

Ex Geneſ. 1. v. 28.

Benedixit illis Deus, & ait, creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam.

Eadem etiam eſt ſententia dicti,
Gen. 9. v. 1.

Benedixitque Deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos, creſcite & multiplicamini, & replete terram.

DISPOSITIO.

Magnum ſane & æternis laudibus dignum opus, quod Deus, cum ſeipſo poſſet eſſe contentus, amore tamen erga genus humanum inductus, hominem creauit ad imaginem ſuam, eumque maſculum & fœminam. Quod ſi vero creatos mox dereliquiſſet Dominus, & cæteris animantibus Adamum cum ſua Eua ſolum conuerſari voluiſſet; non habuiſſe homo, quod de Deo iure conquereretur. Aqui maius accedit opus Dei, quod creatis etiam benedictionem ſuam largiſſime impertitur. De qua breuiter quidem, ſed neruoſe ſcripta ſunt ea, quæ prælegimus verba. Et cum hæc prima ſunt verba Dei Omnipotentis ad homines, agite excutiamus illa & probe conſideremus.

1. Quid dixerit Dominus, & quid hæc verba velint.
2. Quibus hæc dixerit.
3. Et quare: vbi vſus verborum Domini patebit.

I.

Quod æternus & Omnipotens Deus Protoplaſtos ſuo dignatur alloquio, quam primum creati ſunt, magnæ humilitatis Dei, maximi autem amoris erga ipſos eſt haud leue indicium. Maius vero, quod non tantum dixit ad eos, ſed BENEDIXIT illis. Nec vno tantum aut altero verbo fauſta illis comprecatus eſt, ſed ſingulari benedictione illos proſecutus. Qualis eſt illa?

CRESCITE inquit, ſeu FRVCTIFICATE FRVCTVM FERTE. Creaui vos, ſed non ſolos, ita manere volo, verum vt creſcat numerus hominum, per vos efficiam. Vt vos habeatis, quibuſcum magis beate & iucunde poſſitis viuere, & vt ego habeam, in quibus mihi ſit complacitum.

2 Sed quomodo illud creſcere, aut fructificare intelligendum ſit, additur, MVLTIPLICAMINI. Ex vobis duobus ſobolis procreatione multos fieri volo, vt ſint ex vobis nati, & nati natorum, & multi naſcantur ex illis.

3. At quantus hominum numerus eſſe debet, aut quot ex illis poterunt aut debebunt naſci? Num mille, aut millies mille ſufficiunt? Nequaquam. REPLETE TERRAM. In tantum ſeſe extendere debet hæc mea benedictio, vt tota terra impleatur hominibus. Et hanc ob cauſam nō vos ſubieci terræ. SED VOS TERRAM SVBIICITE VOBIS. Terra vobis ferendis & alendis deſtinata, & creata eſt ad vſum veſtrum.

II.

Notandum vero, quibus hoc dictum fuerit, & ad quos pertineat hæc benedictio.

1. Loquitur Deus cum Protoplaſtis, & ſub perſona illorum, cum toto genere humano. Sicut enim primi homines benedictionem ſentiunt, quod ex ipſis naſcuntur homines, ita etiam durat hæc perpetua conſequentia ad omnes homines. Propterea, ſicut Prouerbio recte dicitur: Da Gott den erſten Menſchen geſchaffen / hat er den letzten vnter Augen geſehen: ita etiam Deus hac ſua benedictione allocutus primum hominem, reſpexit ſimul ad poſtremum hominem. Quia in lumbis Adami, totum genus humanum benedictum eſt his verbis.

2 Notandum autem, quod Dominus loquitur cum his, qui à ſe creati erant, MASCVLO, ſcilicet & FOEMINA, hoc eſt, cum coniugibus. Nec ſeorſim cum viro, nec cum fœmina ſeorſim loquitur. Ideoque nec dicitur,

Bene-

Benedixit illi, vel viro, vel fœminæ, ſed benedixit EIS. **Er ſegnet ſie/** vtrumque ſimul, quia vna erant caro. Id quare ſit factum, mox audiemus.

3. Benedixit ad hunc, quem ſupra diximus, modum, Protoplaſtis iuſtis, ſanctis, & imaginem Dei in ſe habentibus: adeo vt hoc, non alio modo, quam per maſculum & fœminam (etiã ſi in ſtatu integritatis permanſiſſent,) voluerit genus humanum propagare. Sic vero & ipſi genuiſſent ſanctos & bonos. Sed nec propter peccatum omnis hæc benedictio ſublata eſt. Licet enim ſobolis procreatio iam peccato infirmata ſit, & prauis concupiſcentijs deformata illa benedictio, (propterea tantæ difficultates, geſtationis, partus, & infinita alia accedunt) tamen eſt & manet adhuc illa Dei benedictio. Repetita etiam poſt lapſum, imo poſt diluuium, Gen. 9. v. 1. Et ſanctificata iterum Christi conceptione, atque natiuitate, his qui credunt in ipſum.

III.

Sed quis vſus eorũ, de quib. diximus? Multiplex certe.

I. Docemur enim, non naturaliter, non caſu fieri, vt homines ita multiplicentur ſuper terram: ſed vi PRIMÆ diuinæ benedictionis. Eſt omnipotentiæ ſimul & ſapientiæ diuinæ ſignum euidentiſſimum generis humani infinita illa multiplicatio, ab vno pari hominum deſcendens.

Verum hæc non amplius videntur nobis eſſe diuinæ benedictionis argumenta. Vileſcunt enim Dei miracula aſſiduitate, vt Auguſtinus docet.

Imo maledictionis loco multi numerant tantam hominum multitudinem, imo & prolis copiã. Quam quidem Scriptura expreſſe benedictionem vocat. Pſal. 128. 127. Cui obloquuntur ingrati illi homines. Grande hoc peccatum. Aliter olim Patriarchæ pij, Hanna 1. Sam. 1. Eliſabeth. Luc. 1. &c. ſentiebant.

II. Quod terra nos fert & alit, non noſtræ indu-

Digitized by Google

THEMA III.

Ex Geneſ. 2. verſ. 18.

Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium coram ipſo.

Anno 1600. 27. Maij. In nuptijs Nobilis Domini Chriſtophori ab HaugWitz.

DISPOSITIO.

Verba ſunt hæc Domini Dei omnipotentis, prolata ad nuptias nobiliſſimorum & ditiſſimorum primorum coniugum, Adami & Euæ, quibus vtrumq; tum côiugem ſui officij admonere voluit. Illa etiam præſentibus nuptiis ſeruire debent. Quemadmodum autem Deus non propter Adamum hæc dixit, ſed propter omnes futuros coniuges: Ita quæ his concionibus nuptialibus tractantur, non tantum ad præſentes Neogamos pertinent, ſed ad omnes eos, qui vel iam ſunt vel aliquando futuri ſunt coniuges. Sicut & alias admonitiones ad Baptiſmum ſolennes, non tantum propter vnum infantem baptizandum, ſed propter omnes baptizatos fiunt.

Cum autem verba Domini per ſe clariſſima ſint, quando ſcilicet ſic concludit ſancta Trinitas: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: atque vlteriori explicatione non egeant, ideoque in præſentia de his tantum dicemus.

1. Quare tum non fuerit (in conſpectu ſanctæ Trinitatis) bonum, hominem eſſe ſolum, & an eadem etiam hodie ſit ſententia.

2. Quomodo Deus homini proſpicere voluerit, ne ſolus ſit. Et quid ſingula nos moneant, ſubiiciemus.

I.

Sciendum autem hoc loco, quod per HOMINEM Deus intelligat Adamum, iam modo à ſe creatum. Non quod mulier non ſit homo, (vt quidam hinc, vel per io-

cum, impie tamen, vel ſtolide ſimul & impie colligere volunt) ſed quia præter ipſum nemo adhuc erat, qui ita appellandus eſſet. Hoc illi itaque nomen fuit perpetuum & vſitatum, vt ex Gen. 2. patet.

Cauſæ autem, quare Deus non iudicauit, expedire homini, vt ſolus ſit, plures ſunt.

1. Intellexit ſapientiſſimus omnium rerum opifex in vita ſolitaria non poſſe Adamum perfecta frui felicitate. Non erat quidem ſolus, ſi cætera animantia ſpectes: ſed ſolus erat homo. Eſt autem homo animal ſociale. Nec ſolus lætari poteſt, quantum cum aliis. In Deo quidem & in creaturis lætari poterat, ſed ſimile non erat in terris, quo cum gauderet.

Licet enim Melancholici maxime tum ſibi videntur fælices, cum ſoli ſunt: ex hoc ipſo tamen error iudicii apparet.

2. Conſtituerat Deus certa lege propagare genus humanum. Licet enim potuerit Dominus ſimul creare omnes vel plures homines, ſicut animantia plura ſimul iuſſit exiſtere (vt Auguſtinus loquitur) tamen aliter viſum Sacroſanctæ Trinitati: vt ſic ſemper alij continuo ordine aliis ſuccederent, qui Deum colerent.

Et hæc quidem maxime ante lapſum conſiderauit Altiſſimus. Verum quia tum etiam præuiderat hominis lapſum, aliæ acceſſerunt cauſæ, propter quas poſt peccatum tanto minus bonum erat, hominem, hoc eſt, virum eſſe ſolum.

3. Quia enim poſt lapſum homo multis ærumnis, labori & ſudori ſubiiciendus erat propter peccatum, proſpiciendum ei erat de ſocio laboris & doloris. Duo enim onus diuiſum facilius ferunt, quam vnus. Eleganter hoc tractat Salomon Eccleſiaſtis 4. cap. Si ceciderit ſub labore, manum porriget, qui vitæ ſocius eſt.

4. Quod ſi ſemper proſpera & lætiſſima vteretur fortuna, tamen non eſſet bonum hominem eſſe ſolum. Quis enim congauderet & congratularetur ipſi, ſi vitæ ſocium

non

non haberet? Sicut enim ærumnas ferre facilius poſſumus, ſi ſint qui compatiantur nobis & in quorum ſinum poſſimus effundere noſtrum dolorem: Ita gaudium noſtrum longe eſt maius & perfectius, ſi ſint qui congaudeant, & congratulentur. Patet id ex Parabola Luc. 15 v. 6. & 9.

5. Et quia viro poſt lapſum tantum oneris incumbit, vt in ſudore laborare neceſſe ſit, ad parandum victui neceſſaria: non poterat ſane is ſolus omnem rem familiarem ſimul adminiſtrare.

6. Tandem quia natura corrupta eſt peccato, noluit Dominus virum eſſe ſolum, vt omnes libidinis occaſiones vitaret. De quo 1. Cor. 7.

Doctrina, & vſus huius loci. Sicut ex his omnibus homo paternam plane curam & prouidentiam Dei Creatoris agnoſcere poteſt, ita ſimul admonetur, officii ſui partes requirere, vt gratus ſit Deo pro hoc beneficio, & agnoſcat ſapientiſſime Deum iudicaſſe, non eſſe bonam vitam viri ſolitariam.

Dupliciter autem peccatur hac in parte. At hoc loco non de aduerſariis, ſed de noſtratibus dicimus.

1. Sunt inter nos multi Cœlibatus impuri laudatores, qui Deo in faciem contradicunt. Quando enim dicit Dominus: Non eſt bonum Illi contrà, ſatius eſt virum ſolum viuere, 1. vel vt poſſint vago amori operam dare, qui non vni vxori alligari volunt. 2. Vel nec cogantur onera coniugii ferre. 3. Vel, quod Deo diffidant, quem putant duos aut plures non eadem ratione poſſe alere, qua vnum ſolum.

Sed ſi hæc vera ſunt, male Paulus: Melius nubere. 1. Cor. 7. Male Salomon: Melius eſt eſſe duo, quam vnum. Eccl. 4. Male ipſe Deus Non eſt bonum.

Neminem vero, qui continentiæ dono præditus eſt, cogendum dicimus, vt nubat. Sed non omnes capiunt verbum hoc Matth. 19. Vbi enim caſtitas illorum, qui caſtiſſimi eſſe volunt?

II. Sed

Digitized by Google

II. Sed & hi, qui coniuges viuunt, ſæpe contradicunt Deo, tum ſcilicet, quando ſuas vxores odiſſe cœperunt. Quis te mihi Diabolus aſſociauit? Quam eſſem beatus, ſi ſolus viuerem? &c. Erras ô Leo (Syrac. 4. v. 35.) in domo tua grauiſſime. Deus tibi dedit coniugem in ſinum tuum 2. Sam. 12. v. 8. quia præuidit, non eſſe bonum, vt ſolus ſis. Et ſi cogitare poſſes, quæ tua futura ſit conditio, ſi ſolus viuere cogereris, aliter ſentires.

II.

Quia non erat bonum, hominem eſſe ſolum, iudicauit, aliter ipſi proſpici non poſſe, niſi crearetur etiam adiutorium coram ipſo.

Et notandum, quod ſapientiſſimus & optimus Pater noluit addere viro ſocium, quem faſtidire poſſet, ſed adiutorium, quod CORAM IPSO, vel CVM IPSO eſſet. Et ideo ſimile aliquid creari debebat. Non enim poterat Adam habere aut aſſumere ſocium ex animantibus. Quia nulla inter ipſos ſimilitudo.

Adiutorium ergo commodiſſimum erat Heua, vxor, quæ cum ipſo eſſet, & cum qua ipſe lætari debebat, iuxta id, Prou. 5. v. 19. 20. Et fuiſſet ſane adiutorium ſuauiſſimum, ſi peccatum non interueniſſet. Sed eſt tamen adhuc adiutrix non peccati tantum, ſed etiam in reparationis ſtatu.

Non itaque ferendi ſunt, qui vxorem malum neceſſarium, impedimentum, &c. vocant. Et contra Deum inſurgunt, qui commodiori ratione proſpici potuiſſe homini, putant, quam adiugendo ipſi vxorem, quæ peccati eſſet cauſa.

I. DOCET vero hic titulus [ADIVTORIVM] quodnam ſit officium vxoris. Illa enim iuuare debet virum, 1. in conſolationibus, 2. precibus, 3. rei familiaris cura, 4. liberorum educatione, &c.

Talis erat Sara, Abigail, Eliſabet, &c.

Pretioſum tale adiutorium Margaritis, Prou. 31. auro, Syr.

Syr. 7. & Soli ſplendidiſſimo, Syr. 26. comparandum; Officium vxoris in curanda re familiari eleganter depingitur Prou. 31.

II. Quia verò CIRCA IPSVM, virum ſcilicet, eſſe debet adiutorium hoc, monetur, ne præter illum appetat alium, nec hinc inde curſitet ad alium maritum; Sed vt vitis parieti domus affixa manet (Pſalm. 128.) ita illa ſemper fido corde cum ſuo marito maneat.

Sed quando coram ipſo, vel circa ipſum (vt habet verſio germanico) eſt, non tamen ita ſit cum ipſo, vt videatur maritus ſecum habere & audire leonem fugientem; canem latrantem &c. Sed vt ouis placida atq; mitiſſima (2. Sam. 12. v. 3) & ſicut turtur ſocia vitæ fidiſſima, cohabitet marito. Qui & ipſe non ſit leo in domo, nec tyrannus. Syr. 4. Hoc Deo placet hominibuſque bonis. Syr. 25.

THEMA IV.

Ex Geneſ. 2 verſ. 21. & ſeqq.

Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.

DISPOSITIO.

Solent homines plerique ædificia ſplendide & magnifice à Magnatibus extructa, magna cum auiditate & iucunditate ſpectare. Et horum cauſa ſæpe proficiſcuntur ad peregrinas terras, nec pecuniæ nec tempori parcentes. At vero in verbis prælectis inſigne ædificium, ab ipſo Deo omnipotente extructum, ſpectandum nobis exhibetur. Quod dum conſideraturi ſumus, nec ſumptuum nec laboris quicquam impendendum erit. Nec etiam curioſitati tantum (quod plerunque alias fit) ſed magis vtilitati ſeruiet hæc ſtructura. Sicut igitur Salomon (1 Reg. 5.) ædificaturus, primum de Materialiis, (vt vocant) lignis, lapidibus, &c. ſolicitus eſt: poſtmodum ex-

Digitized by Google

ex illis conſtituit inſigne Templum: Ita pleriquæ hæc in ædificiis ſpectare ſolent. Hæc eadem & nos ex præſenti Textu conſiderabimus.

1. Materiam ex aqua.
2 Ipſam ſtrúcturam.

I.

Materia, ex qua Dominus fœminam ædificaturus eſt ipſe Adamus eſt.

Corpus enim Adami aperit Dominus, & coſtam inde deſumit cum carne vt inde extruat Heuam. Carnis enim & oſſis meminit Adam, quæ deſumpta fuerint ex carne & oſſibus ipſius:locum vero carne clauſit, ne eſſet deformitas vel hiatus in corpore.

Hæc omnia fiunt Adamo dormiente. Vtcunque autem grauis ſit ſomnus, hominem tamen non prorſus facit ἀναίσθητον, præſertim ſi latus illi aperiatur, At Dominus immiſit Adamo ſingulari conſilio ſoporem profundum, licet non grauem, ſed dulcem admodum & iucundum: vt nihil intelligat, ſciat vel ſentiat eorum, quæ cum ipſo aguntur.

I. Euam Dominus non ex limo terræ, ſed ex latere viri formare voluit, vt omne genus humanum ex vno homine diffunderetur, ait Auguſtinus, de Ciu Dei lib. 12.cap.21.

2. Vt maior eſſet amor inter ipſos coniuges, ſi vxor ex eadem carne cum ipſo viro crearetur Eph. 5. v 29.

3. Vt vinculum coniugale indiſſolubile eſſet & caro carni ſemper adhæreret.

II. Dormiente Adamo creatur Eua, ne is videretur Deo conſiliarius fuiſſe: vt acciperet adiutorium de carne ſua.

2. Vt eſſet illo hoc ſignum paternæ Prouidentiæ & ipſi Adamo, quod eo dormiente Deus ſit ſolicitus pro ipſo: & generaliter nobis omnibus, vt ſciamus, Deum nobis velle proſpicere de his, quæ adiumento eſſe poſſunt.

3 Vt

5. Vt intelligerent omnes, Deum etiam dormientibus & nihil tale cogitantibus deſtinare ſuas coniuges

Teſtantur id exempla Iſaaci. Gen. 24. Tobiæ. Tob 6. Ideoque nec malis artibus, nec etiam nimium ſolicite hoc agendum, vt adipiſcamur coniuges.

III. Mulier maritum honoret Non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. 1. Cor 11 v. 8. & ſeqq.

IV. Quia Adam nullum ſentit dolorem ex lateris ſciſſura: intelligitur; quanta futura fuerit felicitas, ſi Protoplaſtus non peccaſſet. Vixiſſent enim abſque dolore, &c. Nunc etiam dormientem hominem vel minima corporis afflictio excitare poteſt: & interdum vel vnius pulicis morſus ſomnum impedit. Quod merito nos peccati admonet.

II.

Ex coſta cum carne exempta è latere viri, Dominus vxorem ÆDIFICAT. Notanter hoc verbum ponitur. Eſt enim ſtructura mirabilis, & iucunda aſpectu ipſi Adamo, vt ex ſeqq. patet.

Notandum id etiam, quod Euæ non legitur inſpiraſſe Dominus ſpiritum vitæ, ſicut Adamo: ſed ædificaſſe dicitur illam ex coſta Adami, animata ſcilicet, ideoque noua anima non opus fuit Hæc eſt ſtructura vxoris.

Loci II. Partis.

I. Dei omnipotentis ſapientia elucet ex eo, quod tam elegantem ſtructuram ex coſta viri formare poteſt. Et eſt ſane corporis humani ſtructura inter maxima Dei miracula numeranda Si enim compagem totius corporis, & diſpoſitionem omnium membrorum ſpectes, incredibilis & ineffabilis artificii omnia ſunt plena De quo quis noſtrum cogitauit hactenus? Quis Domino pro membris corporis ſui integris gratias egit? Quis ſapientiam Creatoris dignis prædicauit laudibus? Rides hæc ratio humana.

II. Non

II. Non ſine graui Dei conſilio mulier è media corporis parte formata eſt, ex latere viri.

Non ex capite, ne dominetur viro Syrac. 9. verſ. 2. 1 Tim. 2. v. 12. Nec ex pedibus, ne contemptum habeatur, & pro ſcabello pedum ex latere ſumitur, vt ſciat maritus, ex carne ſua deſumptam, æqualem ipſi eſſe. Et gratiæ etiam conſortem. 1 Pet. 3. Habitet igitur cum ea tanquam cum ædificio Dei.

Nec poteſt maritus vxorem, vel ex hac vna cauſa contemnere, quod ſi materiam ſpectet, ex qua creata eſt mulier, viro nonnihil eſt nobilior. Tantum enim viro præſtat, quantum coſta hominis præſtat limo terræ. Ideoque etiam haud immerito particeps eſt gloriæ viri. Coruſcat enim radijs mariti. Quin & ipſa ſi pia, ſi prudens & diligens ſit, corona, gaudium, honor, decus viri nominatur à Spiritu ſancto 1. Cor. 11. v. 7. Syr. 26. v. 2. & 21. Et 36. v. 24 Prou. 12. v 4 Prou. 11. v. 16.

III. Viciſſim mulier diligat virum: quia vt formari ipſa poſſet, latus viri ſcindendũ erat, & pars aliqua corporis amittenda. Et ſciat ſe propter virum creatam, vt quod corpori viri demptum eſt, ipſa ſuo adiutorio ſuppleat.

THEMA V.

Ex Geneſ. 2. v. 23.

Et adduxit [Dominus] *eam* [Heuam] *ad Adamum.*

Anno 1597. 24. Maij. In nuptiis M. Iohannis Hippolyti Brentii, affinis.

DISPOSITIO.

Nuptiarum præſentium cauſa hodie frequentiores adſumus, vt videamus copulari nouos coniuges, & precibus noſtris illos iuuemus. Multæ autem & variæ ſunt hominum opiniones, de hac quæſtione, QVIS copulet coniuges. 1. Alij fortunæ adſcribunt. 2 Alij ſibiipſis, quod vel

vel arte vel dolo coniuges acquiſiuerint. 3. Alij proxenetis & internuncijs hoc tribuunt. 4. Multi (ex impatientia) Quis te Diabolus mihi aſſociauit, inquiunt? Alij aliter ſentiunt. Vt igitur de coniugio recte ſentiamus, & in eodem bene viuamus, hæc nobis iam occaſione Textus præſentis erunt tractanda.

1. QVIS copulet coniuges.

2. Et quis ex huius quæſtionis tractatione ad coniuges fructus redeat.

I.

Tres (ſcitis) ſunt ſtatus & ordines à Deo inſtituti. 1. Miniſterium Eccleſiæ. 2. Magiſtratus. 3. Coniugium.

1. Ad ſingulos vocat DEVS certas perſonas.

Ad Politiam Dauidem, Pſal. 78. v. 71. 72. Cyrum. Eſa. 45. Sic etiam hoc loco Adamum facit coniugem. Dicitur enim ADDVXISSE illam ad Adamum. Et fatetur Adam, Mulier, quam DEDISTI mihi. Gen. 3.

Et ſane dormienti de hac coniuge proſpexit: Cuius nuptias non ambiuit Adam, nec per internuncios ſollicitauit, nec Deo, vt crearet, author fuit.

2. Eundem vero Deum, Patrem Cœleſtem hodie etiam coniuges copulare, Scriptura author eſt.

Ego dedi vxores in SINVM TVVM. 2. Sam. 12.

A Domino mulier prudens. Prou. 19. Syr. 26. v. 3. & 17.

Agnoſcit hoc Abraham. Gen. 24. Deus mittet Angelum. Et Laban, à Domino, inquit, factum eſt. Ibidem. Idem teſtatur hiſtoria Tobiæ cap. 6. & ſeqq.

Experientia communis idipſum teſtatur. Multi enim coniunguntur, qui non viderunt hactenus inuicem, nec nouerunt Germanus Italam ducit. Hiſpanus Hungaram. Imo Dauid Abigaili nubit, quam occidere animus erat. 1. Sam. 25.

3. Notandum autem, Deum non ſemper eodem modo agere in copulandis coniugibus, quo hic copulat Adamum & Euam, immediate ſcilicet.

Nunc enim vel mediate agit, per parentes, cognatos, Curatores vel Tutores, &c. Hi adducere debent vxorem. Loquimur enim de matrimonio honeſto & legitimo.

Vel Deus mutuum amorem tacite inſtillat cordibus eorum, qui fieri debent coniuges, vt ſic occulto quodam modo diuinitus coniungantur, qui nihil tale vnquam cogitarunt.

Is etiam Pater Cœleſtis hunc amorem coniugalem, quem ipſe accendit in pijs Cõiugibus, conſeruat. Vt non tantum primis poſt nuptias menſibus inuicem diligant, ſed conſtanter retineant hunc amorem. Exempla: Abraham & Sara. Dauid erga Michal. 2. Sam. 3. verſ. 13.

II.

Quorſum vero hæc omnia? Videntur eſſe leuicula & vulgo nota. Atqui magna ex hac conſideratione ad coniuges redit vtilitas.

I Si à Deo accepiſti Coniugem, diligas eam propter Deum. Quicquid enim Deus dat, bonum eſſe oportet. Omne bonum deſuper. Iac. 1. Vidit Deus omnia, quæ fecerat, eſſe valde bona. Sed is etiam coniugem fecit. Ideoque nobile Dei donum dicitur. Syr. 26. Hinc vxores diligi Paulus mandat. Epheſ. 5

Sed & vxor virum ſciat eſſe donum Dei. Nam qui dedit viro vxorem, idem dedit vxori virum Et qui te membrum eſſe voluit, caput tibi hoc deſtinauit.

II. Quia Deus copulat coniuges, neceſſe eſt, vt hic ſtatus coniugalis placeat Deo. Quæ enim Deo improbantur, non promouet, nec ordinat.

Cohabitatio Herodiadis, inceſtæ nuptiæ Corinthij (1. Cor. 5.) cuiuſdam, Deo non probantur. Is etiam non coniunxit. Cum his autem Deus eſt qui in nomine ipſius ſunt congregati, Matth. 18.

Nec minimum eſt indicium cõiugij Deo placentis præſentia Chriſti in nuptijs in Galilæorum Cana celebratis.

bratis. Ioan. 2. Notanda hæc contra doctrinas Dæmoniorum. 1. Tim. 4.

III. Quia Deus coniunxit duo in carnem vnam, certum eſt, melius eſſe duo, quam vnum. Eccl. 4.

Duo enim onus coniugij ferent facilius. Et neceſſarium eſt viro adiutorium. Notandum hoc contra naſutulos quoſdam.

Et qui coniunxit, conſeruabit etiam: Dabit vitæ neceſſaria, & coniunctos beabit in vita æterna, Amen.

THEMA VI.

Ex Gen. 2. v. 23.

Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oßibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Vira, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna.

DISPOSITIO.

Hæc quæ prælegimus verba, non temere Adamo, amore ſponſæ excæcato, excidiſſe, ſed inſtinctu Spiritus ſancti ab ipſo prolata eſſe, Chriſtus author eſt, Matth. 19. optimus eorundem interpres. Et propterea poſteriora verba huius ſententiæ, non Adamo, ſed DEO tribuuntur ibi: quia diuino afflatu Triadis benedictæ hæc prolocutus eſt. Tanto igitur maiorem apud nos authoritatem habere merito debent: cum & Chriſtus & Paulus hanc materiam explicandam ſumpſerint. Continentur autem præcipua tria his verbis. Oſtenditur:

1. Quomodo placuerit Adamo Eua ſponſa, à Domino adducta.

2. Quod illi nomen impoſuerit Adamus.

3. Quas leges coniugi, ipſe Adamus primus maritus, ſanxerit.

cum, impie tamen; vel ſtolide ſimul & impie colligere volunt) ſed quia præter ipſum nemo adhuc erat, qui ita appellandus eſſet Hoc illi itaque nomen fuit perpetuum & vſitatum, vt ex Gen. 2. patet.

Cauſæ autem, quare Deus non iudicauit, expedire homini, vt ſolus ſit, plures ſunt.

1. Intellexit ſapientiſſimus omnium rerum opifex in vita ſolitaria non poſſe Adamum perfecta frui felicitate. Non erat quidem ſolus, ſi cætera animantia ſpectes: ſed ſolus erat homo. Eſt autem homo animal ſociale Nec ſolus lætari poteſt, quantum cum aliis. In Deo quidem & in creaturis lætari poterat, ſed ſimile non erat in terris, quo cum gauderet.

Licet enim Melancholici maxime tum ſibi videntur felices, cum ſoli ſunt: ex hoc ipſo tamen error iudicii apparet.

2. Conſtituerat Deus certa lege propagare genus humanum. Licet enim potuerit Dominus ſimul creare omnes vel plures homines, ſicut animantia plura ſimul iuſſit exiſtere (vt Auguſtinus loquitur) tamen aliter viſum Sacroſanctæ Trinitati: vt ſic ſemper alij continuo ordine aliis ſuccederent, qui Deum colerent.

Et hæc quidem maxime ante lapſum conſiderauit Altiſſimus. Verum quia tum etiam præuiderat hominis lapſum, aliæ acceſſerunt cauſæ, propter quas poſt peccatum tanto minus bonum erat, hominem, hoc eſt, virum eſſe ſolum.

3 Quia enim poſt lapſum homo multis ærumnis, labori & ſudori ſubiiciendus erat propter peccatum, proſpiciendum ei erat de ſocio laboris & doloris. Duo enim onus diuiſum facilius ferunt, quam vnus. Eleganter hoc tractat Salomon Eccleſiaſtis 4. cap. Si ceciderit ſub labore, manum porriget, qui vitæ ſocius eſt.

4 Quod ſi ſemper proſpera & lætiſſima vteretur fortuna, tamen non eſſet bonum hominem eſſe ſolum. Quis enim congauderet & congratularetur ipſi, ſi vitæ ſocium

non

non haberet? Sicut enim ærumnas ferre facilius poſſumus, ſi ſint qui compatiantur nobis & in quorum ſinum poſſimus effundere noſtrum dolorem: Ita gaudium noſtrum longe eſt maius & perfectius, ſi ſint qui congaudeant, & congratulentur. Patet id ex Parabola Luc. 15 v. 6. & 9.

5. Et quia viro poſt lapſum tantum oneris incumbit, vt in ſudore laborare neceſſe ſit, ad parandum victui neceſſaria: non poterat ſane is ſolus omnem rem familiarem ſimul adminiſtrare.

6. Tandem quia natura corrupta eſt peccato, noluit Dominus virum eſſe ſolum, vt omnes libidinis occaſiones vitaret. De quo 1. Cor. 7.

DOCTRINA, & vſus huius loci. Sicut ex his omnibus homo paternam plane curam & prouidentiam Dei Creatoris agnoſcere poteſt, ita ſimul admonetur, officii ſui partes requirere, vt gratus ſit Deo pro hoc beneficio, & agnoſcat ſapientiſſime Deum iudicaſſe, non eſſe bonam vitam viri ſolitariam.

Dupliciter autem peccatur hac in parte. At hoc loco non de aduerſariis, ſed de noſtratibus dicimus.

1. Sunt inter nos multi Cœlibatus impuri laudatores, qui Deo in faciem contradicunt. Quando enim dicit Dominus: Non eſt bonum Illi contra, ſatius eſt virum ſolum viuere, 1. vel vt poſſint vago amori operam dare, qui non vni vxori alligari volunt. 2. Vel nec cogantur onera coniugii ferre. 3. Vel, quod Deo diffidant, quem putant duos aut plures non eadem ratione poſſe alere, qua vnum ſolum.

Sed ſi hæc vera ſunt, male Paulus: Melius nubere. 1. Cor. 7. Male Salomon: Melius eſt eſſe duo, quam vnum. Eccl. 4. Male ipſe Deus Non eſt bonum.

Neminem vero, qui continentiæ dono præditus eſt, cogendum dicimus, vt nubat. Sed non omnes capiunt verbum hoc Matth. 19. Vbi enim caſtitas illorum, qui caſtiſſimi eſſe volunt?

II. Sed

II. Sed & hi, qui coniuges viuunt, ſæpe contradicunt Deo, tum ſcilicet, quando ſuas vxores odiſſe cœperunt. Quis te mihi Diabolus aſſociauit? Quam eſſem beatus, ſi ſolus viuerem? &c. Erras ô Leo (Syrac. 4. v. 35.) in domo tua grauiſſime. Deus tibi dedit coniugem in ſinum tuum 2. Sam. 12. v. 8 quia præuidit, non eſſe bonum, vt ſolus ſis. Et ſi cogitare poſſes, quæ tua futura ſit conditio, ſi ſolus viuere cogereris, aliter ſentires.

II.

Quia non erat bonum, hominem eſſe ſolum, iudicauit, aliter ipſi proſpici non poſſe, niſi crearetur etiam adiutorium coram ipſo.

Et notandum, quod ſapientiſſimus & optimus Pater noluit addere viro ſocium, quem faſtidire poſſet, ſed adiutorium, quod CORAM IPSO, vel CVM IPSO eſſet. Et ideo ſimile aliquid creari debebat. Non enim poterat Adam habere aut aſſumere ſocium ex animantibus. Quia nulla inter ipſos ſimilitudo.

Adiutorium ergo commodiſſimum erat Heua, vxor, quæ cum ipſo eſſe, & cum qua ipſe lætari debebat, iuxta id, Prou. 5. v. 19. 20. Et fuiſſet ſane adiutorium ſuauiſſimum, ſi peccatum non interueniſſet. Sed eſt tamen adhuc adiutrix non peccati tantum, ſed etiam in reparationis ſtatu.

Non itaque ferendi ſunt, qui vxorem malum neceſſarium, impedimentum, &c. vocant. Et contra Deum inſurgunt, qui commodiori ratione proſpici potuiſſe homini, putant, quam adiugendo ipſi vxorem, quæ peccati eſſet cauſa.

I. DOCET vero hic titulus [ADIVTORIVM] quodnam ſit officium vxoris. Illa enim iuuare debet virum, 1. in conſolationibus, 2. precibus, 3. rei familiaris cura, 4. liberorum educatione, &c.

Talis erat Sara, Abigail, Eliſabet, &c.

Pretioſum tale adiutorium Margaritis, Prou. 31. auro, Syr.

Digitized by Google

Syr. 7.& Soli ſplendidiſſimo, Syr. 26. comparandum, Officium vxoris in curanda re familiari eleganter depingitur Prou. 31.

II. Quia vero CIRCA IPSVM, virum ſcilicet, eſſe debet adiutorium hoc, monetur, ne præter illum appetat alium, nec hinc inde curſitet ad alium maritum, Sed vt vitis parieti domus affixa manet (Pſalm. 128.) ita illa ſemper fido corde cum ſuo marito maneat.

Sed quando coram ipſo, vel circa ipſum (vt habet verſio germanico) eſt, non tamen ita ſit cum ipſo, vt videatur maritus ſecum habere & audire leonem fugientem, canem latrantem &c. Sed vt ouis placida atq; mitiſſima (2. Sam. 12. v.3) & ſicut turtur ſocia vitæ fidiſſima, cohabitet marito Qui & ipſe non ſit leo in domo, nec tyrannus. Syr. 4. Hoc Deo placet hominibuſque bonis. Syr. 25.

THEMA IV.

Ex Geneſ. 2 verſ. 21. & ſeqq.

Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.

DISPOSITIO.

Solent homines plerique ædificia ſplendide & magnifice à Magnatibus extructa, magna cum auiditate & iucunditate ſpectare. Et horum cauſa ſæpe proficiſcuntur ad peregrinas terras, nec pecuniæ nec tempori parcentes. At vero in verbis prælectis inſigne ædificium, ab ipſo Deo omnipotente extructum, ſpectandum nobis exhibetur. Quod dum conſideraturi ſumus, nec ſumptuum nec laboris quicquam impendendum erit. Nec etiam curioſitati tantum (quod plerunque alias fit) ſed magis vtilitati ſeruiet hæc ſtructura. Sicut igitur Salomon (1 Reg. 5.) ædificaturus, primum de Materialiis, (vt vocant) lignis, lapidibus, &c. ſolicitus eſt: poſtmodum

ex-

Digitized by Google

ex illis conſtituit inſigne Templum: Ita pleriquæ hæc in ædificiis ſpectare ſolent. Hæc eadem & nos ex præſenti Textu conſiderabimus.

1. Materiam ex aqua.

2 Ipſam ſtructuram.

I.

MATERIA, ex qua Dominus fœminam ædificaturus eſt ipſe Adamus eſt.

Corpus enim Adami aperit Dominus, & coſtam inde deſumit cum carne vt inde extruat Heuam. Carnis enim & oſſis meminit Adam, quæ deſumpta fuerint ex carne & oſſibus ipſius: locum vero carne clauſit, ne eſſet deformitas vel hiatus in corpore.

Hæc omnia fiunt Adamo dormiente. Vtcunque autem grauis ſit ſomnus, hominem tamen non prorſus facit ἀναισθητον, præſertim ſi latus illi aperiatur, At Dominus immittit Adamo ſingulari conſilio ſoporem profundum, licet non grauem, ſed dulcem admodum & iucundum: vt nihil intelligat, ſciat vel ſentiat eorum, quæ cum ipſo aguntur.

I. Euam Dominus non ex limo terræ, ſed ex latere viri formare voluit, vt omne genus humanum ex vno homine diffundeletur, ait Auguſtinus, de Ciu Dei lib. 12. cap. 21.

2. Vt maior eſſet amor inter ipſos coniuges, ſi vxor ex eadem carne cum ipſo viro crearetur Eph. 5. v 29.

3. Vt vinculum coniugale indiſſolubile eſſet & caro carni ſemper adhæreret.

II. Dormiente Adamo creatur Eua, ne is videretur Deo conſiliarius fuiſſe: vt acciperet adiutorium de carne ſua.

2. Vt eſſet illo hoc ſignum paternæ Prouidentiæ & ipſi Adamo, quod eo dormiente Deus ſit ſolicitus pro ipſo: & generaliter nobis omnibus, vt ſciamus, Deum nobis velle proſpicere de his, quæ adiumento eſſe poſſunt.

3 Vt

Digitized by Google

3. Vt intelligerent omnes, Deum etiam dormientibus & nihil tale cogitantibus deſtinare ſuas coniuges Teſtantur id exempla Iſaaci. Gen. 24. Tobiæ. Tob 6. Ideoque nec malis artibus, nec etiam nimium ſolicite hoc agendum, vt adipiſcamur coniuges.

III. Mulier maritum honoret Non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. 1. Cor 11 v. 8. & ſeqq.

IV. Quia Adam nullum ſentit dolorem ex lateris ſciſſura: intelligitur; quanta futura fuerit felicitas, ſi Protoplaſtus non peccaſſet. Vixiſſent enim abſque dolore, &c. Nunc etiam dormientem hominem vel minima corporis afflictio excitare poteſt: & interdum vel vnius pulicis morſus ſomnum impedit. Quod merito nos peccati admonet.

II.

Ex coſta cum carne exempta è latere viri, Dominus vxorem ÆDIFICAT. Notanter hoc verbum ponitur. Eſt enim ſtructura mirabilis, & iucunda aſpectu ipſi Adamo, vt ex ſeqq. patet.

Notandum id etiam, quod Euæ non legitur inſpiraſſe Dominus ſpiritum vitæ, ſicut Adamo: ſed ædificaſſe dicitur illam ex coſta Adami, animata ſcilicet, ideoque noua anima non opus fuit Hæc eſt ſtructura vxoris.

Loci II. Partis.

I. Dei omnipotentis ſapientia elucet ex eo, quod tam elegantem ſtructuram ex coſta viri formare poteſt. Et eſt ſane corporis humani ſtructura inter maxima Dei miracula numeranda Si enim compagem totius corporis, & diſpoſitionem omnium membrorum ſpectes, incredibilis & ineffabilis artificii omnia ſunt plena. De quo quis noſtrum cogitauit hactenus? Quis Domino pro membris corporis ſui integris gratias egit? Quis ſapientiam Creatoris dignis prædicauit laudibus? Rides hæc ratio humana.

II. Non

II. Non ſine graui Dei conſilio mulier è media corporis parte formata eſt, ex latere viri.

Non ex capite, ne dominetur viro Syrac. 9. verſ. 2. 1. Tim. 2. v. 12. Nec expe dimus, ne contemptum habeatur, & pro ſcabello pedum ex latere ſumitur, vt ſciat maritus, ex carne ſua deſumptam, æqualem ipſi eſſe. Et gratiæ etiam conſortem. 1 Pet. 3. Habitet igitur cum ea tanquam cum ædificio Dei.

Nec poteſt maritus vxorem, vel ex hac vna cauſa contemnere, quod ſi materiam ſpectet, ex qua creata eſt mulier, viro nonnihil eſt nobilior. Tantum enim viro præſtat, quantum coſta hominis præſtat limo terræ. Ideoque etiam haud immerito particeps eſt gloriæ viri. Coruſcat enim radijs mariti. Quin & ipſa ſi pia, ſi prudens & diligens ſit, corona, gaudium, honor, decus viri nominatur à Spiritu ſancto 1. Cor. 11. v. 7. Syr. 26. v. 2. & 21. Et 36. v. 24 Prou. 12. v 4 Prou. 11. v. 16.

III. Viciſſim mulier diligat virum: quia vt formari ipſa poſſet, latus viri ſcindendū erat, & pars aliqua corporis amittenda. Et ſciat ſe propter virum creatam, vt quod corpori viri demptum eſt, ipſa ſuo adiutorio ſuppleat.

THEMA V.

Ex Geneſ. 2. v. 23.

Et adduxit [Dominus] *eam* [Heuam] *ad Adamum.*

Anno 1597. 24. Maij. In nuptiis M. Iohannis Hippolyti Brentii, affinis.

DISPOSITIO.

Nuptiarum præſentium cauſa hodie frequentiores adſumus, vt videamus copulari nouos coniuges, & precibus noſtris illos iuuemus Multæ autem & variæ ſunt hominum opiniones, de hac quæſtione, QVIS copulet coniuges. 1. Alij fortunæ adſcribunt. 2 Alij ſibiipſis, quod vel

Digitized by Google

vel arte vel dolo coniuges acquiſiuerint. 3. Alij proxenetis & internuncijs hoc tribuunt. 4. Multi (ex impatientia) Quis te Diabolus mihi aſſociauit, inquiunt? Alij aliter ſentiunt. Vt igitur de coniugio recte ſentiamus, & in eodem bene viuamus, hæc nobis iam occaſione Textus præſentis erunt tractanda:

1. QVIS copulet coniuges.

2. Et quis ex huius quæſtionis tractatione ad coniuges fructus redeat.

I.

Tres (ſcitis) ſunt ſtatus & ordines à Deo inſtituti. 1. Miniſterium Eccleſiæ. 2. Magiſtratus. 3. Coniugium.

1. Ad ſingulos vocat DEVS certas perſonas.

Ad Politiam Dauidem, Pſal. 78. v. 71. 72. Cyrum. Eſa. 45. Sic etiam hoc loco Adamum facit coniugem. Dicitur enim ADDVXISSE illam ad Adamum. Et fatetur Adam, Mulier, quam DEDISTI mihi. Gen. 3.

Et ſane dormienti de hac coniuge proſpexit: Cuius nuptias non ambiuit Adam, nec per internuncios ſolicitauit, nec Deo, vt crearet, author fuit.

2. Eundem vero Deum, Patrem Cœleſtem hodie etiam coniuges copulare, Scriptura author eſt.

Ego dedi vxores in SINVM TVVM. 2. Sam. 12.

A Domino mulier prudens. Prou. 19. Syr. 26. v. 3. & 17.

Agnoſcit hoc Abraham. Gen. 24. Deus mittet Angelum. Et Laban, à Domino, inquit, factum eſt. Ibidem. Idem teſtatur hiſtoria Tobiæ cap. 6. & ſeqq.

Experientia communis idipſum teſtatur. Multi enim coniunguntur, qui non viderunt hactenus inuicem, nec nouerunt Germanus Italam ducit. Hiſpanus Hungaram. Imo Dauid Abigaili nubit, quam occidere animus erat. 1. Sam. 25.

3. Notandum autem, Deum non ſemper eodem modo agere in copulandis coniugibus, quo hic copulat Adamum & Euam, immediate ſcilicet.

Digitized by Google

bratis. Ioan. 2. Notanda hæc contra doctrinas Dæmoniorum. 1. Tim. 4.

III. Qu a Deus coniunxit duo in carnem vnam, certum eſt, melius eſſe duo, quam vnum. Eccl. 4.

Duo enim onus coniugij ferent facilius. Et neceſſarium eſt viro adiutorium. Notandum hoc contra naſutulos quoſdam.

Et qui coniunxit, conſeruabit etiam: Dabit vitæ neceſſaria, & coniunctos beabit in vita æterna, Amen.

THEMA VI.

Ex Gen. 2. v. 23.

Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oßibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Vira, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna.

DISPOSITIO.

Hæc quæ prælegimus verba, non temere Adamo, amore ſponſæ excæcato, excidiſſe, ſed inſtinctu Spiritus ſancti ab ipſo prolata eſſe, Chriſtus author eſt, Matth. 19. optimus eorundem interpres. Et propterea poſteriora verba huius ſententiæ, non Adamo, ſed DEO tribuuntur ibi: quia diuino afflatu Triadis benedictæ hæc prolocutus eſt. Tanto igitur maiorem apud nos authoritatem habere merito debent: cum & Chriſtus & Paulus hanc materiam explicandam ſumpſerint. Continentur autem præcipua tria his verbis. Oſtenditur:

1. Quomodo placuerit Adamo Eua ſponſa, à Domino adducta.

2. Quod illi nomen impoſuerit Adamus.

3. Quas leges coniugi, ipſe Adamus primus maritus, ſanxerit.

I.

Vxorem à ſe (inſcio & dormiente Adamo) creatam, adducit ad Adamum Dominus. 1 Mox illa placet Adamo, & ſicut Dominus illam in matrimonium ipſi dare decreuit, ita paratus eſt illam accipere, abſque omni difficultate. Imo lætatur ſuper ea, ad primum illius aſpectum.

Non autem exiſtimandum, Adamum vel formæ elegantia, vel libidine carnali illectum, tam ardenter appetijſſe Euam. Erat enim adhuc in ſtatu integritatis, & perfectiſſime ſanctus.

2. Nec placet tantum Eua, vt ſtatim diuinæ voluntati aſſentiatur, verum etiam agnoſcit illam, vnde ſit, &c. Cum tamen non viderit hactenus talem Creaturam, & ipſo dormiente Eua creata ſit. Magna enim erat lux ſapientiæ illius, qui ad imaginem Dei creatus erat.

3. Cõtinere igitur nõ amplius poteſt ſeipſum, ſed magna cum lætitia exclamat: Hoc nunc os ex oſſibus, &c. Emphatica ſunt verba illius Das iſt hinden nach einmal etwas/ das mir gleich iſt. Quaſi diceret: Animalia omnia vidi, ijſque nomina impoſui (ſupra verſ. 20.) ſed non vidi hactenus, quod mihi eſſet ſimile. Hanc autem video eſſe carnem de carne mea, & os ex oſſibus meis. Hæc mihi præ omnibus alijs Creaturis diligenda. Hanc paratus ſum aſſumere vitæ ſociam. Laus tibi Deo Creatori optimo, quod hanc mihi adduxiſti.

Locvs I. Amor coniugalis diuinitus inſtillatur hominibus: & fuit ante lapſum ſinceriſſimus.

Nunc vero poſt lapſum corruptus quidem eſt, verus tamen mediante Spiritu ſancto eſſe poteſt, & debet: vt non aliter diligat alter alterum, ac propriam ſuam carnem Ephesſ. 5.

L. II. Conſenſus partium cõtrahentium, vtrinq; requiritur in matrimonio. Euam non inuitam cogit Dominus vt Adamo nubat: nec reluctanti Adamo vxorẽ obtrudit.

Diligen-

Diligenter hoc & parentibus & cognatis, vel curatoribus, & omnibus his, qui loco Dei ſponſas adducunt ſuis, notandum eſt. Et inſignis eſt locus, ad hunc ſcopum collimans, Geneſ. 24. verſ. 57. & ſeqq. Multi enim noſtro tempore duriſſimo Labano iniquiores ſunt.

L. III Clandeſtina ſponſalia, vbi non adducitur ſponſa à Deo, vel parentibus, & his, quorum intereſt, (qui iam in Dei ſuccedunt locum, quantum ad præſentem caſum attinet) ſed clanculum ab impijs internuncijs ſeducitur, vel decipitur, merito reſcinduntur. Nulla enim ſunt & diuino & humano iure. Nec enim tibi debetur ſponſa, niſi quam Deus adduxerit, mediantibus ſcilicet his, quos ſupra diximus.

II.

Mos eſt apud nos antiquus, vt quam primum ſponſa in thorum mariti peruenerit, cognomine mariti appelletur. Videtur hoc ab Adamo ad nos translatum eſſe. Is enim Euæ ſuę nomen imponit, quam primum ipſi à Deo in vxorem data fuit.

Sed hoc inter cætera notandum, quod illam ſuo nomine vocandam aſſerit, & viraginem ſiue VIRAM (ſi ita dicere licet ex Hebræo) à VIRO denominandam grauiter affirmat. Addita hac ratione euidentiſſima, quod ex viro deſumpta ſit.

L. Nunquam contemnendam eſſe vxorem, quin potius illam gloriæ & honoris mariti participem eſſe debere, Adamus ſuo exemplo docet. Recte igitur dicitur, vxor coruſcat radijs mariti.

Ideoque etiam pij mariti omnia cum ſuis coniugibus honeſtis & pijs communia habere debent. Communes ipſis ſint opes, liberi, & quæcunque poſſident. Et tantum ſexu differre mulier à viro debet. Contrarijs igitur moribus Adamo viuunt plurimi mariti, qui omnia ad ſe ſolos pertinere autumant, mulieribus nihil præter moleſtias relinquentes. Quod ſi viram non eſſe voluerint

BIBLIOTECA ... ROMA ...

vxorem, hoc eſt, in conſortium omnium ſuorum non admittere volunt coniugem bonam & honeſtam, certe nec ipſi digni erunt, qui viri appellantur. Interim vero dominio ſuo non exuitur vir, qui caput eſt vxoris. Quemadmodum Adamus etiam in ſtatu innocentiæ caput vxoris fuiſſet.

II. Admonetur autem vxor hoc ipſo, ſi nomen cum viro, omniaque cætera, quę ipſi arrident, communia habere & gloria viri ornari voluerit: neceſſe eſſe, vt viciſſim etiam ærumnas, dolorem & laborem cum viro habeat communia. Si enim commoda coniugij ſentire cupit cum viro, ferat etiam onera cum ipſo. Grauiſſime igitur illæ peccant, quæ ſudore mariti abutuntur, & in otio viuere, quam ſuas cum laboribus viri operas coniungere malunt. Stultas has vocat Scriptura. Prou 14. v. 1. Et indignæ ſunt, quæ panem atrum guſtent. 2. Theſſ. 3. v. 10. Et contra diuinam inſtitutionem non ſunt adiutorium, ſed impedimentum & onus mariti.

III.

Videamus iam etiam legem, quam Adamus de perpetua cohabitatione mariti & vxoris ſanciuit.

RELINQVET HOMO PATREM ET MATREM, ET ADHÆREBIT VXORI.

Videntur hæc verba Adami pugnare cum quarto præcepto Decalogi. Ideoque fortaſſis Adam rem non intellexit, aut lingua pręcurrit mentem? At Chriſtus teſtatur, Dei eſſe hæc verba, Matth. 19. Eo, quod diuino inſtinctu Adam ita concluſerit.

Non igitur hoc volunt verba Adami, virum vbi vxori nupſerit, non amplius hac lege teneri, vt honoret parentes, aut illis bene faciat: ſed tum non amplius cohabitaturum parentibus, quando proprium cum vxore ſit habiturus nidulum.

Quamuis autem etiam in ſtatu innocentiæ, Filij coniuges, deſerta menſa & habitatione parentum cum vxoribus

ribus ſuis vixiſſent, tamen hic potiſſimum reſpicit tempora poſteriora, poſt lapſum. Eſtque Prophetia de futuris. Nam cum Adam hęc loquitur, neque pater neque mater erant in terris.

Additur autem ratio, quare potius vxori, quam parentibus vir debeat adhærere. Quia ſicut nos (Eua cum Adamo) ſumus vna caro, ita etiam qui naſcentur ex nobis coniuges, erunt duo in carne vna. Caro autem à carne ſeparari non debet.

L. I. Videmus coniuges, vbi ſemel fidem matrimonij dederunt mutuam, non poſſe amplius ab inuicem diſcedere, nec pœnitere eos debere initi contractus. Arctiſſima enim & indiſſolubilis eſt hæc coniunctio, adeo vt ipſe Saluator his verbis Adami hanc Regulam addiderit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matth. 19. Sicut autem ab alijs non debent ſeparari, ita nec ipſi ſeſe ſeparare poſſunt. Propterea quod hic ſemel ſtatuendum, diu & cum ardentibus precibus bene prius deliberandum eſt. Paulus ſane Rom. 7. v. 2. Vxorem lege deuinctam eſſe marito aſſerit. Christus certe ſuper hunc locum ita commendatus eſt, vir προσκολληθήσεται vxori. Matth. 19. v. 6 quod idem eſt, ac conglutinari vxori. Et qui vxorem habet, hunc eidem ALLIGATVM eſſe, Paulus teſtis eſt. 1. Cor. 7. v. 27.

L. II. Quia conſenſus, non cōcubitus facit nuptias, iuxta communem eamque veriſſimam Regulam, ideoque valet hoc, de perpetua & indiſſolubili lege coniugij ſtatim poſt primam promiſſionem, ſemel pure & legitime factam. Nam Adamus in ſtatu virginitatis hæc loquitur, & tam arcte vult ſeipſum cum Eua copulare. Si igitur maxime copula carnalis nondum acceſſerit, tamen vbi promiſſio eſt facta, non poſſunt ſponſalia reſcindi aut retractari. Quod enim ſemel placuit, diſplicere amplius non poteſt. Notandum contra eos, qui hodie fidem coniugij dant, cras iterum reſiliunt, & promiſſionem ſeruare nolunt. Non autem ludendum cum ſponſalijs, &

diuina ordinatione. Vbi etiam Magiſtratus ſuum officium non negligere debet, in punienda iſta enormi leuitate.

L. III. Adhærebit vxori ſuæ, inquit Adamus. Monet hac particula, nō alienis, ſed proprijs vxoribus adhærendum. Duo enim vna caro eſſe debēt. Si vero vnus vir duas velit adamare mulieres, iam non duo ſunt, ſed tres. Tres autem vna caro eſſe non poſſunt, nec debent. Caueat igitur quiſque ne temere Dei ordinationem conculcet.

THEMA VII.

Ex Geneſ. 3. v. 19.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

DISPOSITIO.

Mirabitur fortaſſe quiſpiam, quorſum hæc verba in nuptijs tractanda ſuſceperimus. Cum enim in nuptiarum feſtiuitatibus ad lætitiam communem & Neogamorum & propinquorum atque parentum, cæterorumque hoſpitum inſtitutis, læta tractari debeant, videtur his verbis Textus Moſaici, (quibus triſtiſſima quæque viris potiſſimum denunciantur) iam non opus fuiſſe. At vero cum vulgus hominum imperitum, (præſertim vbi iuuenes & inexperti matrimonium ineunt) magna cum auiditate, ſæpe etiam ante iuſtum tempus nuptias appetat, & multi cæca quadam perſuaſione inducti, omnem ſibi in coniugio fœlicitatem polliceantur: adeoque de ærumnis & calamitatibus nihil cogitent: multos etiam poſtea, ſi fuerint tempora nubila, contractus initi pœniteat: opere pretium fuerit, de oneribus coniugij nonnunquam etiam Neogamos monere.

Quia autem hoc loco ſudoris vultus mentio fit:

Nos 1. audiemus, quid per hunc ſudorem intelligatur, & vnde ſudor hic vultus proueniat.

2. Quorum vultus ſudore madentes ſint futuri.

3. Quomodo hic ſudor abſtergendus.

I. Deus

I.

Deus eſt, qui hoc loquitur, & minatur ſudorem vultus. Dicit autem, pane tuo veſceris in ſudore vultus. Non tamen per ſudorem hic intelligitur labor hominis. Labor enim hominis non eſt pœna peccati, quia Adamo etiam in ſtatu innocentię labor hic erat impoſitus, vt cuſtodiat & colat hortum.

At labor ille non fuiſſet ſudore & moleſtia plenus, ſed multo iucundiſſimus, ſi non peccaſſet homo.

1. Per ſudorem itaque non labor ipſe, ſed moleſtia & difficultas laboris, quæ ſudorem exprimit, intelligitur. Nunc enim labor noſter nunquam eſt ſine ſudore & moleſtia. Et quid intelligat Deus per hunc ſudorem, id facile colligitur ex verbis immediate præcedentibus, cum moleſtia comedes ex fructibus terræ. Vel vt habet Germanica verſio: **Mit Kummer ſolt du dich darauff ernehren.**

Eſtque moleſtia, & ſudor hic tanto grauior, quod laboribus non ſemper reſpondet euentus. Petrus Lucæ 5. verſ. 5.

3. Et vbi diu multumque laborauimus, ſæpe tamen accidit id Eccleſiaſtis 2. v. 18. & 19. Et cap. 5. verſ. 13.

Vnde autem hic ſudor? vnde hæc moleſtia? Ex peccato. Adamo enim integro & ſancto nihil fuit denuntiatum de moleſtia, quam ſenſurus ſit ex cultura horti Eden. Poſtquam autem inobedientia ſua Deum Creatorem offendit, hæc illi denuntiatur maledictio. Ideoque pœna peccati eſt ſudor iſte vultus.

L. I. Hinc diſcant, qui coniuges fieri geſtiunt, non omnia plena ſemper gaudii in hoc ſtatu, nec omnia abſq; ærumnis futura ad nutum illorum. Sed ſæpe gelidus toto manabit corpore ſudor. Spinæ, Tribuli.

L. II. Non Deo, ſed homini imputandum, quod tantas ſentimus in labore noſtro difficultates & moleſtias. Ideoque etiam, cum frigidus ſudor obſeſſos occu-

II. Non ſine graui Dei conſilio mulier è media corporis parte formata eſt, ex latere viri.

Non ex capite, ne dominetur viro. Syrac. 9. verſ. 2. 1. Tim. 2. v. 12. Nec expedimus, ne contemptum habeatur, & pro ſcabello pedum ex latere ſumitur, vt ſciat maritus, ex carne ſua deſumptam, æqualem ipſi eſſe. Et gratiæ etiam conſortem. 1 Pet. 3. Habitet igitur cum ea tanquam cum ædificio Dei.

Nec poteſt maritus vxorem, vel ex hac vna cauſa contemnere, quod ſi materiam ſpectet, ex qua creata eſt mulier, viro nonnihil eſt nobilior. Tantum enim viro præſtat, quantum coſta hominis præſtat limo terræ. Ideoque etiam haud immerito particeps eſt gloriæ viri. Coruſcat enim radijs mariti. Quin & ipſa ſi pia, ſi prudens & diligens ſit, corona, gaudium, honor, decus viri nominatur à Spiritu ſancto 1. Cor. 11. v. 7. Syr. 26. v. 2. & 21. Et 36. v. 24 Prou. 12. v 4 Prou. 11. v. 16.

III. Viciſſim mulier diligat virum: quia vt formari ipſa poſſet, latus viri ſcindendū erat, & pars aliqua corporis amittenda. Et ſciat ſe propter virum creatam, vt quod corpori viri demptum eſt, ipſa ſuo adiutorio ſuppleat.

THEMA VI.

Ex Geneſ. 2. v. 23.

Et adduxit [Dominus] *eam* [Heuam] *ad Adamum.*

Anno 1597. 24. Maij. In nuptiis M. Iohannis Hippolyti Brentii, affinis.

DISPOSITIO.

Nuptiarum præſentium cauſa hodie frequentiores adſumus, vt videamus copulari nouos coniuges, & precibus noſtris illos iuuemus. Multæ autem & variæ ſunt hominum opiniones, de hac quæſtione, QVIS copulet coniuges. 1. Alij fortunæ adſcribunt. 2 Alij ſibiipſis, quod vel

vel arte vel dolo coniuges acquiſiuerint. 3. Alij proxenetis & internuncijs hoc tribuunt. 4. Multi (ex impatientia) Quis te Diabolus mihi aſſociauit, inquiunt? Alij aliter ſentiunt. Vt igitur de coniugio recte ſentiamus, & in eodem bene viuamus, hæc nobis iam occaſione Textus præſentis erunt tractanda.

1. QVIS copulet coniuges.

2. Et quis ex huius quæſtionis tractatione ad coniuges fructus redeat.

I.

Tres (ſcitis) ſunt ſtatus & ordines à Deo inſtituti. 1. Miniſterium Eccleſiæ. 2. Magiſtratus. 3. Coniugium.

1. Ad ſingulos vocat DEVS certas perſonas.

Ad Politiam Dauidem, Pſal. 78. v. 71. 72. Cyrum. Eſa. 45. Sic etiam hoc loco Adamum facit coniugem. Dicitur enim ADDVXISSE illam ad Adamum. Et fatetur Adam, Mulier, quam DEDISTI mihi. Gen. 3.

Et ſane dormienti de hac coniuge proſpexit: Cuius nuptias non ambiuit Adam, nec per internuncios ſolicitauit, nec Deo, vt crearet, author fuit.

2. Eundem vero Deum, Patrem Cœleſtem hodie etiam coniuges copulare, Scriptura author eſt.

Ego dedi vxores in SINVM TVVM. 2. Sam. 12.

A Domino mulier prudens. Prou. 19. Syr. 26. v. 3. & 17.

Agnoſcit hoc Abraham. Gen. 24. Deus mittet Angelum. Et Laban, à Domino, inquit, factum eſt. Ibidem. Idem teſtatur hiſtoria Tobiæ cap. 6. & ſeqq.

Experientia communis idipſum teſtatur. Multi enim coniunguntur, qui non viderunt hactenus inuicem, nec nouerunt Germanus Italam ducit. Hiſpanus Hungaram. Imo Dauid Abigaili nubit, quam occidere animus erat. 1. Sam. 25.

3. Notandum autem, Deum non ſemper eodem modo agere in copulandis coniugibus, quo hic copulat Adamum & Euam, immediate ſcilicet.

Digitized by Google

bratis. Ioan. 2. Notanda hæc contra doctrinas Dæmoniorum. 1. Tim. 4.

III. Quia Deus coniunxit duo in carnem vnam, certum eſt, melius eſſe duo, quam vnum. Eccl. 4.

Duo enim onus coniugij ferent facilius. Et neceſſarium eſt viro adiutorium. Notandum hoc contra naſutulos quoſdam.

Et qui coniunxit, conſeruabit etiam: Dabit vitæ neceſſaria, & coniunctos beabit in vita æterna, Amen.

Thema VI.

Ex Gen. 2. v. 23.

Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oßibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Vira, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna.

DISPOSITIO.

Hæc quæ prælegimus verba, non temere Adamo, amore ſponſæ excæcato, excidiſſe, ſed inſtinctu Spiritus ſancti ab ipſo prolata eſſe, Chriſtus author eſt, Matth. 19. optimus eorundem interpres. Et propterea poſteriora verba huius ſententiæ, non Adamo, ſed Deo tribuuntur ibi: quia diuino afflatu Triadis benedictæ hæc prolocutus eſt. Tanto igitur maiorem apud nos authoritatem habere merito debent: cum & Chriſtus & Paulus hanc materiam explicandam ſumpſerint. Continentur autem præcipua tria his verbis. Oſtenditur:

1. Quomodo placuerit Adamo Eua ſponſa, à Domino adducta.

2. Quod illi nomen impoſuerit Adamus.

3. Quas leges coniugi, ipſe Adamus primus maritus, ſanxerit.

I.

Vxorem à ſe (inſcio & dormiente Adamo), creatam, adducit ad Adamum Dominus. 1 Mox illa placet Adamo, & ſicut Dominus illam in matrimonium ipſi dare decreuit, ita paratus eſt illam accipere, abſque omni difficultate. Imo lætatur ſuper ea, ad primum illius aſpectum.

Non autem exiſtimandum, Adamum vel formæ elegantia, vel libidine carnali illectum, tam ardenter appetijſſe Euam. Erat enim adhuc in ſtatu integritatis, & perfectiſſime ſanctus.

2. Nec placet tantum Eua, vt ſtatim diuinæ voluntati aſſentiatur, verum etiam agnoſcit illam, vnde ſit, &c. Cum tamen non viderit hactenus talem Creaturam, & ipſo dormiente Eua creata ſit. Magna enim erat lux ſapientiæ illius, qui ad imaginem Dei creatus erat.

3. Cõtinere igitur nõ amplius poteſt ſeipſum, ſed magna cum lætitia exclamat: Hoc nunc os ex oſſibus, &c. Emphatica ſunt verba illius **Das iſt hinden nach einmal etwas/ das mir gleich iſt.** Quaſi diceret: Animalia omnia vidi, ijſque nomina impoſui (ſupra verſ. 20.) ſed non vidi hactenus, quod mihi eſſet ſimile. Hanc autem video eſſe carnem de carne mea, & os ex oſſibus meis. Hæc mihi præ omnibus alijs Creaturis diligenda. Hanc paratus ſum aſſumere vitæ ſociam. Laus tibi Deo Creatori optimo, quod hanc mihi adduxiſti.

Locvs I. Amor coniugalis diuinitus inſtillatur hominibus: & fuit ante lapſum ſinceriſſimus.

Nunc vero poſt lapſum corruptus quidem eſt, verus tamen mediante Spiritu ſancto eſſe poteſt, & debet: vt non aliter diligat alter alterum, ac propriam ſuam carnem Ephes. 5.

L. II. Conſenſus partium cõtrahentium, vtrinq; requiritur in matrimonio. Euam non inuitam cogit Dominus vt Adamo nubat: nec reluctanti Adamo vxorẽ obtrudit.

Diligen-

Diligenter hoc & parentibus & cognatis, vel curatoribus, & omnibus his, qui loco Dei ſponſas adducunt ſuis, notandum eſt. Et inſignis eſt locus, ad hunc ſcopum collimans, Geneſ. 24. verſ. 57. & ſeqq. Multi enim noſtro tempore duriſſimo Labano iniquiores ſunt.

L. III Clandeſtina ſponſalia, vbi non adducitur ſponſa à Deo, vel parentibus, & his, quorum intereſt, (qui iam in Dei ſuccedunt locum, quantum ad præſentem caſum attinet) ſed clanculum ab impijs internuncijs ſeducitur, vel decipitur, merito reſcindũtur. Nulla enim ſunt & diuino & humano iure. Nec enim tibi debetur ſponſa, niſi quam Deus adduxerit, mediantibus ſcilicet his, quos ſupra diximus.

II.

Mos eſt apud nos antiquus, vt quam primum ſponſa in thorum mariti peruenerit, cognomine mariti appelletur. Videtur hoc ab Adamo ad nos translatum eſſe. Is enim Euæ ſuę nomen imponit, quam primum ipſi à Deo in vxorem data fuit.

Sed hoc inter cætera notandum, quod illam ſuo nomine vocandam aſſerit, & viraginem ſiue VIRAM (ſi ita dicere licet ex Hebræo) à VIRO denominandam grauiter affirmat. Addita hac ratione euidentiſſima, quod ex viro deſumpta ſit.

L. Nunquam contemnendam eſſe vxorem, quin potius illam gloriæ & honoris mariti participem eſſe debere, Adamus ſuo exemplo docet. Recte igitur dicitur, vxor coruſcat radijs mariti.

Ideoque etiam pij mariti omnia cum ſuis coniugibus honeſtis & pijs communia habere debent. Communes ipſis ſint opes, liberi, & quæcunque poſſident. Et tantum ſexu differre mulier à viro debet. Contrarijs igitur moribus Adamo viuunt plurimi mariti, qui omnia ad ſe ſolos pertinere autumant, mulieribus nihil præter moleſtias relinquentes. Quod ſi viram non eſſe voluerint

BIBLIOTECA ... ROMA ...

vxorem, hoc eſt, in conſortium omnium ſuorum non admittere volunt coniugem bonam & honeſtam, certe nec ipſi digni erunt, qui viri appellantur. Interim vero dominio ſuo non exuitur vir, qui caput eſt vxoris. Quemadmodum Adamus etiam in ſtatu innocentiæ caput vxoris fuiſſet.

II. Admonetur autem vxor hoc ipſo, ſi nomen cum viro, omniaque cætera, quę ipſi arrident, communia habere & gloria viri ornari voluerit: neceſſe eſſe, vt viciſſim etiam ærumnas, dolorem & laborem cum viro habeat communia. Si enim commoda coniugij ſentire cupit cum viro, ferat etiam onera cum ipſo. Grauiſſime igitur illæ peccant, quæ ſudore mariti abutuntur, & in otio viuere, quam ſuas cum laboribus viri operas coniungere malunt. Stultas has vocat Scriptura. Prou 14. v. 1. Et indignæ ſunt, quæ panem atrum guſtent. 2. Theſſ. 3. v. 10. Et contra diuinam inſtitutionem non ſunt adiutorium, ſed impedimentum & onus mariti.

III.

Videamus iam etiam legem, quam Adamus de perpetua cohabitatione mariti & vxoris ſanciuit.

RELINQVET HOMO PATREM ET MATREM, ET ADHÆREBIT VXORI.

Videntur hæc verba Adami pugnare cum quarto præcepto Decalogi. Ideoque fortaſſis Adam rem non intellexit, aut lingua pręcurrit mentem? At Chriſtus teſtatur, Dei eſſe hæc verba, Matth. 19. Eo, quod diuino inſtinctu Adam ita concluſerit.

Non igitur hoc volunt verba Adami, virum vbi vxori nupſerit, non amplius hac lege teneri, vt honoret parentes, aut illis bene faciat: ſed tum non amplius cohabitaturum parentibus, quando proprium cum vxore ſit habiturus nidulum.

Quamuis autem etiam in ſtatu innocentiæ, Filij coniuges, deſerta menſa & habitatione parentum cum vxoribus

ribus ſuis vixiſſent, tamen hic potiſſimum reſpicit tempora poſteriora, poſt lapſum. Eſtque Prophetia de futuris. Nam cum Adam hæc loquitur, neque pater neque mater erant in terris.

Additur autem ratio, quare potius vxori, quam parentibus vir debeat adhærere. Quia ſicut nos (Eua cum Adamo) ſumus vna caro, ita etiam qui naſcentur ex nobis coniuges, erunt duo in carne vna. Caro autem à carne ſeparari non debet.

L. I. Videmus coniuges, vbi ſemel fidem matrimonij dederunt mutuam, non poſſe amplius ab inuicem diſcedere, nec pœnitere eos debere initi contractus. Arctiſſima enim & indiſſolubilis eſt hæc coniunctio, adeo vt ipſe Saluator his verbis Adami hanc Regulam addiderit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matth. 19. Sicut autem ab alijs non debent ſeparari, ita nec ipſi ſeſe ſeparare poſſunt. Propterea quod hic ſemel ſtatuendum, diu & cum ardentibus precibus bene prius deliberandum eſt. Paulus ſane Rom. 7. v. 2. Vxorem lege deuinctam eſſe marito aſſerit. Chriſtus certe ſuper hunc locum ita commendatus eſt, vir προσκολληθήσεται vxori. Matth. 19. v. 6. quod idem eſt, ac conglutinari vxori. Et qui vxorem habet, hunc eidem ALLIGATVM eſſe, Paulus teſtis eſt. 1. Cor. 7. v. 27.

L. II. Quia conſenſus, non cõcubitus facit nuptias, iuxta communem eamque veriſſimam Regulam, ideoque valet hoc, de perpetua & indiſſolubili lege coniugij ſtatim poſt primam promiſſionem, ſemel pure & legitime factam. Nam Adamus in ſtatu virginitatis hæc loquitur, & tam arcte vult ſeipſum cum Eua copulare. Si igitur maxime copula carnalis nondum acceſſerit, tamen vbi promiſſio eſt facta, non poſſunt ſponſalia reſcindi aut retractari. Quod enim ſemel placuit, diſplicere amplius non poteſt. Notandum contra eos, qui hodie fidem coniugij dant, cras iterum reſiliunt, & promiſſionem ſeruare nolunt. Non autem ludendum cum ſponſalijs, &

I.

Deus eſt, qui hoc loquitur, & minatur ſudorem vultus. Dicit autem, pane tuo veſceris in ſudore vultus. Non tamen per ſudorem hic intelligitur labor hominis. Labor enim hominis non eſt pœna peccati, quia Adamo etiam in ſtatu innocentię labor hic erat impoſitus, vt cuſtodiat & colat hortum.

At labor ille non fuiſſet ſudore & moleſtia plenus, ſed multo iucundiſſimus, ſi non peccaſſet homo.

1. Per ſudorem itaque non labor ipſe, ſed moleſtia & difficultas laboris, quæ ſudorem exprimit, intelligitur. Nunc enim labor noſter nunquam eſt ſine ſudore & moleſtia. Et quid intelligat Deus per hunc ſudorem, id facile colligitur ex verbis immediate præcedentibus, cum moleſtia comedes ex fructibus terræ. Vel vt habet Germanica verſio: **Mit Kummer ſolt du dich darauff ernehren.**

Eſtque moleſtia, & ſudor hic tanto grauior, quod laboribus non ſemper reſpondet euentus. Petrus Lucæ 5. verſ. 5.

3. Et vbi diu multumque laborauimus, ſæpe tamen accidit id Eccleſiaſtis 2. v. 18. & 19. Et cap. 5. verſ. 13.

Vnde autem hic ſudor? vnde hæc moleſtia? Ex peccato. Adamo enim integro & ſancto nihil fuit denuntiatum de moleſtia, quam ſenſurus ſit ex cultura horti Eden. Poſtquam autem inobedientia ſua Deum Creatorem offendit, hæc illi denuntiatur maledictio. Ideoque pœna peccati eſt ſudor iſte vultus.

L. I. Hinc diſcant, qui coniuges fieri geſtiunt, non omnia plena ſemper gaudii in hoc ſtatu, nec omnia abſq; ærumnis futura ad nutum illorum. Sed ſæpe gelidus toto manabit corpore ſudor. Spinæ, Tribuli.

L. II. Non Deo, ſed homini imputandum, quod tantas ſentimus in labore noſtro difficultates & moleſtias. Ideoque etiam, cùm frigidus ſudor obſeſſos occu-

pat artus, non inſurgamus aduerſus Deum, ſed iraſcamur peccatis noſtris, quæ cauſa ſunt, quod ſudor fluit his vndique riuis.

II.

Sed quibus ſunt ſudore hoc, vndique madentes vultus? His qui MANDVCANT PANEM. Alle die Brot eſſen. Hoc eſt, ſudor hic per omnium hominum vultus fluere debet. Quod enim Adamo dictum eſt, ad omnes pertinet. Nam ſicut per vnius inobedientiam peccatum & mors ad omnes intrauit, (Rom. 5.) ita etiam hic ſudor omnibus communis eſſe debet, propter peccatum. Et quanto quis fidelius laborat, tanto magis madebit vultus illius ſudore.

L. Errant, qui Agricolis tantum, & his, qui manibus ſuis laborant, ſudorem tribuunt & laborem: cum horum ſudor, laborve omnium ſit minimus, ſi vocationis grauitas & pericula &c. ſpectentur.

Eſt autem ſudor multiplex, & pro ratione ſtatuum triplex potiſſimum. Primus Oeconomorum, ſiue ſint agricolæ, ſiue vinitores, ſiue opifices manuarii, ſiue alii. Secundus Magiſtratuum. Tertius Miniſtrorum Eccleſiæ. Et in his feliciſſimi agricolæ, ſua ſi bona norint. Sit enim illorum & omnium Oeconomorum ſudor magnus: maior tamen eſt ſudor Magiſtratus: maximus vero Miniſtrorum Eccleſiæ. Cuius rei Paulus teſtis eſſe poteſt. 2. Cor. 11. Ideoque Miniſtros Paulus boui trituranti comparat 1. Cor. 9. ver. 9. Et Chriſtus mercenarijs laborantibus. Luc. 10. v. 7 Et vtrumque Paulus coniungit, 1. Tim. 5 verſ. 18. Magiſtratus ſimiliter labores grauiſſimi ſunt, multum ſudoris elicientes, ſi fideles ſint in officio. Teſtantur exempla Hiskiæ, & aliorum, quam fuerint ſoliciti, imminentibus periculis. Eſa. 37. v. 1.

De hoc cæteri non cogitant.

III.

Sudorem alioqui grauem & moleſtum ſolemus vel digitis,

Digitized by Google

digitis, vel linteolis abſtergere, & ſic qualitercunq; moleſtiam illam linire. Quod ſi præter hanc, alia & commodiori ratione ſudorem non vultus tantum, ſed animi potiſſimum abſtergere poſſemus, optime ſane nobis eſſet conſultum. Agite videamus, quibus hic vtendum linteolis. Patientia Chriſtiana opus eſt, & non erit hic ſudor vltra modum moleſtus.

Hanc autem in noſtris animis excitare debent ſequentia.

1 Deus exprimit hunc ſudorem Cuius voluntati non licet reſiſtere. Nec immerito moleſtijs punit peccata noſtra.

Eſtque hic ſudor tibi communis cum aliis, Regibus etiam & Principibus.

3. Non perpetuo durabit hic ſudor, ſed mox finem habebit. Etenim tam diu durabit ſolũ, quam diu PANEM MANDVCABIS. Sed veniet tempus, quando ceſſabis hunc panem terrenum manducare. Vbi adhibitus fueris menſę Domini in vita æterna (Luc. 22. v. 30) ſudorem non ſenties. Imo ſalutaris tibi eſt hic ſudor iuxta id Rom. 8. v. 28.

4. Et quod maximum eſt, Benedictus eſt hic ſudor vultus tui, in his terris, per ſudorem ſanguineum Chriſti, ne noceat Hinc Pſal. 128 BEATVS es, & bene tibi erit. Laborem manuum comedes Beatus enim, qui facit officium ſuum. Angeli cuſtodient, Pſal. 91. Et: Dominus lenire poteſt omnem dolorem varijs multisque modis.

Hæc quidem generaliter ad omnes pertinent.

In ſpecie autem abſtergere ſudorem vult Dominus 1. Oeconomis benedictione multiplici, vt labor non ſit inanis, ſi in verbo Domini laxent rete. Luc. 5. Et Pſal. 127. quoque huc pertinet.

2. Magiſtratui abſtergit ſudorem his beneficijs, quod illi 1. largitur honorem. 2 Tributa & vectigalia loco præmij pro ſudore concedit.

3. Ec-

3. Eccleſiæ miniſtris abſtergit Deus ſudorem, his dulciſſimis promiſſionibus. Dan. 12. v. 3. Et Luc. 6. verſ. 23. Et in his terris. 1. Cor. 9. v. 13.

THEMA VIII.

Ex Geneſ. 11. v. 29.

Duxerunt autem Abraham, & Nahor vxores: nomen vxoris Abraham, Sarai; & nomen vxoris Nahor Melcha, quæ erat filia Aran patris Melchæ, & patris Ieſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.

DISPOSITIO.

Solent ij, qui Nouitates (ſicut vulgo vocant) vel hiſtorias quotidianas, vel Diaria conſcribunt, & hinc inde ſpargunt, Magnatum & illuſtrium perſonarum matrimonia inter alia diligenter annotare: quæ etiam auide paſſim leguntur. Vbi tamen ſemper dubitandum, verane an falſa ſint, quæ narrantur. Moſes autem hoc loco deſcribit veram hiſtoriam, Matrimonij inter illuſtres omnino perſonas initi: cum nuptias Nahor & fratris Abrahami annotat, quorum ille conſanguineus, hic vero Proauus Chriſti Saluatoris inter omnes celebratiſſimus fuit: omniumque fidelium Apoſtolo teſte parens. Rom. 4. verſ. 11. Erunt itaque in hac Hiſtoria breuiter hæc 3. notanda.

1. De Matrimonio Abrahami & fratrum in genere.
2. Quibus nupſerint vxoribus.
3. Quam diſpari vſi fuerint fortuna in coniugio, ratione prolis.

I.

Tharah pater Abrahami progenitus ex ſtirpe Patriarcharum, qui deſcendunt à SEMO filio Noha, tres habuit filios. 1. Abrahamum. 2. Nachor. 3. Haran.

1. Hi

1. Hi ſinguli vxores ducebant. Et primis quidem Haran Nam eius filiæ Melchæ, filijque Lothi fit mentio.

Porro licet de coniugio illius nullam hic mentionem ſcriptura faciat: conſtat tamen, quod is plurimis annis ante Abrahamum natus, & filiorum Thare maximus, longo etiam tempore ante Abrahamum coniugium adeptus fuerit. Id inde patet, quod Loth, filius Haran, fere eiuſdem eſt ætatis cum patruo ſuo Abrahamo, cum exirent ex Vr Chaldæorum.

2. Vxorem etiam alter filius ducit, Nachor ſcilicet: quod hoc loco exprimitur.

3. Sed & tertius filius Abrahamus (quem non ſine cauſa natu minimum fuiſſe plerique Chronographi teſtantur) legitimo ſeſe matrimonio iunxiſſe legitur.

L. Sed quid hæc ad nos inquis? Ad doctrinam, teſte Paulo, & admonitionem omnia faciunt, quæcunque ſcripta ſunt. 2. Tim. 3. Ergo & hæc.

I. Videmus hoc loco Patriarchas ſanctiſſimos à coniugio non abhorruiſſe. Si autem coniugium eſſet vitæ genus tale, in quo Deo non placere poſſent homines, ſicut nonnulli, doctrinis Dæmoniorum attendentes. 1. Tim. 4. v. 1. huc impie & blaſpheme locum Apoſtoli, (qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Rom. 8. ver. 8) detorquent, abſtinuiſſet vtique optimus Abrahamus à matrimonio. At quomodo non placeat Deo, quod ab ipſo inſtitutum, & ordinatum eſt? Nunquid ſibiipſi contrarius eſt? Minime vero. Faceſſant igitur hinc nugatores iſti. Nec enim tota ſacra Scriptura cuiquam vitio vertit, quod legitime factus fuit coniunx.

II. Patet ex hac hiſtoria, longe diuerſum ſenſiſſe olim patriarchas, & ipſorum filios, ab his noſtri ſeculi hominibus, qui minus conſultum eſſe putant, vt tres aut plures eiuſdem parentis filij vxores ducant. Sic enim putant hæreditatem parentum in multas partes diuiſam, non ſufficere fratribus pluribus, vt ſinguli poſſint ſplen-

dide viuere. Ideo in familiis illuſtribus & nobilibus interdum fieri ſolet, vt vel in gratiam vnius fratris, vel ad conſeruandum ſplendorem familiæ (ſicut loquuntur) cæteri cælibes viuere, & vagis libidinib. conſcientiam polluere malint, quam fratri damnum (quod ipſi quidem putant) dare. & hæreditatem in multas partes diſſecare. Hoc non excuſari poſſe ſcimus, cum diffidentiæ erga Deum potius ſit ſignum, quam animi fraterni indicium. Quod ſi vero aliquis dono continentiæ præditus, propter commodum fratris aut cognatorum, cælebs, caſte ſimul & pie viuere velit & poſſit, id illi vitio vertendum non iudico. At ſi tales, qui continere non poſſunt, cum cortis & concubinis viuant, multo ſane grauius damnum dant fratribus, cum turpiſſima & perpetua familiæ coniunctum ignominia; quam ſi partem aliquam hæreditatis & bonorum detraxiſſent. Huc enim pertinet id Sapient. 3. verſ. vltimo.

II.

Quibus vero vxoribus nupſerint Abrahamus & frater Scriptura hoc loco exprimit. Nec ſine cauſa.

1. De coniuge quidem Haran nihil meminit Scriptura. Tantum filij & filiarum mentionem facit.

2 Nahor autem dicitur nupſiſſe MELCHÆ. Illa eſt filia Haran. Adeoque filiam fratris vxorem duxit.

3. Abraham vero duxit Sarai. Hanc plerique putant fuiſſe alteram filiam Haran, quæ hoc loco vocatur Iiſcha. Et ſic etiam filiam fratris Abraham duxiſſe putatur. Hanc coniecturam inde ſumunt, quod Geneſ. 20. Abraham Regi Abimelecho dixit, vere ſoror mea eſt (Sara) filia patris mei, non filia matris meæ. Hinc alij concludunt, Saram fuiſſe neptem Thare, ex alia matre, quam quæ Abrahamum genuit. Alij priuignam Haran fuiſſe credunt: Et Haran ante Thara mortuo. Saram in familiam ipſius Thara tranſlatam, ibique educatam, inde-

Digitized by Google

indeque filiam Thare vocatam. Licet ex nuptijs viduæ Haran adſcita fuerit.

Certe, ſi Sara ſoror Lothi ſit, ſiue ex eadem ſiue ex altera matre, filia Haran fuit. Niſi priuignam Haran fuiſſe ſtatuamus.

Vtut ſit, quia de hoc ex Gen. 20. conſtat illam in ædibus Tharan educatam, & filiæ loco habitam, nihil dubito illam cognatam fuiſſe Abrahami.

L. Neminem hoc offendat, quod Nachor & Abraham filias fratris ſui Haran duxerunt. Nec propterea hæc noſtris in exemplum trahenda ſunt. Etenim nondum illis lata erat lex illa, de gradibus prohibitis. Leuit. 18. Nobis vero præter Moſaicas, certæ etiam ſunt conſtitutæ leges matrimoniales. Illas propter mandatum Magiſtratus. & honeſtatem publicam obſeruare debemus, non minus ac ſi cœlitus latæ eſſent. Quia Magiſtratus, qui vicem Dei gerit, grauibus de cauſis hos matrimonij limites ponit.

Et per Dei gratiam poſſumus hoc ſeculo delectum habere inter perſonas, quibus cum matrimonium illæſis legibus inire licet: vt non neceſſe ſit conſanguineas vel affines ducere. Nec optatus ſemper reſpondet euentus, ſi propter pecuniam vel alia commoda, contra matrimonij leges cum cognatis ineantur coniugia, vt tum demum Diſpenſatione opus ſit.

L. II. Quod Abrahamus eam ducit, quæ in ædibus patris educata fuerat, de cuius vita & moribus ipſi conſtabat, & quæ eiuſdem fere cum ipſo ætatis (demptis annis decem) erat, poteſt nobis eo ſeruire. vt non temere obuiam quamq; de cujus vita, parētibus, honeſtate, &c. plane nihil compertum habemus, vxorem ducamus nec talem, quæ vel religionis, vel honeſtatis, vel ætatis. vel quacunq; alia ratione. nihil nobiſcum commune habet. Qui cupis egregie nubere, nube pari. Boues diſcordes enim eidem iugo valde incommode coniungi poſſunt. Et ſera plerunque tales nuptias comitatur pœnitentia.

III. Tre

III.

Tres filios Thara confratres matrimonium iniiſſe conſtat. Ex his duo benedictione diuina liberos ſuſcipiunt.

1. Haram quidem natu maximus filium habet Lothum, & filias duas, Malcham atque Iiſcham.

2. Alter filius Nachor magis numeroſam habet prolem, & ex Malcha vxore ſuſcipit octo filios (quorum nomina exprimuntur. Geneſ. 22. verſ. 21.) & in his etiam Bathuelem, patrem Rebeccæ, quæ poſtmodum nupſit Iſaaco filio Abrahami.

3. Tertius vero, Abrahamus ſc. optimus Patriarcha; Deoque chariſſimus, ſterile habet matrimonium. Et dicitur hic Saram fuiſſe abſque liberis; longo ſcil. tempore vſque ad annum ætatis nonageſimum. Quam grauis autem fuerit ipſi hæc vxoris ſterilitas, patet ex Gen. 15. ver. 2.

Locvs. Benedictionem Dei ſingularem eſſe liberos, & fœcundum matrimonium, patet ex hoc loco non ſolum; ſed paſſim ex plurimis alijs. Pſal. 127. 128.

Hinc grauis erat ſterilitas Patriarchis, & poſteris etiam pene ignominioſa: Gen. 15. verſ. 2. Et 25. verſ. 21. Gen. 30. v. 2. 1. Sam. 1. Luc. 1. v. 36.

Et hodie quibuſdam bonis & pijs triſtitiam parit ſterilitas. Atqui hanc crucem patienter ferant: cogitantes, ſterilitatem non eſſe indicium Dei minus propitij: cum Deus hoc calamitatis genere etiam Abrahamum chariſſimum exercuerit per multos annos. Et ſæpe impijs prolem concedit; quam pijs negat. Inſuper pij his nouiſſimis temporibus hoc poſſunt cogitare, quod Lucæ 23 verſ. 29. extat. Tam corrupti ſunt mores huius ſeculi.

Quibus vero Dominus fœcundum conceſſit matrimonium, grati eſſe debebant, nec optare ſterile, quod multi faciunt. Tam peruerſum enim cor humanum eſt; vt nun-

Digitized by Google

vt nunquam fere in voluntate diuina acquieſcere velit. Quibus non ſunt liberi, hi vnice hoc exoptant, vt fiant fœcundi. Qui liberos habent, illos oderunt, optantes ſibi ſterilitatem. Sic vtrique fruſtra orant, fiat voluntas tua Domine.

THEMA IX.

Ex Geneſ. 24. Ab initio.

Erat autem Abraham ſenex dierum multorum & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam ſuper femur meum, vt adiurem te per Deum Cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.

Reſpondit ſeruus, ſi noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egreſſus es? Dixitque Abraham: Caue ne quando reducas filium meum iſthuc. Dominus cœli [& terræ] *qui tulit me de domo patris mei, & de terra Natiuitatis meæ, qui loquutus eſt mihi, & iurauit mihi dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit te ſequi, non teneberis iuramento, filium tantum meum ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manum ſub femore Abraham Domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc.*

DISPOSITIO.

Elegantem ſimul & vtilem hiſtoriam complectitur Caput Geneſ. viceſimum quartum, de nuptijs Iſaaci & Rebec-

I.

Deus eſt, qui hoc loquitur, & minatur ſudorem vultus. Dicit autem, pane tuo veſceris in ſudore vultus. Non tamen per ſudorem hic intelligitur labor hominis. Labor enim hominis non eſt pœna peccati, quia Adamo etiam in ſtatu innocentię labor hic erat impoſitus, vt cuſtodiat & colat hortum.

At labor ille non fuiſſet ſudore & moleſtia plenus, ſed multo iucundiſſimus, ſi non peccaſſet homo.

1. Per ſudorem itaque non labor ipſe, ſed moleſtia & difficultas laboris, quæ ſudorem exprimit, intelligitur. Nunc enim labor noſter nunquam eſt ſine ſudore & moleſtia. Et quid intelligat Deus per hunc ſudorem, id facile colligitur ex verbis immediate præcedentibus, cum moleſtia comedes ex fructibus terræ. Vel vt habet Germanica verſio: Mit Kummer ſolt du dich darauff ernehren.

Eſtque moleſtia, & ſudor hic tanto grauior, quod laboribus non ſemper reſpondet euentus. Petrus Lucæ 5. verſ. 5.

3. Et vbi diu multumque laborauimus, ſæpe tamen accidit id Eccleſiaſtis 2. v. 18. & 19. Et cap. 5. verſ. 13.

Vnde autem hic ſudor? vnde hæc moleſtia? Ex peccato. Adamo enim integro & ſancto nihil fuit denuntiatum de moleſtia, quam ſenſurus ſit ex cultura horti Eden. Poſtquam autem inobedientia ſua Deum Creatorem offendit, hæc illi denuntiatur maledictio. Ideoque pœna peccati eſt ſudor iſte vultus.

L. I. Hinc diſcant, qui coniuges fieri geſtiunt, non omnia plena ſemper gaudii in hoc ſtatu, nec omnia abſq; ærumnis futura ad nutum illorum. Sed ſæpe gelidus toto manabit corpore ſudor. Spinæ, Tribuli.

L. II. Non Deo, ſed homini imputandum, quod tantas ſentimus in labore noſtro difficultates & moleſtias. Ideoque etiam, cùm frigidus ſudor obſeſſos occu-

pat artus, non inſurgamus aduerſus Deum, ſed iraſcamur peccatis noſtris, quæ cauſa ſunt, quod ſudor fluit his vndique riuis.

II.

Sed quibus ſunt ſudore hoc, vndique madentes vultus? His qui MANDVCANT PANEM. Alle die Brot eſſen. Hoc eſt, ſudor hic per omnium hominum vultus fluere debet. Quod enim Adamo dictum eſt, ad omnes pertinet. Nam ſicut per vnius inobedientiam peccatum & mors ad omnes intrauit, (Rom. 5) ita etiam hic ſudor omnibus communis eſſe debet, propter peccatum. Et quanto quis fidelius laborat, tanto magis madebit vultus illius ſudore.

L. Errant, qui Agricolis tantum, & his, qui manibus ſuis laborant, ſudorem tribuunt & laborem: cum horum ſudor, labor ve omnium ſit minimus, ſi vocationis grauitas & pericula &c. ſpectentur.

Eſt autem ſudor multiplex, & pro ratione ſtatuum triplex potiſſimum. Primus Oeconomorum, ſiue ſint agricolæ, ſiue vinitores, ſiue opifices manuarii, ſiue alii. Secundus Magiſtratuum. Tertius Miniſtrorum Eccleſiæ. Et in his feliciſſimi agricolæ, ſua ſi bona norint. Sit enim illorum & omnium Oeconomorum ſudor magnus: maior tamen eſt ſudor Magiſtratus: maximus vero Miniſtrorum Eccleſiæ. Cuius rei Paulus teſtis eſſe poteſt. 2. Cor. 11. Ideoque Miniſtros Paulus boui trituranti comparat 1. Cor. 9. ver. 9. Et Chriſtus mercenarijs laborantibus. Luc. 10. v. 7 Et vtrumque Paulus coniungit, 1. Tim. 5 verſ. 18. Magiſtratus ſimiliter labores grauiſſimi ſunt, multum ſudoris elicientes, ſi fideles ſint in officio. Teſtantur exempla Hiskiæ, & aliorum, quam fuerint ſoliciti, imminentibus periculis. Eſa. 37. v. 1.

De hoc cæteri non cogitant.

III.

Sudorem alioqui grauem & moleſtum ſolemus vel digitis,

digitis, vel linteolis abſtergere, & ſic qualitercunq; moleſtiam illam linire. Quod ſi præter hanc, alia & commodiori ratione ſudorem non vultus tantum, ſed animi potiſſimum abſtergere poſſemus, optime ſane nobis eſſet conſultum. Agite videamus, quibus hic vtendum linteolis. Patientia Chriſtiana opus eſt, & non erit hic ſudor vltra modum moleſtus.

Hanc autem in noſtris animis excitare debent ſequentia.

1 Deus exprimit hunc ſudorem Cuius voluntati non licet reſiſtere. Nec immerito moleſtijs punit peccata noſtra.

Eſtque hic ſudor tibi communis cum aliis, Regibus etiam & Principibus.

3. Non perpetuo durabit hic ſudor, ſed mox finem habebit. Etenim tam diu durabit ſolũ, quam diu PANEM MANDVCABIS. Sed veniet tempus, quando ceſſabis hunc panem terrenum manducare. Vbi adhibitus fueris menſę Domini in vita æterna (Luc. 22. v. 30) ſudorem non ſenties. Imo ſalutaris tibi eſt hic ſudor iuxta id Rom. 8. v. 28.

4. Et quod maximum eſt, Benedictus eſt hic ſudor vultus tui, in his terris, per ſudorem ſanguineum Chriſti, ne noceat Hinc Pſal. 128 BEATVS es, & bene tibi erit. Laborem manuum comedes Beatus enim, qui facit officium ſuum Angeli cuſtodient, Pſal. 91. Et: Dominus lenire poteſt omnem dolorem varijs multisque modis.

Hæc quidem generaliter ad omnes pertinent.

In ſpecie autem abſtergere ſudorem vult Dominus 1. Oeconomis benedictione multiplici, vt labor non ſit inanis, ſi in verbo Domini laxent rete. Luc. 5. Et Pſal. 127. quoque huc pertinet.

2. Magiſtratui abſtergit ſudorem his beneficijs, quod illi 1. largitur honorem. 2 Tributa & vectigalia loco præmij pro ſudore concedit.

3. Ec-

3. Eccleſiæ miniſtris abſtergit Deus ſudorem, his dulciſſimis promiſſionibus. Dan. 12. v. 3. Et Luc. 6. verſ. 23. Et in his terris. 1. Cor. 9. v. 13.

THEMA VIII.

Ex Geneſ. 11. v. 29.

Duxerunt autem Abraham, & Nahor vxores: nomen vxoris Abraham, Sarai; & nomen vxoris Nahor Melcha, quæ erat filia Aran patris Melchæ, & patris Iſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.

DISPOSITIO.

Solent ij, qui Nouitates (ſicut vulgo vocant) vel hiſtorias quotidianas, vel Diaria conſcribunt, & hinc inde ſpargunt, Magnatum & illuſtrium perſonarum matrimonia inter alia diligenter annotare: quæ etiam auide paſſim leguntur. Vbi tamen ſemper dubitandum, verane an falſa ſint, quæ narrantur. Moſes autem hoc loco deſcribit veram hiſtoriam, Matrimonij inter illuſtres omnino perſonas initi: cum nuptias Nahor & fratris Abrahami annotat, quorum ille conſanguineus, hic vero Proauus Chriſti Saluatoris inter omnes celebratiſſimus fuit: omniumque fidelium Apoſtolo teſte parens. Rom. 4. verſ. 11. Erunt itaque in hac Hiſtoria breuiter hæc 3. notanda.

1. De Matrimonio Abrahami & fratrum in genere.
2. Quibus nupſerint vxoribus.
3. Quam diſpari vſi fuerint fortuna in coniugio, ratione prolis.

I.

Tharah pater Abrahami progenitus ex ſtirpe Patriarcharum, qui deſcendunt à SEMO filio Noha, tres habuit filios. 1. Abrahamum. 2. Nachor. 3. Haran.

1. Hi

Digitized by Google

1. Hi ſinguli vxores ducebant. Et primis quidem Haran Nam eius filiæ Melchæ, filijque Lothi fit mentio.

Porro licet de coniugio illius nullam hic mentionem ſcriptura faciat: conſtat tamen, quod is plurimis annis ante Abrahamum natus, & filiorum Thare maximus, longo etiam tempore ante Abrahamum coniugium adeptus fuerit. Id inde patet, quod Loth, filius Haran, fere eiuſdem eſt ætatis cum patruo ſuo Abrahamo, cum exirent ex Vr Chaldæorum.

2. Vxorem etiam alter filius ducit, Nachor ſcilicet: quod hoc loco exprimitur.

3. Sed & tertius filius Abrahamus (quem non ſine cauſa natu minimum fuiſſe plerique Chronographi teſtantur) legitimo ſeſe matrimonio iunxiſſe legitur.

L. Sed quid hæc ad nos inquis? Ad doctrinam, teſte Paulo, & admonitionem omnia faciunt, quæcunque ſcripta ſunt. 2. Tim. 3. Ergo & hæc.

I. Videmus hoc loco Patriarchas ſanctiſſimos à coniugio non abhorruiſſe. Si autem coniugium eſſet vitæ genus tale, in quo Deo non placere poſſent homines, ſicut nonnulli, doctrinis Dæmoniorum attendentes. 1. Tim. 4. v. 1. huc impie & blaſpheme locum Apoſtoli, (qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Rom. 8. ver. 8) detorquent, abſtinuiſſet vtique optimus Abrahamus à matrimonio. At quomodo non placeat Deo, quod ab ipſo inſtitutum, & ordinatum eſt? Nunquid ſibiipſi contrarius eſt? Minime vero. Faceſſant igitur hinc nugatores iſti. Nec enim tota ſacra Scriptura cuiquam vitio vertit, quod legitime factus fuit coniunx.

II. Patet ex hac hiſtoria, longe diuerſum ſenſiſſe olim patriarchas, & ipſorum filios, ab his noſtri ſeculi hominibus, qui minus conſultum eſſe putant, vt tres aut plures eiuſdem parentis filij vxores ducant. Sic enim putant hæreditatem parentum in multas partes diuiſam, non ſufficere fratribus pluribus, vt ſinguli poſſint ſplendide

Digitized by Google

dide viuere. Ideo in familiis illuſtribus & nobilibus interdum fieri ſolet, vt vel in gratiam vnius fratris, vel ad conſeruandum ſplendorem familiæ (ſicut loquuntur) cæteri cælibes viuere, & vagis libidinib. conſcientiam polluere malint, quam fratri damnum (quod ipſi quidem putant) dare. & hæreditatem in multas partes diſſecare. Hoc non excuſari poſſe ſcimus, cum diffidentiæ erga Deum potius ſit ſignum, quam animi fraterni indicium. Quod ſi vero aliquis dono continentiæ præditus, propter commodum fratris aut cognatorum, cælebs, caſte ſimul & pie viuere velit & poſſit, id illi vitio vertendum non iudico. At ſi tales, qui continere non poſſunt, cum scortis & concubinis viuant, multo ſane grauius damnum dant fratribus, cum turpiſſima & perpetua familiæ coniunctum ignominia; quam ſi partem aliquam hæreditatis & bonorum detraxiſſent. Huc enim pertinet id Sapient. 3. verſ. vltimo.

II.

Quibus vero vxoribus nupſerint Abrahamus & frater Scriptura hoc loco exprimit. Nec ſine cauſa.

1. De coniuge quidem Haran nihil meminit Scriptura. Tantum filij & filiarum mentionem facit.

2 Nahor autem dicitur nupſiſſe MELCHÆ. Illa eſt filia Haran. Adeoque filiam fratris vxorem duxit.

3. Abraham vero duxit Sarai. Hanc plerique putant fuiſſe alteram filiam Haran, quæ hoc loco vocatur Iiſcha. Et ſic etiam filiam fratris Abraham duxiſſe putatur. Hanc coniecturam inde ſumunt, quod Geneſ. 20. Abraham Regi Abimelecho dixit, vere ſoror mea eſt (Sara) filia patris mei, non filia matris meæ Hinc alij concludunt, Saram fuiſſe neptem Thare, ex alia matre, quam quæ Abrahamum genuit. Alij priuignam Haran fuiſſe credunt: Et Haran ante Thara mortuo. Saram in familiam ipſius Thara translatam, ibique educatam, inde-

indeque filiam Thare vocatam. Licet ex nuptijs viduæ Haran adſcita fuerit.

Certe, ſi Sara ſoror Lothi ſit, ſiue ex eadem ſiue ex altera matre, filia Haran fuit. Niſi priuignam Haran fuiſſe ſtatuamus.

Vtut ſit, quia de hoc ex Gen. 20. conſtat illam in ædibus Tharan educatam; & filiæ loco habitam, nihil dubito illam cognatam fuiſſe Abrahami.

L. Neminem hoc offendat, quod Nachor & Abraham filias fratris ſui Haran duxerunt. Nec propterea hæc noſtris in exemplum trahenda ſunt. Etenim nondum illis lata erat lex illa, de gradibus prohibitis. Leuit. 18. Nobis vero præter Moſaicas, certæ etiam ſunt conſtitutæ leges matrimoniales. Illas propter mandatum Magiſtratus. & honeſtatem publicam obſeruare debemus, non minus ac ſi cœlitus latæ eſſent. Quia Magiſtratus, qui vicem Dei gerit, grauibus de cauſis hos matrimonij limites ponit.

Et per Dei gratiam poſſumus hoc ſeculo delectum habere inter perſonas, quibus cum matrimonium illæſis legibus inire licet: vt non neceſſe ſit conſanguineas vel affines ducere. Nec optatus ſemper reſpondet euentus, ſi propter pecuniam vel alia commoda, contra matrimonij leges cum cognatis ineantur coniugia, vt tum demum Diſpenſatione opus ſit.

L. II. Quod Abrahamus eam ducit, quæ in ædibus patris educata fuerat, de cuius vita & moribus ipſi conſtabat, & quæ eiuſdem fere cum ipſo ætatis (demptis annis decem) erat, poteſt nobis eo ſeruire. vt non temere obuiam quamq; de cuius vita, parētibus, honeſtate, &c. plane nihil compertum habemus, vxorem ducamus nec talem, quæ vel religionis, vel honeſtatis, vel ætatis. vel quacunq; alia ratione. nihil nobiſcum commune habet. Qui cupis egregie nubere, nube pari. Boues diſcordes enim eidem iugo valde incommode coniungi poſſunt. Et ſera plerunque tales nuptias comitatur pœnitentia.

III. Tre

vt nunquam fere in voluntate diuina acquieſcere velit. Quibus non ſunt liberi, hi vnice hoc exoptant, vt fiant fœcundi. Qui liberos habent, illos oderunt, optantes ſibi ſterilitatem. Sic vtrique fruſtra orant, fiat voluntas tua Domine.

THEMA IX.

Ex Geneſ. 24. Ab initio.

Erat autem Abraham ſenex dierum multorum & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam ſuper femur meum, vt adiurem te per Deum Cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.

Reſpondit ſeruus, ſi noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egreſſus es? Dixitque Abraham: Caue ne quando reducas filium meum iſthuc. Dominus cœli [& terræ] *qui tulit me de domo patris mei, & de terra* Natiuitatis *meæ, qui loquutus eſt mihi, & iurauit mihi dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit te ſequi, non teneberis iuramento, filium tantum meum ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manum ſub femore Abraham Domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc.*

DISPOSITIO.

Elegantem ſimul & vtilem hiſtoriam complectitur Caput Geneſ. viceſimum quartum, de nuptijs Iſaaci &

 Rebec-

Rebeccæ. Cuius hæc, quæ prælegimus, prima pars ſunt: ex qua intelligimus, Abrahamum omnibus bonis locupletatum, vnum hoc ad cumulum benedictionis diuinæ exoptaſſe, vt filio Iſaaco vnice charo, de commoda coniuge proſpiceretur. Quamuis autem plures loci hac hiſtoriæ parte comprehendantur, videlicet de ſeruis, de iuramentis & eorum formula, &c. Nos tamen ea tantum, quæ propoſito noſtro ſeruiunt, & ad nuptias principaliter pertinent, hoc loco tractabimus. Deſcribuntur autem hac parte Hiſtoriæ duo.

1. Propoſitum & cura Abrahami de coniugio filij.

2. Quibus ſeruum Eleaſarum mandatis (de filij nuptijs) inſtruxerit.

I.

Abrahamus vicinus eſt morti, & ſcit inſtare diem reſolutionis ſuæ. Antequam igitur ex hac vita diſcedat, domum ſuam diſponere vult. Cumque vnum habeat ex Sara filium, hæredem omnium paternorum bonorum, ſolicitus eſt de vxore commoda ipſi adiungenda.

Nec vero antequam adoleſcat, de vxore filij cogitat, ſed cum iam ad maturam ætatem peruenit. Eſt enim quadraginta annorum Iſaacus, cum nubit Rebeccæ. Geneſ. 25. v. 20.

Neque etiam vltra iuſtum tempus detinet illum ſecum, vel vt ipſo tanquam ſeruo vtatur, aut ne quid de bonis ſuis decedat. Et ne filij etiam familiam alere cogatur.

Sed vbi vxorem pro ipſo inueniat, ſolicitus eſt. Non quod vel formæ, vel diuitiarum ratione nulla fuerit inter Chananæos, cum quibus ipſe habitauit, quam matrimonio iungere poſſet filio. Neque enim dubium eſt, quin multi etiam ex præcipuis familijs honeſtum & formoſum adoleſcentem ſibi exoptauerint generum vel affinem.

At ſi

At ſi maxime mores puellarum in Chanaan non diſplicuerunt Abrahamo, tamen alias habuit cauſas, ob quas ex illis vxorem accipere noluit.

1 Scit hanc terram cum inhabitantibus diuino iudicio damnatam, & morti deſtinatam. Geneſ. 15 verſ. 16. Et hanc ob cauſam hoc loco meminit promiſſionis & iuramenti Dei verſ. 7. Qui hanc terram ſemini ipſius conceſſerit.

2. Deinde noluit filium coniungere cum Chananæis, ne filius fieret idololatra, aut ne filius in hoc periculo conuerſaretur: ſed, vt ſemen Sanctorum cum Sanctis conuerſaretur, voluit.

Solicitus igitur eſt pro filio, & his, qui ex ipſo erant naſcituri.

Inde factum, vt, cum hac de re moneret Diſpenſatorem ſuum, iuramento ipſum obſtringeret, ne aliam filio adduceret, quam ſinceræ Religionis amantem.

L. I. Diſcant hic parentes, hoc ipſorum eſſe officij, vt prouideant liberis ſuis de honeſto coniugio. Non enim eſt, quod exiſtiment, caſu forte & nouo atque inuſitato modo obuenturos illis conjuges. Nec laudandi, qui de coniugio liberorum plane nihil ſunt ſoliciti. Nec curant, quando, quibus & quomodo nubant. Reprehendendi etiam illi, qui propter commodum priuatum, liberis tanquam ſeruis, & mancipijs vtuntur, nec permittunt, illos, ſi maxime iuſtam ætatem attigerint, inire matrimonium.

L. II. Filij vero conſenſu parentum interueniente de coniugio tum cogitent, vbi adoleuerint prius. Iſaac ante annum 40. non petit ſibi dari vxorem. Iam etiam voluntati parentis non reluctatur. Et licet 40. annorum ſit, nihil tamen propria authoritate ſtatuit. Nec inquit, ego mihi ducam vxorem, non patri. Dummodo mihi placeat, non neceſſe eſt patri placere. Ætatem habeo, non teneor amplius parenti obedire. Nihil horum. Durat enim vis quarti præcepti perpetuo, vt ho-

norentur parentes. Sic Samſon petit ſibi à PARENTIBVS VXOREM accipi. Iud. 14. Vide etiam Geneſ. 21. verſ. 21. de matre Iſmaelis. Hac ratione fœlix matrimonium ſperare poſſunt liberi pij.

L. III. Non quærendæ filijs ſponſæ, nec filiabus ſponſi, diuerſæ Religionis: ſi maxime ex tali coniugio ampliſſimæ poſſint ad illos redire diuitiæ. Animæ liberorum proſpiciendum magis quam corpori. Et quid iuuaret totum mundum lucrari, animæ interim iacturam facere? Matth. 16. Facilius autem ſeducuntur pij, quam conuertuntur impij. Et quam plena periculi ſit hæc res, patet Exod. 34. v. 16. Deut. 7. v. 3.

II.

Quod animo verſat Abrahamus, tandem diſpenſatori Eleaſaro aperit, eumque inſtruit: Et vt aliunde quærat filio vxorem, iuramento obſtringit grauiſſimo. Eſt autem hæc inſtructio Abrahami fidei pleniſſima, in qua potiſſimum hæc ſpectanda ſunt, quæ huic inſtituto ſeruiunt.

1. Non ex Chananæis vxorem filio procuret. Ex cauſis, quæ iam in prima parte ſunt allegatæ. De quo ſatis ſupra.

2. Vult vt proficiſcatur ad ſuos cognatos, & vxorem ex familia ſua Iſaaco accipiat. Scit enim Nahor fratri filios, & filiorum filios filiaſque eſſe natos. Gen. 22. v. 20. Neque vero quicquam de diuite, formoſa, &c. ſponſa deligenda præcipit.

3. Seruo quærenti, ſi non poſſet ex cognatis (qui iam in Meſopotamia viuebant) vxorem Iſaaco adducere, vtrum non in Vr Chaldæorum (vnde Abrahamus olim egreſſus erat, Geneſ. 12.) reducere licet filium Iſaacum, vt ibi poſſet cum vxore (quæ in Canaan forſitan non eſſet profectura) habitare, grauiſſimis verbis interdicit, ne id vnquam facere tentet.

Hanc etenim terram ſibi & ſemini promiſſam, filios etiam

etiam nec poſſe nec debere abſq; diuino mandato relinquere, recte credidit.

Ex magna fidei πληροφορίᾳ nihil dubitat, quin idipſum etiam ſeruo perſuadet, fore vt Dominus (author coniugij) Angelum ſuum comitem itineris ipſi Elcaſaro adiungat, quo poſſit iuſſa fideliter exſequi.

L. I. Pręter ea, quæ prima parte delibauimus, notandum etiam hoc loco, non primam curam in matrimonijs liberorum procurandis, hanc eſſe debere, vt deligantur ſponſi vel ſponſę diuites, aut forma elegantes. Licet enim tales haud dubie Iſaaco oblatæ fuerint, tamen oculos claudit Abraham erga illas. Et piam atque honeſtam deligi vult. Propterea ne vno quidem verbulo ſeruum de forma, vel diuitijs monet.

Perit enim forma, pereunt opes, Pietas autem & honeſtas manent perpetuo, præmia habent. 1. Tim. 4.

L. II. Grauis eſt tractatio de coniugio. Ideoque tanta cum ſolicitudine Abrahamus ſeruum inſtruit. Iuramentum quoque requirit: quod nunquam niſi in grauiſſimis caſibus exigi debet.

Peccant igitur, qui re non prius ſecum deliberata, ſed præcipitanter & temere, illotiſque (quod dicitur) manibus, obuijs quibuſcunque, etiam ignotis, fidem matrimonij dare non verentur.

L. III. Angelos Domini piorum Paranymphos & Nymphagogos eſſe, Abrahamus non ſine ratione ſibi habet perſuaſiſſimum. Scit enim id Pſalm. 91. v. 11. Et Hebr. 1. verſ. 14.

1. Poteſt hoc facere ad conſolationem eorum, qui coniuges fieri volunt. Vide de Angelo pronubo Tob. 6. Et infra ſuo loco.

2. Apparet etiam hinc, coniugium rem eſſe ſanctiſſimam, quod Angeli Spiritus illi cœleſtes patiuntur ſe adhiberi ad miniſterium coniugum.

3. Admonemur autem, ne Angelos tam fidos coniugij Procuratores contriſtemus vitæ prauitate.

Digitized by Google

THEMA X.

Ex Geneſ. 24. v. 10. ad 28.

Tulitque ſeruus decem Camelos de grege Domini ſui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans ſecum: profectuſque perrexit in Meſopotamiam, ad vrbem Nachor. Cumque Camelos feciſſet accumbere extra oppidum, iuxta puteum aquæ, veſpere, eo tempore, quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquam, orauit Dominum, dicens: Domine Deus, Domini mei Abraham, occurre, obſecro, mihi hodie, & fac miſericordiam cum Domino meo Abraham. Ecce, ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa reſponderit: Bibe, quin & Camelis tuis dabo potum: ipſa ſit, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac: & per hoc intelligam, quod feceris miſericordiam cum Domino meo Abraham. Nec dum verba intra ſe compleuerat, & ecce, Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor, fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua: puella decora nimis, virgoque pulcherrima & incognita viro. Deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur. Occurritque ei ſeruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ reſpondit: Bibe Domine mi. Celeriterque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam & dedit ei potum. Cumque ille bibiſſet, adiecit: Quin & Camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant: Effundenſque hydriam

driam

Digitized by Google

driam in canalibus recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & hauſtam omnibus camelis, dedit. Ipſe autem obſtupuit ad eam tacitus ſcire volens, vtrum proſperum iter ſuum feciſſet Deus, an non. Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir in aurem auream, cuius pondus erat dimidium ſicli, & armillas duas, pondo ſiclorum decem. Dixitque ad eam, cuius es filia? Indica mihi: Eſtne in domo patris tui locus ad manendum? Quæ reſpondit: Filia ſum Bathuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Et addidit, dicens: Pabuli quoque, & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpacioſus eſt ad manendum. Inclinauit ſe homo, & adorauit Dominum, dicens: Benedictus Dominus Deus domini mei Abrahami, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à Domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris Domini mei, &c.

DISPOSITIO.

Miſſus eſt ſeruus Abrahami ad cognatos Heri, vt ex illorum familia aliquam deligeret herili filio vxorem. Sicque paranymphum, Proconetam, internuntium, &c. (Kuppler/ Werber) agit Eleaſarus. Quia vero tales ſolicitatores vel promouere vel impedire poſſunt interdum bonorum nuptias, ideoque hiſtoria præſens 1. deſcribit induſtriam & pietatem huius ſerui, quæ in procuranda & deligenda ſponſa fuit ſingularis.

In hac eadem hiſtoria etiam Sponſa delectæ qualis futura erit, exquiſite & accuratiſſime depingitur. De his iam nobis ſermo erit.

I. *De ſeruo Paranympho.*

Fidem dederat ſeruus hero ſuo, ſe nuptias filij curaturum diligentiſſime. Id res ipſa docet.

1. Etenim proficiſcitur recto itinere ad cognatos Abrahami, ad quos erat miſſus. Et pergit Meſopotamiam, ad Ciuitatem Nachor fratris Abraham.

Non aliam adducit Iſaaco, non doloſe inducit illum, peregrinam adducendo, quam pro cognata illius venditare potuiſſet.

2. Orat ſedulo & ardentiſſime, vt Deus miſericordiam faciat cum Domino ſuo Abrahamo, & oſtendat ipſi Sponſam, quam adducere debebat Iſaaco.

3. Signum petit à Deo, humiliter ex fide: vt ſcilicet Sponſa ad puteum hoc ipſo tempore egrediatur, & ipſi offerat potum, &c.

4. Et cum Deus preces ipſius exaudijſſet, atque Rebecca Sponſa mox in conſpectum ipſius veniſſet, non præcipitanter agendum iudicat, nec temere quamcunq; arripiendam. Sed licet Rebecca appareat, & ipſe ſignum videat compleri, ſicut petierat, non tamen prius illam pro ſponſa Iſaaci habendam ducit, quam de familia illius certus ſit. Hoc vero poſtquam compertum habet, non amplius dubitat, ſed munera Rebeccæ offert, & Deum itineri ſuo benedixiſſe intelligit.

5. Deo gratias agit, quod preces ipſius clementer audierit, & miſericordiam cum domino ſuo fecerit.

6. At licet Rebeccā Sponſam eſſe diuinitus ipſi monſtratam intelligat, nihil tamen quicquam de nuptijs cum ipſa tractat, ſed parentes & cognatos prius de conſenſu compellandos, pie iudicat, quam cum ipſa Rebecca (quę non ſui iuris erat) de coniugio ſermones conferat. Ideoque modeſte admodum petit hoſpitium in domo illius, quo poſſit commodius exequi, quæ in mandatis habebat.

Locvs, Quia hic ſeruus non aliter agit, ac ſi ſibiipſi Sponſam deligere debuiſſet, ideoque non tantum hi, qui alienas nuptias procurant, ſed & ij, qui coniuges ipſi fieri volunt, habent quod ab ipſo diſcant.

I. Et primum quidem docet ſuo exemplo Eleaſar tractatio-

ctionem coniugij à precibus ordiri debere omnes eos, qui velint, vt Deus miſericordiam faciat cum ipſis. Idem infra de Iſaaco Sponſo hoc cap. legitur v. 63. Videatur Tobiæ exemplum infra ſuo loco. Tob. 8

II. Sed & internuncij proxenetæ, & ſimiles hac in parte imitentur optimum hunc Eleaſarum. 1. ne doloſe agant. 2. non offerant & obtrudant ſuis ſponſas, de quarum Religione, vita, moribus, non ſunt certi. 3. nec ſpe præmiorum tantum & munerum hanc rem tractent. 4. nec quicquam præcipitanter. 5. ſed fideliter omnia agant. Et ſic 1. Dei inprimis gloriam. 2. & ſuarum ſalutem. 3. pietatemque in omnibus & ante omnia ſpectent.

III. Sicut in cæteris, ita etiam in matrimonijs Deo quidem nec tempus nec modus, vel locus & perſonæ. &c. præſcribenda ſunt: Interim tamen ex fide petendum, vt is perſonam, locum, tempus, &c. non ſigno peculiari, ſed modo ordinario nobis demonſtret. Singulare enim hoc exemplum eſt Eleaſari, ſignum petentis, & ex fide factum eſt, ad imitationem Gedeonis Iud. 6 v. 37. & Hiskiæ Eſa. 38. v. 22. Iam vero alia ratione Dominus nobis optatam coniugem demonſtrare poteſt, per parentes, cognatos, aliosque bonos, &c. Imo etiam inſtillatus amor cordibus, Dei opus eſt. De quo alias.

IV. Effectus precum in petitionibus eiuſmodi, quæ coniugium attinent, hoc loco expreſſe notatur: quod mox vbi orare deſiit Eleaſar, Rebecca præſto eſt. Magna hæc conſolatio. Iuxta id Pſal. 145. v. 19 Si non annuit noſtris precibus, ſciamus, hanc vel illam, pro qua orauimus, nobis non futuram fuiſſe commodam coniugem.

II. *Rebecca Sponſa.*

Inſtat tempus, vt antequam finem faciamus dicendi, prius etiam Sponſam Rebeccam inſpiciamus. Et ſane digna eſt, quam diligentiſſime contemplemur. Sie läſt ſich wol ſehen.

1. Legitur fuiſſe pulcherrima, forma & vultu adeo iu-

cunda, vt nihil ſupra. Ita vt obſtupeſcat Eleaſar. v. 21.

2. At ſi maxime formoſa ſit, verum non ex familia honeſta oriunda, nihil forma valebit. Sed ex familia præclara & ipſius Iſaaci cognata eſt. Filia Nachor. verſ. 24.

3 Atque ex præclara familia prognatæ, interdum non ſatis laudatæ famæ ſunt: Hæc autem Virgo eſt. Et talis, quæ non virginitatem forinſecus ſimulauit: Sed viro incognita verſ. 16.

4 Quod ſi virgo ſit tenere educata, nullis aſſueta laboribus, certe Iſaaco male conſultum fuerit. At ipſa laboribus aſſueta adeo eſt, vt tanquam famula hydriam portet in ſcapula ſua. verſ. 15.

5. Nec laboribus tantum aſſueuit aſininis, ſed & agilis eſt. Non tarda, ſed quæ celerrime poteſt potare & ſeruum, & camelos, &c. verſ. 15. Celeriter depoſuit, &c. & verſ. 20.

6. Quod ſi agilis & laborioſa quidem, iuxta tamen moroſa & difficilis fuiſſet, nec hoc eſſet tanti faciendum. Atqui blanda eſt & comis, affabilis atque iucunda. Patet ex v. 18. 24. 25. Domine mi, &c.

7. Sed nec laborioſa tantum & affabilis, verum etiam hoſpitalis & liberalis eſt. verſ. 25. Pabuli ſatis.

Neque vero propterea hoc dicit, quod nuptias ſuas ambiri ſciat, illa enim profectionis huius, & quid ſeruus in mandatis vel in animo haberet, ignara eſt.

LOCVS. Formoſam fuiſſe Rebeccam audimus. Habet hoc ſuam laudem Sed omnium hæc eſt minima commendatio, quæ ratione formæ fit. Cæteræ vero virtutes longe ſuperant. Quia igitur non omnibus puellis, elegantis formæ donum commune eſt, diſcant ex Rebecca. qua ratione formoſæ apparere poſſint, coram omnibus, non externo aſpectu, ſed cordis affectu.

1. Virginitatem cuſtodiant ſolicite. Quia nulla pulchra niſi pudica. Prou. v. 22. Prou. 31. v. 29.

2. Laboribus aſſueta & ſedula laudem inuenit in Scriptura. Prou. 12. v. 12. Syr. 26. v. 2. Prou. 14. v. 1.

3. Sed

3. Sed & blanda atque comis eſſe debet. Freundtlich vnd holdtſeelig. Non garrula, vana, bilinguis. Non moroſa, difficilis, auſtera, indignabunda, imperioſa, rixax. Sed mitis, benigna, iucunda, Prou. 5. v. 19. Amabilis, caprea. Prou 11. v. 16. Gratioſa. Syr. 26. v. 16. Et Syr. 37. pulchra & amabilis. &c.

4. Nec auara, tenax, & illiberalis eſſe debet, ſed hoſpitalis, miſericors, & liberalis, præſertim erga pauperes & peregrinos. Heb. 13. v. 2. Fundamentum autem omnium virtutum eſt, timor Domini. Quæ his dotibus ornata eſt, illa certe formoſa eſt animo, ſi maxime extrinſecus neglectæ formæ ſit. Prou. 31. v. 29.

LOCVS. II. Vident puellæ, quo loco, quave occaſione Rebecca inuenerit maritum optimum, ditiſſimum. Non inter ſaltationes & conuiuia, ſed dum operas facit domeſticas & neceſſarias. Notent hoc noſtrates, quę ſuis circumcurſitationibus ſibiipſis de maritis volunt proſpicere. Sed ſæpe res male cedit.

THEMA. XI.

Ex Geneſ. 24. verſ. 31.

Dixit Laban: Ingredere benedicte Domini, Cur foris ſtas? Præparaui domum, & locum Camelis tuis. Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit Camelos, deditque pabulum & fœnum, & aquam ad lauandos pedes eius, & virorum, qui venerant cum eo. Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis ad comedendum. Qui ait: Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere. At ille, ſeruuus, inquit, ſum Abraham. Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatuſque eſt, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos, & ancillas, Camelos & Aſinos. Et

peperit

Digitized by Google

peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, deditque ei omnia, quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito; ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego vero reſpondi domino meo: Quid ſi noluerit venire mecum mulier? Dominus, ait, in cuius conſpectu ambulo, mittet Angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam: accipieſque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi: Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam, in qua nunc ambulo: Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me: da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua: & dixerit mihi: Et tu bibe, & Camelis tuis hauriam, ipſa ſit mulier, quam præparauit Dominus filio domini mei. Antequam ego conſummaſſem loqui in corde meo, apparuit Rebecca, veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam, da mihi paululum bibere. Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & Camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit Camelos: Interrogauique eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpondit: filia Bathuelis ſum, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures, ad ornandam faciem

ciem eius, & armillas poſui in manibus eius. Pronuſque adoraui benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi: ſin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. Reſponderuntque Laban atque Bathuel: A Domino egreſſus eſt ſermo, non poſſumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui, ſicut locutus eſt Dominus. Quod cum audiſſet puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum.

Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque eius & matri dona obtulit. Inito conuiuio veſcentes pariter & bibentes, ipſe & viri, qui cum eo erant, manſerunt ibi, &c.

DISPOSITIO.

Sponſalia celebrata nomine abſentis ſponſi Iſaaci per Legatum Eleaſarum, cum Rebecca, egregie & prolixe nobis deſcripta traduntur. Quia igitur ſponſalia hæc Spiritui ſancto placuerunt, vt illa non dedignatus fuerit tanta verboſitate deſcribere, & ad nos tranſmittere, placeant ſane illa etiam nobis tantoque magis, quod videmus plane eadem hic fieri, quæ apud nos adhuc obſeruantur, cum ſponſalia publica & ſolennia celebrantur. Et ſunt hæc 4.

1. Deſcribitur legati petitio, facta nomine Abrahami parentis & filij Iſaaci. Ehrliche Werbung vnd anhalten.

2. Re-

2 Reſponſum parentis & cognatorum Sponſæ Rebeccæ & conſenſus. Willnfährige gute Antwort.

3. Narrantur pauca de donis ſponſalitijs, ſiue de Arrha nomine Sponſi oblata per Eleaſarum Rebeccæ Sponſæ. [Apud nobiliores perſonas appellatur noſtro tempore Trawſchatz oder Mahlſchatz: apud plebeios vero Hafftgelt. Eſtque ſubarrhatio, qua promiſſio matrimonij obſignatur.]

4. Conuiuium inſtituitur ſolenne. De his partibus hiſtoriæ breuiter dicendum.

I

Legatus Abrahami miſſus ad cognationem Domini ſui beneuole excipitur, & introducitur in domum Bathuelis patris Rebeccæ per Labanum fratrem. Cumque hoſpitio excepto Eleaſaro omnia humanitatis officia præſtituri: cibo etiam & potu feſſum ex longinquo itinere, refecturi eſſent, non vult is prius cibum capere, quam ea, quæ in mandatis habebat, exequutus fuerit: Impetrata itaque dicendi copia, primum de heri ſui pietate, atque paterna omnino pro filio ſolicitudine, quædam etiam de Iſaaco vnico magnarum diuitiarum hærede præfatus quid ipſi in mandatis datum fuerit, exponit.

2. Deinde quomodo diuina prouidentia factum ſit, vt ad preces illius Rebecca illi obuiam veniret, exponit.

3. Hanc vt herili filio Iſaaco deſponſare non grauentur, per amicitiam & cognationem, quæ ipſis cum Domino ſuo intercedat, officioſe rogat.

Argumenta perſuadendi per totam orationem artificioſe interſpergit, quibus animi parentis Bathuelis atque fratris Labani & cæterorum percelluntur. Sunt vero hæc potiſſimum, quæ pro ſponſo ſuo Iſaaco affert.

1. Filius eſt Abrahami piiſſimi: cuius iudicium eſt hoc, quod filium cum Chananæis non vult deſponſare v. 37.

2. Eſt cognatus veſter. Vult ex familia ſua vxorem filio accipere. v. 34. & 38.

3. Bene-

3. Benedixit Dominus hero meo, patri Sponſi & eſt magnificatus valde v. 35. Sed quid hæc ad filium?

4. Multum ſane. Eſt vnicus hæres, & pater iam illi omnia bona traditurus eſt. v. 36.

5. Diuina prouidentia certe has nuptias procurabit. Etenim ad pias meas preces, Dominus mihi illam, quæ filij herilis ſponſa futura eſt, iam in conſpectum adduxit. Cui iam etiam hoc nomine egi gratias à v. 42. ad 49.

6. Nec poſſum dubitare, quin ſitis facturi miſericordiam & veritatem cum Domino meo. Eſt enim mea petitio honeſta. v. 19.

7. Nihil tamen præter vel contra voluntatem veſtram fieri volo, (propterea nec ante portas rapui veſtram filiam) ſed ſi repulſam tulero, diſcedam mox hinc vel ad dextram vel ad ſiniſtram, v. 49.

LOCVS I. Compellandi à iuuenibus primo omnium parentes, curatores, cognati &c. earum virginum, quas matrimonio iungere animus eſt. Nec quicquam illis vel inuitis vel neſcientibus cum adamatis de coniugio tractandum: qui potius reluctantibus illis mox ad dextram vel ſiniſtram ſecedere parati ſint iuuenes, quemadmodum hic Eleaſarus.

Idem etiam faciant illi, qui hoc nomine ſcil. ad procurandas nuptias aliorum mittuntur, proxenetæ, internuntij & ſolicitatores. De quibus ſuo loco plura.

L. II. QVOD ſeruus hic nihil prius vult guſtare, quam iuſſa exequutus fuerit: monet omnes, qui de coniugio ſunt tractaturi, ne id faciant ebrij. Vide infra ſuo loco. Tobiæ 7. Eſt enim res magni momenti coniugium.

L. III. Notandum hic etiam aliquid de diuitijs. Eleaſarus prædicat diuitias Abrahami, quibus à Deo donatus ſit: non quod hoc ipſi ab Abrahamo fuerit mandatum (cum ne verbum quidem extet in inſtructione, quæ ſupra in hoc cap. continetur) ſed partim vt Dei fauorem erga herum Abrahamum commendet: partim vt Rebecca nihil dubitet, quin ab Iſaacc (qui longiſſime aberat) honeſto

neſte alenda ſit: partim vt Iſaacum propinquis & cognatis commendet omnibus, quibus poteſt, rationibus, vt facilius fiat voti compos. Et ſane Laban fuit alioquin ad rem attentiſſimus, quod patet ex Gen. 31. v. 7. qui pauperi Iſaaco ægre ſororem elocaſſet. Vera autem ſunt omnia, quæ narrat ſeruus, &c. Ideoq; non dicimus, bonorũ planè nullam in matrimonijs habendam rationem: ſed hæc non ante omnia debere ſpectari, nec de diuitijs primam quæſtionem mouendam. Pietas enim ante omnia ſpectanda, & vitæ genus honeſtum. Quod ſi vero ad pietatem accedant opes BENE QVÆSITÆ, non erit illud contemnẽdum, cum diuitiæ etiam donum Dei ſint. Matrimonium autẽ TANTVM propter ſperatas diuitias initum, rariſſime fœlix eſſe, communis teſtatur experientia.

IV. Quæcunque hoc loco Eleaſar pro ſuo Sponſo adducit, veriſſima ſunt, & negari non poſſunt. Imo plura etiam potuiſſet in medium aſſerre, ſi voluiſſet. Quem non imitantur hodie ij, qui vannis (ſic enim loquuntur) mendacia apportanda eſſe, garriunt, ſi nuptias procurare velis amico. Iudicant homines impij, ſtulti & prophani, eandem in coniugum deſponſatione rationem eſſe, quæ eſt in equorum permutatione, vbi ſinguli ſuos de meliori nota commendant, quos nullius precij eſſe ipſimet ſciunt. At cum triſtes euentus ſoleant comitari coniugia, ex mendacijs iuncta, abſtineant ab illa leuitate omnes boni.

II.

Audiuimus petitionem Legati. Audiamus etiam reſponſum. Intelleximus quid quæratur ex parte ſponſi. Videamus etiam quid fiat ex parte Sponſæ.

Reſpondent autem nomine Rebeccæ Laban frater & Bathuel pater Sponſæ. Notabit hic lector, Bathuelis tantum hoc loco fieri mentionem, qui tamen Labano poſtponitur. Hinc adeo nonnulli, & in his Lutherus, Bathuelem fratrem Labani, non patrem, ſed patri cognominem

minem fuiſſe ſtatuunt: præſertim cum verſu 53. legatur Elaſarus munera dediſſe matri, & verſ. 60. ſoror noſtra es. Item verſ. 59. dimiſerunt ſororem, &c. Parentis vero nulla fiat mentio. Viciſſim autem in Hebræo vnius tantum fratris, Labani ſcilicet, fit mentio. Hinc colligunt alij, patrem Bathuelem ſenio confectum, parum his rebus tractandis occupatum fuiſſe; ſed omne id negotium Labano filio prudenti commendaſſe: Vt vt ſit, perinde eſt. Nam ſi pater iam ſatis conceſſit, fratres cum matre parentis loco hanc rem tractarunt.] Redeamus ad rem.

1. Agnoſcunt autem parentes & fratres Rebeccæ, hanc omnem rem diuinitus geri. Ideoque ſe diuinæ voluntati nulla ratione nec poſſe, nec velle reſiſtere palam fatentur v. 50.

2. Deinde exploratο animo Rebeccæ Sponſæ, ipſam Eleaſaro promittunt, nomine Iſaaci, & placet illis, vt fiat vxor Iſaaci, atque vt Sponſo adducatur, ſicque voluntati Domini ſatisfiat. verſ. 51.

L. Agnoſcant non tantum parentes, coniugia eſſe fatalia: ſed etiam tanto facilius conſentiant in nuptias liberorum ſuorum, quando procos inueniunt honeſtos, & vbi liquido patet rem diuinitus geri. Syr. 7. v. 27.

II. Nolunt Laban & ceteri neque bonum neque malum dicere contra Eleaſarum de coniugio Rebeccæ & Iſaaci, ſed prorſus tacere, cum ſentiant Deum illos coniunxiſſe. At noſtro tempore vix vllum matrimonium iniri poteſt, vbi non inueniantur, qui malum loquantur, vel de vna parte contrahente, vel de altera, vel de vtriſq;. At ſi bonum dicere nolunt, quare non etiam tacent de malo? Diaboli ſunt hæc Organa, quibus vtitur ad impedienda vel turbanda coniugia bonorum. Verum ab eo, cui ſeruierunt, præmium aliquando reportabunt Nugatores iſti.

III. Coniugium eſſe rem ſanctam, inde conſtat quod à Domino eſſe legitur coniunctio Iſaaci & Rebec-

Digitized by Google

dantur, ne modum excedant, & ne mox poſt nuptias venalia illa alijs exponere neceſſe ſit. Quod hodie apud vulgus hominum non eſt vſque adeo infrequens, præſertim quod veſtes attinet pretioſas, quas plerunque Sponſis ſuis curant confici iuuenes. Vbi ſi poſſent & ſumptibus pa:cere.

Deinde magna leuitas noſtro ſeculo circa arrhas (Hafftgelt/ Hafftpfenning) & pignora ſponſalitia committunt : quando homines inconſtantes alij, quod hodie dederunt, cras repetunt : alij quod heri acceperunt, hodie ſuis ſponſis remittunt, & hoc pacto ſe promiſſionem matrimonij validiſſime retractaſſe, ſibiipſis pollicentur. Non ferenda eſt hæc leuitas, ſed magiſtratus authoritate coercenda. Caute agant, & re prius bene deliberata, legitime & ordinarie, ne pœniteat illos factæ promiſſionis. Si enim maxime poſtea pœniteat, manet tamen Regula, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

II.

Rebus omnibus circa ſponſalia legitime peractis inſtituitur & apparatur ſolennæ conuiuium Cui interſunt ex parte ſponſi, Eleazar legatus, & viri eius, ſerui ſcilicet qui ipſum comitati ſunt, & Camelos adduxerunt, & qui adducendæ ſponſæ ſeruire debebant.

Ex parte ſponſæ adſunt parentes, cognati, &c. qui huic tractationi interfuerunt. Sicque in domo Bathuelis hilariter fuerunt conuiuati (quod exprimunt verba, ederunt & biberunt pariter) & manſerunt ibi ea nocte.

LOCVS De conuiuijs nuptialibus & ſolennibus alias ſæpe Quando autem illa non ad hilaritatem, ſed ad ebrietatem inſtituuntur, non placent Deo : cui omnis ἀσωτία diſplicet (Epheſ. 5.) quæ in vino eſt Honeſtam autem hilaritatem ferre poteſt Dominus : quod inde patet, quia vino deficiente in Cana, Chriſtus defectum ſuppleuit inſigni miraculo. Ioan. 2.

THEMA XII.
Ex Geneſ. 24. v. 55. ad 63.

Surgens autem mane locutus eſt puer (ſeruus Abrahami) Dimitte me, vt vadam ad Dominum meum. Reſponderuntque frater eius & mater: Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite (ait ſeruus) me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimitte me, vt pergam ad Dominum meum: Et dixerunt, vocemus puellam, & quæramus illius voluntatem. Cumque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, vis ire cum homine iſto? Quæ ait, vadam. Dimiſerunt ergo eam & nutricem illius (Deboram) ſeruumque Abraham & comites eius, imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicentes, ſoror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Igitur Rebecca & puellæ eius adſcenſis Camelis ſecutæ ſunt virum, & tulit ſeruus Rebeccam, & abijt.

DISPOSITIO.

Legatus Abrahami miſſus ad cognationem fratris Nahor, vt inde ſponſam adducat Iſaaco, venit Meſopotamiam, & petijt ibi filiam Bathuelis Rebeccam herili filio dari in vxorem. Eamque impetrauit, celebrata ſunt ſpōſalia, & accepit Rebecca muneta ſponſalitia, conuiuium quoque ſolenne celebratum eſt. Reſtat igitur deductio, **Die Heimführung.** Illa deſcribitur his verbis prælectis, & conſtat his memoris.

1. Feſtinatio ſerui (qui iter maturauit) deſcribitur.
2. Rebeccæ promptitudo. Et diſceſſus ex patria.
3. Parentum & Cognatorū Valedictio & Gratulatio.

I.

Poſtquam ſeruus Abrahami obtinuit Rebeccam pro Iſaaco

Iſaaco ſuo, mox ſequenti die abitum parat, & feſtinat Sponſam illam honeſtiſſimam adducere Iſaaco, quem deſiderio illius teneri putat.

Ideoque rogat parentes & cognatos, vt abſque mora & ipſum dimittant, & filiam cum eo. Et quamuis adhuc per dies 10. cupiant detinere Rebeccam, rogat tamen enixe, vt dimittatur. Quia enim Dominus direxerit viam ſuam, non eſſe hic diutius ipſi ſubſiſtendum: ne mora illa affligat Dominum ſuum Abrahamum, & filium Iſaacum Sponſum.

LOCVS. Recte agit fidelis ſeruus Abrahami, qui poſt factam promiſſionem mox paratiter, ne impedimenta illi obijciantur per Diabolum coniugij hoſtem. Monet omnes eos, qui fidem matrimonij dederunt, ne procraſtinent nuptias: ſed quod cœptum eſt ad finem deducant. Varia enim alioquin interſeminat Diabolus, vt animos diſtrahat eorum, quos diuinitus coniungi videt. Eſt enim omnis diuinæ ordinationis hoſtis acerrimus.

Teſtatur etiam experientia, quanto cum periculo illa mora coniuncta ſit.

Non dicuntur hæc, vt fiat promiſſio feſtinanter, priuſquam bene deliberatum fuerit, quod in animo habemus. Hæc enim præpoſtera feſtinatio vituperatur merito. Sed hoc vult hic locus, cum iam facta eſt promiſſio, & omnia rite peracta, quæ ad matrimonij promiſſionem pertinent, celebrata ſunt ſponſalia, &c. non longam nimis inter ſemel factam promiſſionem, & nuptiarum celebrationem interponendam moram. Cum ſoleat Diabolus interim per ſua Organa mille modos inuenire, quibus vel impediat vel perturbet, aut dirimat rurſus matrimonium fœliciter cœptum. Patet hoc exemplo Ioſephi. Etenim cum (antequam conueniſſent Maria & ipſe) grauida deprehenderetur ex Spiritu ſancto, Satan hoc egit, inſtigando Ioſephum, vt illam habeat pro meretrice, & deſerat eam. Quod vtique factum eſſet, niſi per Angelum fuiſſet monitus. Matth. 2.

II.

Cum d miſſionem inſtanter vrgeret Eleaſarus, Parentes & Cognati Rebeccæ animum prius explorandum cenſent, vtrum illa abſque omni mora ex patria ſua diſcedere parata ſit, nec ne. Poſſet enim hoc illi eſſe graue, tam cito diuelli à matre & cognatis. At illa conſentit, ſe ocyus abituram. Non autem facit hoc Rebecca deſiderio nuptiarum & ex libidine, (fuit enim virgo honeſtiſſima) ſed quod viderit, diuinitus rem omnem geri. Ideoque voluntati diuinæ ſeipſam reſignauit, ſciens relinquendum patrem & matrem, & adhærendum marito.

L. I. Licet hic conſenſus Rebeccæ, non coniugij, ſed itineris cauſa exploratus fuerit (vide præſentis diſpoſitionis partem) tamen docere poteſt hoc factum, parentes nulla ratione cogere poſſe, vel debere liberos ſuos, vt contra voluntatem ſuam, inuiti nubant ijs, quos diligere non poſſunt: præſertim vbi tales cauſæ accedunt, propter quas merito illorum nuptias reſpuunt, quas à parentibus ſibi obtrudi intelligunt: vt ſunt ſponſi vel ſponſæ impietas, Religionis diuerſitas, diuitiæ male partæ, & infinita talia. De qua parentum tyrannide ſuo loco plura infra.

L. II. Laudanda hæc promptitudo in Rebecca, quod cum honeſtum nacta eſſet ſponſum & pium, non recuſat ſequi illum in terram peregrinam. Noſtratium ſæpe tanta eſt ruſticitas, vt malint deſerere coniugem, quam ipſum vel ad proximum vſque pagum ſequi. Cum tamen ipſa dictet ratio, vt mulier ſequatur maritum. Quod ſi tales in ſinu blandiſſimarum matrum educatæ, nolunt à parentibus & cognatis diuelli, ſatius eſt, vt recuſent nuptias, quam vt illis iam concluſis & pactis maritum ſequi recuſent. Sciant autem illę membra ſubiacere capiti. Et ſi honeſti & pij ſint mariti, non dubitent, Deum illis quouis loco adeſſe, & benedicere poſſe. Et certe ſi Magnarum

filiæ

filiæ dulce ſolum patriæ relinquere teneantur, vbi principibus ſui ordinis maritis nupſerint, non video quomodo ruſtica gens melioris conditionis ſit. Nec ferenda à Magiſtratu quarundam pertinacia, quæ maritos ſequi nolunt: nec temere etiam ſponſis iuuenibus conſentiendum in tales nuptias, vbi mulieres imperium affectant, &c Syrach 9. v. 2.

III.

Rebeccam abitum maturantem dimittunt parentes & cognati: & adiungunt illi comites nutricem Deboram cum puellis vel ancillis, quæ cum Rebecca Camelis impoſitæ, ſequuntur Eleaſarum, & cæteros. Recte fit, quod Rebeccam filiam & ſororem non ſolam dimittunt, ſed comites adiungunt, quibuſcum rem familiarem, vxor Iſaaci facta, poſſit adminiſtrare. Rectius vero hoc fit, quod cum ad extremum vale ventum eſt, fœlicia quæq; illi benedicentes precantur.

1. Optant vt creſcant in multa millia: & vt fiat multorum liberorum parens. Eſt hæc benedictio illa Geneſ. 22 v. 17.

2. Vt ſemen illius poſſideat portas inimicorum ſuorum. Conueniunt & hæc verba cum diuinitus facta promiſſione. Gen 22. v. 17 Et hoc volunt, vt inuicta ſit poſteritas illius, nullis vnquam hoſtium iniurijs opprimenda vel delenda.

L. I Optima dos Rebeccæ data eſt hæc fauſta comprecatio & benedictio. Hanc benedictionem relinquãt parentes liberis.

II Sed non tantum parentes, verum etiam cognati & quicunque alij, qui ſponſalijs vel nuptijs celebrandis interſunt, bene precentur nouis cõiugibus, ex animo. Hoc maioris beneficij loco haberi debet, quam quod munuſculis honorant Neogamos. Eſtque hic mos vetuſtiſſimus. Gen. 31. Ruth. 4. Tob. 10. Nec quoq; irrita cadent hæc vota ex fide profecta, quod patet ex Matth. 10. v. 13.

Ideoque ſicut hoc non intermittere debent, præſentes

hoſpites: ita viciſſim Neogami talia pia vota cõtemnere non debent, ſcientes hæc magnum pondus habitura apud Deum: & plus illis profutura, ſi à pijs profecta ſint, quam ampliſſima aliorum munera.

L. III. Numeroſam prolem Dei benedictionem eſſe, hoc loco patet. Cum hoc primum ſit eorum, quæ magnę fœlicitatis loco precantur Rebeccæ. Pſal. 127. v. 3. & 4. vtraque huius benedictionis pars comprehenſa eſt. De hoc ſæpius alias.

THEMA XIII.

Ex Geneſ. 24. v. 26. ad finem cap.

Et Iſaac veniebat de puteo, cuius nomen eſt videntis & viuentis, habitabat enim in terra Auſtrali. Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die. Cumq́ʒ eleuaſſet oculos, vidit Camelos venientes procul: Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de Camelo, & ait ad puerum: Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitq́ʒ ei: Ipſe eſt Dominus meus. At illa tollens cito peplum ſuum operuit ſe. Seruus autem cuncta quæ geſſerat, narrauit Domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ, matris ſuæ, & accepit eam vxorem, & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret, &c.

DISPOSITIO.

Legimus in hiſtoria, quæ matrimonium Iſaaci ab initio ad finem vſque deſcribit, Geneſ. 24. Quomodo ipſi in terra peregrina vxor quæſita & adducta fuerit, quam ille prius nec vidit, nec nouit, quæ & qualis futura ſit. Atqui non eſt dubium, quin noſtrum aliquis iuuenis cogitet, quoties Iſaacus ille rus egreſſus fuerit, ſpectatum, quando & qualis aduentura ſit ſponſa. Et quia ſciuit, ſeruum vel legatum patris propterea domo abeſſe, vt addu-

adduceret illam, non mirum, ſi maxime reditum illius auide præſtolatur bonus Iſaacus.

Quamuis autem Iſaacus reditum ſerui nondum potuerit exſpectare, tamen illi iam adducitur ſponſa, cum ruri eſſet.

1. Deſcribitur enim his verbis primum, qua occaſione, & quo tempore Iſaacus ſponſam aduentantem primum viderit.

2. Qualem ſe ſponſa ad primum ſponſi ſui aſpectum exhibuerit.

3. Quomodo in matrimonium ab Iſaaco accepta ipſi placuerit. De his videamus.

I.

Textus habet, Iſaacum à puteo viuentis & videntis (de quo Geneſ. 16. v. 14.) in terra Auſtrali, exijſſe rus, circa veſperam. Veriſimile eſt ipſum hac vice de ſponſa aduentante non cogitaſſe. Sed nec ocij aut temporis fallendi cauſa ſpatiatum exiit, alia enim & vera cauſa hic expreſſe notatur, VT ORARET. Ibi tum inſperato aduenit ſponſa. Videt autem Iſaacus aduentare Camelos. Agnoſcit ſeruum Videt mulieres illis vehi. Et ſponſam ſibi adduci. Mox ſeruus adeſt, narrans, quæ & qualis ſit, & quomodo DEVS iter direxerit, ipſique Iſaaco de ſponſa honeſtiſſima proſpexerit.

L. Sponſa honeſta & pia adducetur orantibus, & inuocantibus Dominum. Eſt enim mulier pia donum Dei, & datur timentibus Deum. Prouerb. 19. verſ. 14. Syr. 26. verſ. 3.

Propterea non mirum, talibus, qui vas ſuum non in honore cuſtodiuerunt, pias & honeſtas ſæpe vxores non dari: his ſcil. qui rus abeunt non oraturi, ſed meretrices quæſituri. Quod ſi talibus etiam hoc donum Dei contingat, ſciendum Deum ſua bonitate ſic inuitare ipſos ad pœnitentiam. Rom. 2.

Fiat itaque initium ſicut omnis actionis, ita maxime

etiam coniugij, a precibus. De quo hoc eodem cap. verſ. 12 Et Tob. 8. infra.

II.

Rebecca Iſaaco conſpecto quærit ex ſeruo Eleaſaro vel alio comite Eleaſari, quis ille? Audiens vero hunc ſponſum eſſe, mox velat faciem ſuam peplo, partim quod is mos temporibus Patriarcharum, vt nubentes velarent faciem, & ſic ſubiectionem ſuam erga maritos teſtarentur: partim quod optimis moribus exculta Rebecca verecunde apparere volebat in conſpectu ſponſi. Et deſcendit de Camelo, reuerentiam exhibere cupiens appropinquanti.

L. I. Videmus bene educatam Rebeccam pudoris & verecundiæ (quæ virginem inprimis decet) non oblitam. Etenim ſi oculos hinc inde circumuolitantes (more noſtratium quarundam) conſpecto ſponſo, iuuene formoſo, paſcere voluiſſet, faciem peplo vtique non obuelaſſet. Nouit autem iſtud Rebecca Prou. 11 verſ. 22. Et iſtud Syr 26. v. 14 ſcil. non probari Spiritui ſancto illas, quæ abiecta verecundia oculis vagis circumſpiciunt. Illæ enim excuſſo pudore, leuiſſima occaſione oblata, aliquid virgine indignum comittere ſolent. Optandum autem eſſet, vt parentes nonnulli officium ſuum (ex eodem loco Syracidis moniti) diligentius curarent.

L. II. Nec improbanda illa morum ciuilitas, quod Rebecca, reuerentiam exhibere volens Iſaaco appropinquanti, deſcendit de Camelo, &c. Talem etiam legitur reuerentiam exhibuiſſe Achſa filia Caleb, patri ſuo Iudi. 1 v. 14. Licet autem externa reuerentia etiam habenda ſit maritis conſpiciendis: requiritur tamen potius ab omnib. vxoribus vera animi ſubiectio & humilitas, q̃ maritis debent. De qua 1. Cor. 11 Epheſ. 5. v. 22. Et v. vltimo in fine.

III.

Reſtat vt videamus, quomodo ſponſa Iſaaco placuerit ſponſo. Optime ſane.

1. Agnoſcit

1. Agnóſcit illam ſibi diuinitus deſtinatam eſſe. Cuius rei argumentum relatio ſerui eſſe poterat. Ideoque non repellit nec auerſatur illam, ſed in vxorem accipit, & cum ea habitat vt maritus. Quod volunt verba: introduxit eam in tabernaculum matris ſuæ.

2 Neque vero primis tantum menſibus durat hæc amabilis conuerſatio, verum additur: ET DILEXIT EAM. Serio & conſtantiſſimo amore proſequutus eſt illam. 3. Sicque quotidie magis creuit amor ille, vt hic amor dolorem ipſi leniret, quem ex obitu matris chariſſimæ conceperat: quandoquidem pro matre fidam illi Deus coniugem ſubſtituit. Durauerat autem luctus ille toto triennio.

L. I. Exemplum eſt Iſaac dicti illius, viri diligite vxores. Col. 3. Epheſ. 4. 1. Pet. 3. Cohabitate & honorem habete illis. Plura exempla ſunt paſſim obuia. Abrahami erga Saram Dauidis erga Michal, &c. Eſt enim vxor. Ezech. 24. Oculorum deſiderabile, &c. Quia vero multi non quærunt liberos, ſed voluptatem & libidinem ex coniugio, ideoque non mirum, illos poſtea, cum eos cepit ſatietas, faſtidire, odiſſe & deteſtari eas, quas primitus impenſe dilexerunt. Grande hoc eſt ſcelus. At res exemplis non caret. Et videmus illud ſequi ex inceſto illo amore Amnonis erga Thamar. 2. Sam. 13. v. 15.

L. II. Non primis tantum diebus amor coniugalis eſſe debet vehemens, ſed ſicut conſtans & perpetuus eſt amor Chriſti erga Eccleſiam Eph. 5. Ita maritalis etiam eſſe debet. Vide Cantic. 8. Aquas multas non debere extinguere amorem illum v. 7.

L. III. Sincerus amor, multas coniugii moleſtias mitigare & lenire poteſt. Patet exemplo Iſaaci, qui vxorem ardenti amore complexus, luctum in corde extinguiſentit.

Is etiam mutuus amor multa mala præcauere & auertere poteſt. Cuius rei teſtis eſt amor Michal erga Dauidem. 1 Sam. 19. v. 11.

THE-

THEMA XIV.

Ex Geneſ. 25. v. 1.

Abraham autem aliam duxit vxorem, nomine Cethuram. Quæ peperit illi Zamram, Ieksan, &c. Deditque Abraham cuncta, quæ poſſederat (filio) *Iſaac. Filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaaco, filio ſuo, dum adhuc viueret, ad plagam Orientalem.*

NOTA.

Hoc Thema ſecundis nuptiis poteſt aptari: Et talibus etiam, vbi ſenex ducit iuuenculam.

DISPOSITIO.

Mirabiles nuptias nobis deſcribit hæc hiſtoria, quæ in conſpectum noſtrum introducit ſenem 140. annorum ducentem vxorem iuuenculam. Et is quidem bonus noſter Abrahamus eſt. Hic cum genuit Iſaacum, centum eſt annorum, Iſaacus vero 40. annorum vir, nuptias celebrat. Poſt hunc legitur iam parens etiam celebraſſe nuptias. Quodque magis mirandum eſt, qui in iuuentute ſterile habet matrimonium, in ſenecta multorum liberorum fit pater.

Quia vero non omnes idem ſentiunt de his nuptiis, ideoque primum de his, quas Abrahamus hoc loco celebrauit, nuptiis dicendum.

2. Quos liberos inde ſuſceperit: & quomodo inter illos hæreditatem diuiſerit.

I. Pars.

Abraham poſt mortem Saræ denuo nupſiſſe alii legitur. Quænam illa? Nomen illi Kethura. Vetula ne an iuuenis? Certe vetulam non poſſumus dicere, cum illi grandæuo multos adhuc pariat liberos. At quorſum ſenex ducit vxorem?

1. Abra-

1. Abrahamus ſenex etiamnum corpore vegeto eſt, ſingulari Dei benedictione. Licet enim Rom. 4. corpus illius dicatur emortuum fuiſſe, 40. annis, antequam Kethura nuberet: Sciendum tamen Deum ipſius iuuentutem renouaſſe, vt aquilæ: Pſalm. 103. & reſtauraſſe vires corporis ipſius, vt non tantum Iſaacum, ſed & plures poſſet gignere liberos.

2. Sed quorſum opus iuuencula? Non certe libidinis explendæ cauſa duxit Kethuram: ſed prolis amore. Promiſſa enim ipſi erat multiplicatio ſeminis. Cum igitur ſentiret adhuc, ſe valido eſſe corpore, recte facit, quod vxorem ducit.

Neque male ceſſit coniugium hoc. Diuina enim benedictione ex Kethura illa ſuſcepit ſex filios. Et ſatius fuit, Kethuram legitimo ſibi iungere matrimonio quam pellicem alere, & ex illa nothos liberos ſuſcipere.

L. Diſcimus hoc loco, nec ſecundas, nec tertias aut iteratas nuptias eſſe prohibitas. Fuerunt olim Patres, & in his præ cæteris Hieronymus & Tertullianus valde iniqui Deuterogamorum Cenſores. Et ſunt adhuc hodie multi minus propitij ſenibus & grandæuis, ſi ſeras celebrent *nuptias: In* primis autem quando ducunt iuuenculas.

At duplices eſſe poſſunt cauſæ, ob quas etiam ſenes poſſunt ducere vxores.

1. Et iuuenculas ſane ducere licet, ſi id amore prolis fiat. Abſit autem libido, quæ ſenem magis deformat. Et non tentandum coniugium cum iuuenculis, niſi viribus adhuc ad gignendum, &c. integris. Non enim laudat Scriptura matrimonium Dauidis cum Abiſa. 1. Reg. 1. Et fuit id magni mali cauſa.

2. Sed ſi maxime ad generandum non amplius ſint idonei, licet tamen ſenibus honeſtis, & iuſtæ ætatis matronis, vel propter hanc cauſam nubere, vt habeant, qui illorum in graui ætate (vbi repueraſcere inceperint) curam fidelem agant. Cum alia ratione melius ipſis (propter

pter liberorum ingreditudinem & famularum negligentiam) proſpici non poſſit.

Nemo itaque propterea calumnietur bonos ſenes, qui vel amore prolis (quam ſperare poſſunt) vel altera de cauſa, grandæui matrimonium ineunt. Et cum hoc loco non legatur Iſaacus diſſuaſiſſe parenti iteratas has nuptias: peccant grauiſſime noſtro tempore ingrati liberi, ſi parentibus ſenio confectis hanc inuideant fortunam, quod vxores tales adipiſcantur, quæ illorum curam fidelem ſuſcipere velint. Idque hodie admodum ſolenne eſt noſtri ſeculi hominibus, vt nec ipſi parentibus ſeruire velint, nec ferre poſſint, ſi id honeſtæ matronæ coniuges faciant. At radix huius mali, vt omnium aliorum, eſt auaritia. 1. Tim. 1.

Monendi tamen ſenes, ne aliud habeant propoſitum, quam Abrahamus hoc loco, vel tale, quod honeſtatis habeat rationem. Si enim aut ex praua libidine, aut ex leuitate alia iuuenculas adamare incipiant, nec infirmitates ſuas agnoſcant: quid aliud faciunt, niſi quod alijs ſuas proſtituunt, & ſe toti mundo poſtmodum deridendos propinant.

II.

Experitur Abrahamus, verum eſſe prouerbium, quo dicitur, ſi vetulus cum iuuencula coniungatur, certo illis naſcuntur liberi. **Ein alter Mann / vnnd ein junges Maidlein / gewiſſe Kinder.** Suſcepit enim (vt ſupra dictũ) ſex alios ex Kethura, quorum nomina hic recenſentur.

Sed quis alius hinc ſperari poteſt euentus, niſi is, vt priores filii cum his poſterioribus ex Kethura natis perpetuas alant inimicitias. Quod quidem noſtro ſeculo fieri ſolet.

Atqui bonus & prudens Abrahamus haſce contentiones magno ſtudio præcauet. Domui enim ſuæ diſponit, dum in viuis eſt, ne poſt obitum illius diſcordiæ pullulent ex mala radice auaritiæ. Cumque tres habuerit

con-

Digitized by Google

coniuges. Vnam primariam, videlicet Saram, duas vero concubinas, ſeu viliori loco habitas (veras tamen) coniuges, Hagar ſcilicet & Kethuram (ideo enim non concubinæ vnius, ſed concubinarum fit mentio. v. 6.) ideoq; hoc pacto ſua bona partitur: vt qui ex primaria coniuge natus eſt filius, Iſaacus, hæres ſit paternorum bonorum. Cæterarum vero concubinarum ſeu vxorum inferioris conditionis (cum quibus ita pro more gentis ante nuptias conuenit) filijs munera & certam portionem viuus diſtribuit, vt poſt mortem patris hæreditatem (quæ ſoli Iſaaco debebatur) adire illis non eſſet integrum. Ideoq; viuos illos ſeparauit, etiam quoad habitationem. Sicque omnem illis vtrinque diſcordiæ cauſam præcidit. Et hac ratione nec Iſaacus, nec cæteri quicquam iuſte conqueri poterant. Filiis enim ancillarum nulla debebatur hæreditas.

Locvs 1. Monentur parentes, quibus ex diuerſis matrimonijs plures ſunt liberi, vt modis omnibus caueant, ne poſt illorum obitum contentionibus & diſcordiæ inter liberos locus relinquatur. Hoc itaque medium arripiendum, vt domui ſuæ diſponat, antequam è viuis diſcedant. Cuius rei ipſe Dominus admonitum vult Regem Hiskiam. Eſa. 38. Licet abſq; filiis tum fuerit.

L. II. Concubinas, non pellices aut meretrices fuiſſe in Veteri Teſtamento, (vt multi imperite exiſtimant) ſed veras coniuges, vel ex hoc vno loco patet, quod Kethura, quæ verſ. 6. concubina vocatur, vxoris nomen ſortitur verſ. 1. Duxit Abraham vxorem, &c. Quia vero non erant primariæ coniuges, ſed cæteris tanquam famulæ inſeruire cogebantur, (ſi maxime filios familias patri genuiſſent) ideoque non coniuges, ſed alio nomine concubinæ dicebantur.

Aſſumebantur tantum ad legitimam prolis generationem. In alijs non erant pares vxoribus primarijs, ſed famulæ illarum.

Non poſſunt autem hæc facta patrum trahi in exem-

plum.

plum: quia Deus in illis Polygamiam tolerauit propter certas cauſas, de quibus alias. Chriſtus autem nobis primam inſtitutionem coniugij repetit: Ab initio non erat ſic. Matth. 19.

L. III. Qui allegorijs delectantur, poſſunt hinc etiam texere aliquam: quod Iſaacus verus hæres omnium paternorum bonorum, filij autem concubinarum tantum cum muneribus dimittuntur. Filij ancillarum non manent in domo, ſed ſunt tanquam ſerui. Coincidunt hæc cum illis, quæ Paulus Gal. 4. tractat.

THEMA XV.

Ex Gen. 25. v. 21.

Et orauit Iſaac Dominum pro vxore ſua. Nam illa erat ſterilis. Et exoratus eſt ab eo Dominus, concepitque Rebecca vxor eius.

DISPOSITIO.

Abrahamus pater Iſaaci promiſſionem à Deo accepit multiplicandum ſemen illius, & in illo benedicendas omnes gentes. Sed & in ſpecie pro filio Iſaaco promiſſionem accepit; qui illa promiſſione paterna fretus vxorem duxit Rebeccam, natus annos 40. Atqui præter exſpectationem & ſpem, eandem cum patre experitur fortunam, vt longo tempore ſterile habeat matrimonium: In magna illa triſtitia autem, non extraordinaria quæſierunt media, ſed orationem & preces arripiunt, nec fruſtra.

Itaque {
1. Calamitatem coniugij Iſaaci & Rebeccæ audiamus.
2. Deprecationem Iſaaci ad Dominum pro liberatione.
3. Dei clementiſſimam exauditionem videamus.
}

I. Eſt

I.

Eſt autem hæc Iſaaci & Rebeccæ magna Calamitas; Iſaacus 40. annorum erat, cum nuberet Rebeccæ, & vixit cum ipſa 20. annis in ſterili matrimonio poſt nuptias: Fuit hæc grauis tentatio, Iſaacus enim promiſſionis de Chriſto ſe non fore participem, cogitare potuit, ſi ſterilis ſit. At grauior tamen eſt calamitas Rebeccę: quæ cogitat, poteſt quidem Iſaacus aliam coniugem ducere, ſicut Abrahamus pater fecerat: tu vero alij marito non potes nubere, nec mater fieri. Sicque ad te nulla pars benedictionis pertinet. Et quid iuuat ampliſſima nos habere bona (cogitat vterque) cum hæredem non habeamus. Graue eſt id Abrahamo Gen. 15. v. 2. Et pro infamia tum reputabatur ſterilitas, quod patet ex Luc. 1. v. 36. Afflixit hoc patriarchas & coniuges illorum magis, quam ſi omnibus bonis & opibus priuati fuiſſent. Tanto maior eſt hæc calamitas, quod diuturna eſt, & ſpes prolis paulatim languidior fit. Etenim Iſaacus iam eſt 60. annorum, & quo grauior ætas, tanto minor ſpes prolis.

L. I Cernimus hoc loco, vix vllum eſſe, etiam apud pijſſimos, coniugium, quod calamitate & moleſtia careat. Vel enim dulciſſima pignora deſiderant, vel paupertate premuntur, vel morbis & ægritudine alter coniugum, vel alijs malis. Et ſi Deus illis benedicit quacunque ratione (ſicuti Iſaacum bonis & diuitijs alioquin cumulauit verſ. huius cap. 11.) aut terrenam fœlicitatem largiatur, ſolet tamen illam infœlicitate aliqua condire. Ideoque neceſſe eſt, vt qui coniuges fieri volunt, de his ante omnia cogitent, non omnia ſemper ex animi ſententia euentura. Hæc autem profutura ſciant. Nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom 8. Et quomodo dolorem coniugij lenire velit Dominus, infra audietur.

L. II. Aliter affecti erant Iſaacus & Rebecca, quam ex noſtris plurimi. Illis grauiſſima & triſtiſſima eſt ſterilitas. Noſtris vero quibusdam eſſet gratiſſima, & viciſſim

Digitized by Google

illis grauis eſt fœcunditas. Idque hanc ob cauſam, quod moleſtias & curas, quæ ad liberorum vel procreationem vel educationem requiruntur, ferre nolunt. Malunt enim (præſertim mulieres quædam) in otio viuere, & cum voluptate vitam tranſigere, quam dolores partus ſentire, & moleſtias deuorare; nihili facientes illam Paulinam conſolationem. 1. Tim. 2. v. 15.

II.

At grauis licet ſit ſterilitas pijs hiſce cõiugibus, nolunt tamen illi carnalibus vti cõſilijs. Quod Sara fecerat prius adiungendo ancillam viro, cum ſe ſterilem ſentiret. Vident enim rem illam male ceſſiſſe. Sed alia rem aggrediuntur via, & medium ſalutare atque ſaluberrimum arripiunt. DEPRECATVS EST ISAAC DOMINVM PRO VXORE SVA, habet textus. Non dubium, quin ipſa Rebecca ardentiſſime orauerit. Sed preces illius iuuat etiã optimus maritus. Et vt in hebręo eſt, ſolicite, inſtanter & importune orauit ad Dominũ pro ſobole. Nec demum poſt 20. ãnos coniugij orauit, verum etiã antea. At cum videret ſe adhuc nihil obtinuiſſe apud Deum, precibus ardentioribus Deum fatigare non ceſſat: Accedentibus etiam domeſticorũ interceſſionibus, ab ipſo Iſaaco poſtulatis, & fortaſſe etiam ſacrificijs, alijſq; ceremonijs.

L. Precibus omnem moleſtiam, & dolorem in coniugio leniendã eſſe videmus.

Neque vero ſemel atque iterum orandum: ſed inſtandum. Sine intermiſſione orate. 1. Theſſ. 5.

Nec vnus tantum ex coniugibus oret, ſed alter pro altero, Iſaacus pro Rebecca. Et viciſſim.

Nec inter illas ſint tantum alterna iurgia, vt alter alteri imputet cauſam ſterilitatis, vel alterius cuiusdam calamitatis, ſed communem calamitatem coniunctis viribus ferant, & mutuis ſe precibus iuuent. Ideo alter alterius adiutorium dicitur. Hinc ſi ceciderit alter ab altero ſubleuandum eſſe, Salomon author eſt, Eccl. 4.

Digitized by Google

In genere autem ſciendum, deprecationes aliorum pro nobis multum poſſe apud Deum. Hinc Paulus vult illas fieri pro omnibus. 1 Tim. 2. v. 1.

Abrahamus pro Rege Gerar intercedit. Gen. 20.

In ſpecie vero videmus, licere nobis petere prolem à Deo. Imo hoc debent facere pij coniuges. Idem Hanna petit enixe. 1. Sam. 1. Ita tamen petant, vt hoc ipſum diuinæ voluntati permittant.

III.

Sed quid efficiunt Iſaacus & Rebecca ſuis precibus? viginti annos abſque liberis in coniugio transegerunt. Verum non aufertur, quod differtur à Deo. Neque etiam plane fuerunt irritæ preces illorum. Imo Deum expugnarunt ardentiſſimis ſuis deprecationibus. Exaudit enim preces, & Rebeccam, hactenus ſterilem, fœcundam facit. Notanda bene phraſis Hebræa, quæ magnam Emphaſin habet hoc loco. Ita enim ſonant verba: Et exorabilis fuit illi Deus. Recte in Germanica translatione: **Der Herr ließ ſich erbetten**. Non fruſtra diu multumque orarunt, Deo nihil faciente illorum preces, ſed factus eſt exorabilis, & expugnatus eſt precibus iſtis continuis.

L. I. In genere de precum vi & efficacia ex hoc loco dici poteſt. Eſt enim hoc exemplum inſigne. Sed & plurima extant. Auditur Ioſaphat. 2. Par. 20. Hiſkia. 2. Par. 32. Elias 1. Reg. 18. Iac. 5. v. 17.

In ſpecie vero exaudit etiam pios coniuges pro ſobole orantes. Exempla teſtantur, non Rebeccæ tantum hoc loco, ſed & Rachelis. Vide Gen. 30. v. 22. Et exaudiuit. Et Liæ. Gen. 30. v. 17. Et Hannæ, 1. Sam. 1. v. 10. & 20. Et Eliſabethæ. Luc. 1.

Quod ſi vero Deus non ſit exorabilis, non tamen dubitandum, quin audierit preces noſtras. Sed is non ſemper exaudit ad voluntatem noſtram: atqui ſemper ad vtilitatem noſtram. Pſal. 145.

Et ſi non largitur nobis ſobolem, certo nobis perſuadeamus,

Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias.

DISPOSITIO.

Recte in feſtiuitatibus nuptiarum conciones habentur de veterum nuptijs: vt ſic non tantum ſciamus, Deo non improbari coniugium, ſed etiam exemplo veterum diſcamus, quomodo matrimonium non tantum inire, ſed etiam conſummare debeamus.

Deſcribuntur autem hoc loco ſponſalia de futuro, quę circa Iacobi Patriarchę nuptias conſideranda erunt. Et eſt ſane hiſtoria mirabilis, vbi videtur adamata ſponſa chariſſimo empta pretio, cuius rei exemplum non extat in vniuerſa ſacra ſcriptura. Iacobus enim in matrimonium accipere volens Rachelem, chariſſimam conſobrinam ſuam, iniquiſſimis conditionibus eam obtinuit. Nos quidem in præſenti non tractabimus totam illam hiſtoriam de nuptijs geminis Iacobi, ſed ex verbis prælectis hæc tantum delibabimus.

1. Quanti conſtiterit Iacobo ſua ſponſa Rachel.
2. Quare ipſam tanti æſtimarit.
3. De apparatu & conuiuio nuptiali dicendum.

Pars I.

Inſidijs fratris Eſau domo paterna eiectus bonus Iacobus, venit in Meſopotamiam ad auunculum ſuum Labanum: ibique ſeruire, & greges paſcere volebat, vſq; dum ira fratris deferbeat. Quia vero frater mitior factus ſperari multo tempore nõ poterat, cogebatur etiam bonus patriarcha diutius in Meſopotamia hærere. Et acceperat hoc mandatum à patre, vt ibidem acciperet filiã aliquam Labani in vxorem. Geneſ. 28. verſ. 2.

Verum cum per vnum menſem eſſet cum auunculo Labano, facile intelligere poterat mores, & inprimis tenacitatem hominis. Et quia Rachelem formoſiſſimam filiam Labani, conſobrinam ſuam adamare cœperat, non

 poteſt

poteſt tamen ſibi eius potiundæ prius ſpem facere, quum illi fideliſſime aliquot annis ſeruierit: Cum itaque dum s hypocrita Labanus, ſimulans fidelem amicitiam, Iacobi ſedulitatem iam expertus, ſperaret eius operam ſibi valde fore vtilem, monet vt petat certam mercedem, qua conductus ipſi ſeruiret: iniquiſſimis ita conditionibus ſeipſum obſtringit Iacobus Labano, velle ſe ipſi ſeruire integrum ſeptennium, nec aliam ſe poſtulare mercedem, quam vt ſeptennio completo detur ipſi Rachel in vxorē. Aſſentitur doloſus ille Labanus, & fraudem, quam mox animo conceperat, diſſimulans, promittit Iacobo filiam. Melius eſt me tibi eam dare quam alteri. Mane apud me, & certo tibi perſuadeas te ſeptennio finito acceptu-rum Rachelem in vxorem. Id fecit bonus Iacobus, & quod hiſtoria teſtatur, caſtiſſime vixit. &c.

Dura ſane & grauis eſt cōditio, SERVIRE pro vxore. Et integro quidem ſeptennio. Quod ſi Iacobus inferioris conditionis homo fuiſſet & peregrinus, fortaſſe non mirum videri poterat: ſed Iacobus eodem loco & magis illuſtri natus atque habitus, conſobrinus item Rebeccæ hanc duram conditionem recipit.

Debebat ipſi Laban filiam ſuam deſponſaſſe abſque hoc tam caro pretio ſudoris ipſius, & mox ad nutum ipſius conſenſiſſe. Quemadmodum prius Iſaaco patri Laban ſororem ſuam lubens conceſſit, quem nec viderat vnquam, &c. ſed mittamus Labanum, & redeamus ad Iacobum.

L. I. Docet autem hoc exemplo & graui conditione recepta Iacobus, quanti faciat Rachelem, honeſtiſſimā & optimam Sponſam ſuam: vt non detrectet ſeruum ſe facere pro illa, quæ tamen non ſuperioris aut melioris conditionis erat, ſed conſobrina.

Noſtrorum iuuenum ſæpe magna eſt leuitas, qui putant rem eſſe viliſſimā, ſponſam. Propterea tam cito mutant animum, mox hanc, mox aliam adamantes. Cum vbique vili pretio, tales venales quaſi videant. Hæc vero inde

inde nata res eſt, quod virgines furore magis quam amore nuptiarum correpti, ſeipſas fere iuuenibus offerũt: vel ſi id non fiat ab ipſis, ſunt tamen parentes interdum adeo vel in filias iniqui, vel de ipſarum nuptijs ſoliciti, vt illas obuijs quibuſque venales quaſi exponant & extrudant. Non de omnibus vel virginibus vel parentibus loquor, ſed de quibuſdam. Certe Labanus, qui alioquin veterator peſſimus, talis non erat hoc loco. Et Iacobus pluris æſtimat ſponſam honeſtam, quam ſeruitium ſuum.

Diſcant itaque iuuenes honeſte ſentire de ſponſis ſuis. Et virgines viciſſim ne poſſint eſſe procis ſuis deſpectui, neue occaſionem præbeant parum honeſte de illis ſentiendi, ſtudeant caſtitati, vitæ honeſtati & morum ſuauitati: ante omnia vero pietati & timori Domini: vt Rachel.

L. II. Conſenſum parentum, qui primo omnium compellandi ſunt, requiri omnino, patet ex hoc loco: quod Iacobus Rachelum non ad ſe rapit, nec inuitis parentibus fidem coniugij dat, ſed Labanum patrem compellat. & illam ſibi DARI rogat, pro mercede laboris ſeptennij. Huc pertinet, quod ante finitum ſeptennium, ne vno quidem verbo vrget parentem: nec ipſe clam nuptias celebrat, ſed denuo rogat: Da mihi meam, &c. Rarum exemplum.

L. III. Periculoſa noſtro tempore ſunt ſponſalia de futuro (vt vocant IureConſulti) præſertim vbi terminus ſeptennij præfigendus fuerit. Ideoq; nemini iudico conſultum, niſi graues ſint cauſæ, vt tam diu differat nuptias. Pręſertim cum extremis his temporibus mille modis Satan tentaturus ſit tales ſponſos: vel alteram partem contrahentem ad impudicitiam ſolicitaturus, vt fidem datam frangat: vel animos illorum diſtracturus, vt promiſſionis factæ pœniteat, vel faſtidium excitaturus. &c.

Inprimis vero vbi frequens eſt conuerſatio, ibi raro apud nos ſeptennij tempus expectant, qui iam olim fidem inuicem dederunt, ſed priuſquam legitime coniungan-

iungantur, Carnali copula (ex inſtinctu Satanæ) interueniente ſæpe, proprium ſuum thalamum commaculant. Vt multo ſatius fuerit, ipſos legitime coniungi in tempore, quam laqueos conſcientijs inijcere, vnde fit, quod vna pars alterius pudicitiam attentet, & pudore excuſſo carnaliter miſceantur ambo, &c.

Quod ſi maxime nihil tale contingat, tamen propter ſcandalum, quod plerunque inde naſcitur, magis fuerit conſultum celebrare nuptias. Cauendum enim ab omni ſpecie mali. 1. Theſ. 5.

Iacobi enim exemplum ſingulare & rarum eſt. Nec apud nos Iacobitæ multi reperiuntur, qui tanto tempore eandem cum ipſo caſtitatem ſeruent.

De ſponſis autem, honeſtis de cauſis, & neceſſario abſentibus, vel ſtudiorum, vel artificij addiſcendi gratia alia eſt ratio.

Quamuis nec hoc periculo careat. At poſſunt ſane & debent tales vtrinque caſtitatem ſeruare, ne fidem frangant. Idque precibus aſſiduis apud Deum obtinere poterunt.

I.

At quæ cauſa eſt, quod Iacobus tanti facit Rachelem, vt non graue ſit ipſi, homini libero, diuiti, imo & illuſtri familia nato, ſeruire ſeptem annis pro illa. Nunquid formæ elegantia ipſum mouit? Fuit ſane formoſa puella Rachel, at hæc cauſa eſſe non poterat. Quia plures erant formoſæ, quas Iacobus poterat ſibi iungere matrimonio, vbi non teneretur ſeruire: nec tam diu. Sed num forſitan diuitiæ in cauſa ſunt? Nihil vero minus. Durus enim Labanus præter filiam ne quidem teruntium promiſit dotis nomine. Imo vix poſtea reliquit Iacobo, quod erat duro labore partum. At quæ tandem alia cauſa ſubeſt, tam duri diuturni ſeruitij, cuius non indignam Rachelem iudicat Iacobus? Veram cauſam exprimit nobis Scriptura: AMOREM ſcilicet ſincerum & conſtantiſſimum.

Tantam enim fuiſſe eius amoris (non furoris) vere con-

Digitized by Google

coniugalis & puri atque ſinceri magnitudinem, Spiritus ipſe ſanctus affirmat: vt viderentur ipſi ſeptem anni ſeptem tantum & pauciſſimi dies eſſe. Sic etiam poſt adeptum coniugium impenſe ſemper illam dilexit Iacobus.

L Commendandus hic pius & ſincerus amor coniugalis in Iacobo, & imitandus omnibus, Sponſis non tantum ſed & coniugibus.

Multum noſtrates interdum iuuenes differunt à Iacobo: qui magno interdum furore potius inſano, quam amore ſincero ſuas adamatas proſequuntur, complectuntur: Cœlum illis & terram promittentes. At mox vbi primis menſibus cohabitarunt, illas cane peius & angue odiſſe cœperunt. Wann die Kůßmonat furůber. Et quæ ipſis dulcia corcula, theſauri pretioſiſſimi, &c. fuerunt, non aliter ac ſæuiſſimas beſtias deteſtantur, & optarent illa cum lupis in ſyluas denſiſſimas detrudi poſſe.

Imo multi antequam conſummatum ſit legitima cohabitatione matrimonium, adamatas deſerunt, deteſtantur, oderunt, & conſpecta alia magis formoſa, vel oblata ditiori, aut quæ ex ſplendidiori familia nata ſit, &c. priorem faſtidiunt ex animo. Talis amor rectius poteſt dici furor. Quia non eſt amor ſincerus, ſed cæcus, inſanus eſt.

In Sponſis autem & coniugibus verus debet eſſe & ſincerus amor, qualis Abrahæ & Saræ, Iſaaci & Rebeccæ, Iacobi & Rachelis, Dauidis & Michol, Tobiæ & Saræ, &c Imo qualis Chriſti & Eccleſiæ, Epheſ. 5.

Et non ſincerus tantum eſſe debet, ſed etiam conſtans & perpetuus: non ad 7. vſque annos, nec ad decimum quartum, ſed ad finem vſque vitæ: quod exemplo Iacobi patet.

Is autem amor à Deo eſt Et conſeruatur etiam per Spiritum Sanctum in cordibus fidelium, precibus aſſiduis atque mutuis inter coniuges. Si enim pii ſint coniu-

 ges,

Digitized by Google

ges, certe illis ſeptem anni coniugii pauciſſimi dies videbuntur; præſertim vbi ab inuicem per mortem ſunt ſeparandi.

III.

Expletis ſeptem annis famulitij integris, Iacobus ſuam ſibi Rachelem tradi optat, vt ipſi poſſit cohabitare. Petit itaque nuptias fieri. Quas paraſſe legitur Labanus. Conuocatis enim turbis amicorum multis, fecit conuiuium nuptiale. Quid vero animo agitarit Laban, vt Iacobum ſc. deciperet, obtrudendo illi Leam pro Rahele. Item quos inuitarit veterator; (cum nonnulli iudicent, ipſum non niſi ſuæ farinæ homines, malitioſos ſcilicet conuocaſſe, qui fraudem iuuarent) & nonnulla alia hoc loco latius deducere, non eſt noſtri inſtituti. Sufficiat nobis ad nuptias inſtitutum fuiſſe conuiuium nuptiale.

I. Antiquum fuiſſe morem nuptiarum & conuiuiorum, ſæpe admonemur ex variis ſcripturæ locis. Geneſ. 24. Iudic. 14. Tob 7. 9 Ioan. 2. Ideoque de hoc iam tacemus. Verum hoc erit obſeruatu digniſſimum, quare ſcilicet eiuſmodi feſtiuitates & ſolennes ceremoniæ inſtitutæ ſint apud nos, quod vario inſtrumentorum muſicorum genere ad templum deducuntur Neogami: conuiuio hoſpites inuitati & conuocati excipiuntur: & communi lætitia nuptiæ celebrantur. Eius rei cauſæ ſunt.

1. Vt ſic teſtemur noſtram voluntatem, quod ſponte non coacti coniugium ineamus, quodque honeſtam rem eſſe indicemus. Propterea non pudeat nos publice hoc facere. Quod enim inhoneſte agitur lucem ferre non poteſt.

2. Sic cauetur offendiculum, ne quis exiſtimet coniuges illos (qui publice apparent) alioquin, niſi id fieret, inhoneſte & illegitime cohabitare.

3. Vt hæc nuptiarum in templo benedictio ſit nobis quæ-

quædam conſolatio. Si aduerſa accidant in coniugio, recurramus ad nuptiarum celebrationem, ſcientes à Deo nos eſſe copulatos & coniunctos.

4 Publica lætitia celebrandus Deus author & inſtitutor coniugij: & ſic inuitandi alij, vt ſuas preces cum noſtris coniungant.

THEMA. XVII.

Ex Iudic. 14. verſ. 1. 2. 3. 4. 5.

Deſcendit Samſon in Thamnata: Videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthiim, aſcendit, & nunciauit patri ſuo & matri dicens, vidi mulierem in Thamnata de filiabus Philiſtinorum, quam quæſo, vt mihi accipiatis vxorem: Cui dixerunt pater & mater ſua: Numquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum, hanc mihi accipe, quia placet oculis meis. Parentes autem eius neſciebant, quod res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſthiim: eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli. Deſcendit itaque Simſon cum patre ſuo & matre in Thamnata.

Vt hiſtoria integra conſtet, addatur etiam verſus 7. & 8.

Deſcenditque & locutus eſt mulieri, quæ placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuerſus vt acciperet eam.

Et ſequens poſt pauca verſ. 10. & 11.

Deſcendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſoni conuiuium. Sic enim iuuenes facere conſueuerant. Cum ergo ciues eius loci vidiſſent eum, dederunt

runt ei ſodales triginta, qui eſſent cum eo. Quibus locutus eſt Samſon, Dabo vobis problema, &c.

DISPOSITIO.

Deſcribitur nobis hoc loco Coniugium Samſonis Iudicis poſtea facti in Iſrael: quod occulto Spiritus ſancti inſtinctu, mirabili Dei conſilio cœptum fuit, ad perdendum Philiſtæos hoſtes populi Dei iuratos. Quamuis autem diuina Dei gubernatione, hoc matrimonium cedat in pernitiem hoſtium Dei, tamen legitime fuit & ſolenniter inchoatum: vt inde plurimum poſſit ad nos redire vtilitatis.

Sunt autem partes hiſtoriæ huius principales quatuor.

1. Samſon ducturus vxorem, conſenſum parentum requirit.

2. Parentes primum diſſuadent hoc matrimonium, filio autem vrgente & inſtante conſentiunt.

3. Samſon conſenſu impetrato ſponſam compellat & obtinet.

4. Nuptiæ publicæ celebrantur, & frequentes adſunt conuiuæ.

I. *Pars.*

Samſon ducturus vxorem, quam viderat, & in corde ſuo adamare cœperat, primum omnium parentes ſuos compellat, vt ACCIPIANT ipſi hanc vxorem. Non prius vllum cum ipſa verbum commutauit, quam parentibus hoc indicaret Aſcendit, & nuntiauit parentibus, quod viderit mulierem in Timnath, quam cupiat vxorem ducere. Et requirit tam matris, quam patris conſenſum: Memor ſc. illius, quod Tobiæ cap. 4. v. 3. extat, ideoque hunc Matri etiam honorem habet.

L. Laudabile exemplum, quod Samſon, licet Nazaræus, & ſpiritu diuino præditus heros, parentibus tamen obtemperat, nec, niſi conſenſu illorum, vxorem duce-

Digitized by Google

ducere ſtatuit. Debetur hæc reuerentia filialis parentibus, vt in omnibus rebus, & cauſis grauioribus, aut difficilibus liberi conſilium petant à parentibus, vt pote prudentioribus; & ætate atque experientia maioribus: maxime vero in cauſis matrimonialibus hoc valet.

Eſtque hæc pars obedientiæ filialis, manere in patria poteſtate, donec parentes filios manumittant Eſt enim in matrimonio quædam manumiſſio. Quia tum demum deſeret homo patrem & matrem, & adhærebit vxori. Gen. 2.

Magna itaque, & reprehenſione digniſſima eſt illa inobedientia, quando filij ſeipſos inſcijs parentibus elocant: Qualeſcunque & cuiuſcunque ætatis ſint. Quia etiam Samſon hæros ſibi hoc pacto honorandos parentes perſuaſum habet: & Iſaacus 40. annorum non accipit vxorem ſibi, ſed à patre acceptam Rebeccam vxorem ducit.

Nec valet iſta impietas: Ego mihi vxorem duco non parentibus. Ego cum illa habitare teneor non parentes. Hunc contemptum Deus non ſinet inultum. Et perpetuo valet præceptum id, honora patrem & matrem.

L II. Videmus etiam MATRVM conſenſum requiri in matrimonio filiorum. Quanquam enim maritus caput ſit mulieris, debet tamen illa etiam, cuius non minus intereſt, in conſilium adhiberi. Sunt, qui diſputant, patre defuncto non multum valere authoritatem matris. At matri, parentis cognatos vel amicos in conſilium vocandos, ſicut nemo eſt, qui improbare poſſit: ita viciſſim, matris diſſenſum filij nuptias non minus impedire poſſe, quam ipſius patris, quis ſanus ibit inficias? Et non ſine cauſa, non patrem tantum, ſed & MATREM honorari vult Decalogus: quo præcepto omnia, quæ patri & matri debentur, requiri, quis dubitat? viuente vero patre, recte vterque parens compellatur, & vtriuſque conſenſus requiritur: At capitis tamen, vt pote rectius iudicantis, maior videtur eſſe authoritas.

ritas. Nec repugnare debet vxor, niſi graues ſint cauſæ, propter quas ipſa merito diſſentiat Tum vero non importune, nec odioſe marito obſtrepere, ſed monere. rogare, deprecari debet, ne filium, vel filiam in pœnitentas coniiciat nuptias. Hoc cum fit, maritus etiam vxoris conſilium, ſi ſalutare ſit, nulla ratione contemnere debet. Videmus enim illas interdum maritis rectius ſapere Sara. Geneſ 21 Rebecca. Geneſ. 27. Abigail. 1. Samuel. 25.

II.

Mirantur non tantum parentes, ſed & diſſuadent, Samſonem filium vxorem ducere Philiſtæam. Ideoque reprehendunt filium merito. Nunquid non eſt mulier inter Iſraelitas, vt ducas filiam incircũciſorum? Nec immerito hoc faciunt. Quia iuxta legem, Deut. 7. alioquin non licebat ducere alienigenas.

Verum vrget, & inſtat filius: Hanc quæſo date mihi vxorem Quia hæc & non alia placet oculis. Quod ſi iuxta communem regulam vrſiſſet hoc Samſon, peccaſſet contra legem expreſſam. Atqui is inter Heroes numeratur, Hebr. 11. Ideoque ſingulari ſancti Spiritus inſtinctu inſtat Samſon. Et excuſat ipſum Scriptura: Quod à Domino res hæc fuerit. Quia Samſon diuino inſtinctu, & ad hoc ſingulari Dei conſilio natus, quærebat occaſionem affligendi Philiſtæos occaſione huius coniugij, vt iugum Philiſthæorum ab Iſraelitis tolleret. Licet autem parentes illius conſilium Dei nondum intelligant, tamen cum ſciant ipſum eſſe Nazaræum, præcedente Angelica apparitione, atque promiſſione ipſis natum. Iud. 13. verſ 7. & 14. eſſe, conſentiant in nuptias adamatæ Philiſthinæ mulieris, & cum ipſo deſcendunt in Timnath, vt poſſit cum muliere agi de matrimonio.

L. I. Laudabile exemplum parentum Simſonis multiplici ratione, & imitandum noſtratibus.

1. Re-

1. Recte parentes prohibent, diſſuadent, impediunt ſponſalia liberorum, ſi cum falſæ religionis hominibus velint ſeſe coniungere. Quia periculum ſeductionis longe eſt maius, quam ſpes emendationis, aut conuerſionis, præſertim apud mulieres, quæ pertinaces in ſuis opinionibus eſſe ſolent. Deinde mala ſemper facilius perſuadentur, quam bona. Et fidelis non poteſt eſſe marito, quæ infidelis eſt creatori.

2. Recte faciunt parentes Simſonis, quod intelligentes aliquem ſingularem filij affectum, non perpetuo reluctantur, ſed tandem conſentiunt. Debent enim parentes, vbi ſentiunt diuinitus omnino liberis ſuis, filiorum eſſe ſincerum amorem erga honeſtas perſonas, non ſemper ſuo ſtricto vti Iure. Sicut enim, ſi filii contrahentis ſtulta ſit ratio, ob quam huic, vel alij nubere velit, parentis conſilio coherceri, & noxium conſilium filij reprimi debet: ita viciſſim, ſi filio placuerit mulier, propter pietatem & religionis ſimilitudinem; nec poſſit illam occultam animorum conſenſionem animo eiicere filius, parentes interdum de ſuo iure cedere, & non nihil remittere debent.

3. Sicut non prohibent Samſoni, quæ placebat oculis illius, ita nec obtrudunt filio parentes aliam, quæ non placet. Et hoc imitandum parentibus.

4. Recte faciunt parentes Simſonis, quod vna cum filio in Timnath deſcendunt, & de nuptiis filij tractant. Male itaque agunt parentes, qui de matrimoniis filiorum plane nihil ſunt ſoliciti, ſed filiis permittant, vt nubant quibus, quando, & quomodo voluerint. Siue igitur bene, ſiue male cum liberis agatur, ipſis perinde eſt. Tales omnem paternum affectum exuiſſe, & beſtiis ſimiles eſſe, quis dubitet?

III. *Pars.*

Impetrato parentum conſenſu, Simſon iam cum ipſa

ipſa ſponſa de matrimonio tractat, Quibus ſponſalibus etiam parentes, qui vna deſcenderant, interfuerunt. Et factum eſt eſt diuino atque mirabili conſilio, vt placeret oculis eius iam, quam non ſemper amandam, poſtea diuino inſtinctu, erat oſurus: quem admodum & totam Philiſtæorum gentem inimicam Deo, & populo eius. Sponſalia itaque celebrat, & ſequuntur nuptæ ſuo tempore poſt.

L. I. Quia placuiſſe dicitur mulier Samſoni: & adhuc non facile eam tibi iungis matrimonio, quæ non placet oculis tuis: ideoq; diſpiciendum primo omnium, quare placeat. Non enim, (quod plerumque ſit) carnali tantum & vitioſa placere debet, vel diſplicere adfectu. Cum adfectus inſanientium præ amore cœcus ſit iuxta verſus:

Omnis amor cœcus, non eſt amor arbiter æquus:
Nam deforme pecus iudicat eſſe decus.

Ideoque rectius faciunt, ſi alios prudentes in conſilium adhibent, qui rectius iudicare poſſunt Ne, quæ iam placet, mox poſtea diſpliceat.

L. II. Recte ſponſalia prius celebrantur hoc loco, quam nuptiæ. Quia natura res graues iuſtum requirunt deliberationis tempus. Atqui apud nos, ſi publica ſponſalia celebrata ſolenniter fuerint, in quibus legitima certaque matrimonij promiſſio ſemel facta eſt, cum conſenſu partium, quorum intereſt, non licet poſtmodum ſponſalijs renunciare: Sicut nonnulli ſtatuunt: Quod enim ſemel placuit, diſplicere non amplius poteſt Et conſenſus facit nuptias. Niſi interueniant alia grauiſſima impedimenta, (vt adulterium ſponſi, vel ſi prius alteri fides eſſet data, &c) vbi ſponſalia poſſunt reſcindi authoritate Magiſtratus, & conſiſtorij Matrimonialis, antequam nuptiarum ſolennitate conſummatum ſit matrimonium. Multa enim ſunt, quæ matrimonium

monium contrahendum impediunt, contractum autem non dirimunt.

Ideo publica, eaque trina proclamatio recte in Eccleſijs noſtris introducta eſt.

At vero antequam ad ſponſalia publica properemus, graui & maturæ deliberationi locus, & mutanddi conſilij tempus ſit.

IV. Pars.

Vidimus ſponſalia, iam compareamus ad nuptias, vbi hæc obſeruantur.

1. Parentes deſcendunt ad ſponſam Samſonis, vt teſtentur conſenſum ſuum.

2. Quia iuuenis eſt, Iuuenum more nuptias celebrat ibi, vbi ſponſa cum ſuis parentibus viuit, in Timnath ſcilicet.

3. Pro more gentis adduntur ipſi ex ciuibus eius loci triginta ſocij Iuuenes, qui ipſum in his nuptijs comitentur, & ei congratulentur.

4. Conuiuium inſtituitur, ſicut moris erat. Inter cōuiuandum Simſon illis proponit Ænigma, &c.

L. I. De nuptijs, & earum ritu ſolenni ſæpe diximus.

II. Ad conuiuia quod attinet, non improbari poteſt, vbi ſingularia Dei beneficia nobis contingunt, vt cum gratiarum actione liberalius fruamur Dei donis.

III. Verum iſta conuiuia ad hilaritatem, non ad ebrietatem inſtituta eſſe debent, quemadmodum legitur hoc loco, quod Simſon illis ænigmata propoſuerit, non autem, quod poculis ad æquales hauſtus inuitarit.

IV. Accedit huc pia congratulatio, quo nomine & iuuenes, & ſenes ad nuptias vocantur, & ad conuiuia admittuntur. Debent enim illi congaudere gaudentibus. Quod ſolenne fuit illis temporibus vicinis & amicis, vt patet Luc. 15. Nec enim pij gaudium perfectum eſt, niſi alijs congaudentibus.

THEMA XVIII.

Ex Ruth. 3. à verſ. 9. ad 14.

Dixit Ruth ad Boaz: Ego ſum Ruth ancilla tua, expande alam (pallij tui) ſuper famulam tuam, quia tu Redemptor (vel proximus hæres) es. Et ille reſpondit: Benedicta es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: quia non es ſequuta iuuenes pauperes, ſiue diuites. Noli ergo metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis porta populi mei, mulierem te eſſe virtutis, Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior. Quieſce hac nocte, & facto mane ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt: ſin autem ille noluerit, ego te accipiam, viuit Dominus.

NOTA.

Hoc Thema nuptijs honeſtarum viduarum aptari poteſt.

DISPOSITIO.

Deſcribitur his verbis tractatio quædam de coniugio magni Aui Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum carnem, videlicet Booz proaui Dauidis, cum Ruth, vidua honeſtiſſima, eiusdem Regis Dauidis proauia, & Chriſti auia magna. Et ſic illuſtriũ ſane perſonarum ſponſalia de futuro annotanti. Atqui niſi paulo altius receptamus hiſtoriam hanc, videbitur forſan initiũ huius matrimonij, non vſque adeo laudabile: ſed ex mulieris parum prudentis infauſto conſilio profectũ. Sicut & hoc apparet illi vitio vertendum, quod vidua de proco ſolicita virum compellat, vt ipſam ſibi matrimonio iungat. At ſi hanc hiſtoriam iuxta legem Domini examinabimus, manifeſtum euadet, viduam nihil quicquam

contra

contra honeſtatem peccaſſe hoc facto, quod virum ſibi quærit; ſed intentionem mulieris bonam, Domino ſic prouidente, ad bonum finem eſſe deductam. Erunt autem duæ huius hiſtoriæ partes conſiderandę.

1. Petitio viduæ Ruth, vt affinis illam accipiat vxorē.
2. Reſponſum & promiſſio Booz affinis de coniugio.

Pars I.

Ruth Moabitis, ſed proſelyta, nupſit filio Elimelech, & Naemi, Iudæo nomine Mahlon. Illo autem, cum fratre Chilion mortuo in terra Moabitarum, Ruth cum ſocru ſua Naemi diſceſſit ex terra Moab (quo propter famem parentes Mahlon, & Chileon conceſſerant) & venit in Bethlehem, patriam mariti Erat autem Ruth vidua abſque liberis paupercula. Cui propter inſignem pietatem, Socrus Naemi de alio marito, & cognato prioris proſpicere volens, Booz affinem de matrimonio ſolicitandum ſuadet: Et vt ſeſe ad pedes Booz dormientis conferat, hortatur. De hoc ſocrus conſilio noſtri inſtituti non eſt prolixius dicere. Propter Ruth enim inſtituta eſt noſtra oratio. Socrui ſimplex illa vidua & honeſtiſſima Ruth (ſciens Booz virum bonum eſſe) obediendum putat. Et Booz modeſte rogat, Ancilla tua ſum, nihil peto, niſi vt pallio tuo me contegas. Hoc eſt, tu me vxorem ducas, & in fidem ac tutelam tuam recipias. Sum enim vidua afflictiſſima.

Non autem offendat nos, chariſſimi, quod hodie id valde inciuile, & cum quadam infamia coniunctum eſſe videtur, quando mulieres viros de coniugio ineundo compellant. Alia enim in veteri Teſtamento erat ratio. Et intelligemus bonum huius viduæ intentum ex lege, Deut. 25. v 5. Vbi mandatum erat, vt affinis & proximus agnatus defuncto ſemen ſuſcitet, ne pereat memoria defuncti. Et infames eos haberi vult Dominus, qui id facere recuſent, quod patet ex ceremonia ibi addita: Ruth itaq; vidua carens hærede ex marito Mahlon, flagrat de-

Digitized by Google

ſiderio prolis, ne pereat cum nomine hæreditas optimi & chariſſimi mariti Mahlon.

Cum autem ex lege teneatur Booz affinis ſuſcitare ſemen defuncto, hunc merito compellat, idque non ex libidine, cuius rei ipſe teſtis eſt Booz, v. 10. 11. ſed vt dixi, prolis amore, & ne hæreditas Mahlon pereat, quod lege erat prohibitum. Et hanc vnam fuiſſe mulieris intentionem, docent illius verba: Tu hæres es proximus, vel REDEMPTOR, hoc eſt, is, qui poteſt, & debet ex lege redimere agrum Mahlon, quem egeſtate coacta vendere cogor. Id apparet clarius cap. 4. verſ. 4.

Qui autem agrum debebat emere, is etiam viduam vxorem ducere, & ſemen defuncto ſuſcitare tenebatur. Patet id cap. 4. v. 5.

Non enim licebat bona vendere, niſi cognatis ex eadem Tribu, vt docet hiſtoria Naboth. 1. Reg. 21. v. 3.

Hæc paulo prolixius, propter Ruth, pijſſimam viduam, & auiam magnam Domini Seruatoris: quæ ſane nihil optauit, niſi vt legi ſatisfiat. Propterea etiam digna habita eſt, quæ tanti Regis, Dauidis ſcilicet, proauia eſſet. Cuius petitio alioquin, niſi ad legem Deuteron. 25. conferatur, noſtri ſeculi hominibus parum pudica & honeſta videri poterat.

L. I. Poſſet hoc loco dici de amore ſocrus erga nurum, & vrciſſim. Cum hoc ſit vnum ex rariſſime contingentibus: vt locum ancipiti illi Prouerbio dederit: OMNES SOCRVS ODERVNT NVRVS. Atqui ſi vtrinque cogitarent, quod ipſa cognatio monet, ſcilicet, nurum honorare debere ſocrum, vt matrem, & viciſſim, ſocrum filiæ loco diligere debere nurum, non eſſet vtique tali infauſto Prouerbio locus. At; dum ſe inuicem ita mordent & lacerant, nunquid tandem ſeipſos conſument? Galat. 5. verſ. 15. Certe Spiritus pacis longiſſime aberit.

L. II. Monemur, non vitio vertendum viduis, ſi denuo nubant alijs maritis: præſertim, vbi iuuenculę, & ad parien-

pariendum aptæ, vel etiam, ſi pauperculæ ſunt, quæ nec alimenta, nec tutelam habere (præſertim his extremis temporibus) poſſint, abſque capite. Et hoc ipſius Apoſtoli eſt conſilium, Volo iuniores nubere. 1. Tim. 5. v. 14. Et ante annum 60. non vult Paulus eligi viduas. Quid autem viduas deceat iuniores & vetulas, & quomodo his proſpiciendum, grauiter & prolixe docet Apoſtolus loco iam citato.

Imitentur autem viduæ optimam illam Ruth, & Deum experientur propitium. Pſal. 68. verſic. 6. Syr. 35. verſ. 17. 18.

II. Pars.

Videamus iam, quomodo Boos acceptarit hanc affinis ſuæ Ruth petitionem. Non poteſt conqueri, hanc petitionem eſſe inhoneſtam: non inſimulare poteſt Ruth proſtitutæ pudicitiæ: non indignatur pauperi viduæ, quid me vexas mendica? Nihil horum. Eſt enim inſignis illius pietas ipſi notiſſima.

Ideoque primum commendat ipſam. 1. Benedicta es à Deo filia mea, quia pia es. 2. Vixiſti honeſtiſſime cum cognato meo, marito tuo Mahlon. 3. Nunc vidua etiam antiquam retines laudem. Non enim quæſiuiſti tibi procos iuuenes quoſcunque, ſed mihi, licet grandæuo, offers coniugium, idque ex lege recte facis. 4. Et qui poſſim aliter de te ſentire? Teſtis enim tibi eſt omnis Ciuitas, quod ſis plena virtutis mulier: & digna æternis laudibus.

Deinde promittit illi, ſe ducturum eam in vxorem, & facturum quodcunque petierit. Ideoque ne timeat, ſed bene ſperet.

1. Fateri enim ſe, quod cognatus ſit Mahlon, & ex lege teneatur ipſam ducere.

2. Hanc vnam vero obſtare cauſam, quo minus iam pure illi fidem coniugij det, quod alius ſuperuiuat, qui propiore gradu cognatus ſit Mahlon marito priori.

3. Quod ſi vero is cognatus illam vxorem ducere recuſet (quod abſque mora velit explorare) ſe illam abſq; omni tergiuerſatione ducturum. 4. Et id quidem iuramento confirmat: Viuit Dominus.

Loc. I. Exemplum viri boni & ſponſi honeſti eſt Booz noſter, qui vera charitate præditus, minime ſuſpicax eſt, & omnia in meliorem partem interpretatur, prout charitatis natura requirit, 1. Cor. 13.

Solent alioquin proci leuiſſimis de cauſis peſſima quęque de ſuis adamatis ſuſpicari, & illas varijs interdum rationibus probare, vtrum aliquid committere velint, quod in illis poſſet reprehendi, &c. Sed hęc indigna ſunt homine Chriſtiano Booz aliter agit, & cum ſciat, Ruth eſſe viduam honeſtam, contentus eſt, licet potuiſſet illi hoc vel illud obijcere. Nam inter bonos bene agier oportet. Nec ſingula verba, dicta, facta, ad amuſſim exigenda, præſertim inter amentes, &c.

L. II. Quod Booz diues viduam pauperculam non negligit vel contemnit, ſed promittit illi matrimonium, propterea, quod teſtimonium habet vitæ laudatiſſimæ, docere voluit nos, non opes diuitias in Matrimoniis potiſſimum ſpectandas, ſed famam earum, quibus cum matrimonium inire volumus. Facile enim diuitiæ per Dei gratiam poſſunt acquiri: ſed quæ famæ iacturam fecerit, damnum illud æternum, ſi Craſſi diuitias poſſideat, reſarcire non poteſt.

Et quia Deus pauperculas eligit & magni facit, nos certe illas non contemnamus, ſcientes pietatem illarum quouis auro præſtantiorem. Eſther, Maria, pauperes, à Deo maximis honoribus affectæ leguntur. Non enim in Scriptura mulier diues, ſed pia, prudens, diligens, bene audit. Prouerb. 12. 14. 31. Syrach. 26. 7. verſ. 21.

L. III Quare autem hanc viduam mox diligat, & illi fidem coniugij det, apparet ex illa cōmendatione, quam habet Ruth. Tales ſunt diligendæ. Et tales ſtudeant eſſe omnes,

omnes mulieres, præſertim viduæ, vt ſcilicet ſint BENEDICTÆ A DOMINO.

Tum autem benedicet illis Dominus. 1. Si nõ ſequantur iuuenes, id eſt, ſi non libidinibus deditæ ſint. 2. Et ſi omnis porta populi ſciat, quod ſint mulieres virtutis, hoc eſt, ſi vitæ inculpatæ fuerint, iuxta Paulinam Regulam. 1. Tim. 5. Et ſi malint eſſe, quam videri bonæ.

Vt autem vidua id teſtimonium ferat ab omni populo, hoc requiritur 1. Vt timens Dominum ſit, & quæ cultu ſacro delectetur, vt perſeueret in precationibus & obſecrationibus. Exemplum viduæ Hannæ, Luc. 2. Tabeę, Act. 9. v. 36. 2. Ne ſit loquax, garrula, vana, bilinguis, ſed verecunda & tranquilla. 3. Non curioſa nec vagabunda, ſed οἰκυρὸς. 4. Non ocioſa, ſed laborioſa, domui ſuę prouidens. 5. Et in ſumma talis, quæ non det occaſionem aduerſario, vt habeat maledicendi cauſam. Talis eſt Ruth. Talibus Dominus virum deſponſabit, qualis eſt Booz. Et his benedicet corporaliter & ſpiritualiter.

L. IV. Iuramento matrimonij promiſſionem confirmat Boas. Viuit Dominus. Deum teſtem inuocat huius promiſſionis. Sciant autem omnes, ſi fidem matrimonij dent, quibuſcunque verbis aut ceremonijs quid fiat, illud loco iuramenti eſſe. Viuit enim & videt Dominus vbiq; locorum, quid promittatur, & quid rerum agatur, præſentiſſimus obſeruat. Ideoq; promiſſiones ſancte ſeruandæ ſunt. Magna in multis eſt leuitas, qui id negant, quod ſanctiſſime promiſerunt, eo quod ſciant, neminem eius rei teſtem produci poſſe. At graue nimis erit illis aliquando teſtimonium conſcientiæ ſuæ. PERIVRIVM ſane illud, vt vere eſt ſcelus, ita grauiſſime iudicabitur à Domino, &c.

THEMA XIX.
Ex Ruth. 4. v. 9.

Dixit Boas maioribus natu & vniuerſo populo: Teſtes vos eſtis hodie, quod emerim omnia quæ fuerunt

Digitized by Google

beat vſque ad annum remiſſionis. Poſterior vero hoc agit, vt proximus alicuius ſine prole defuncti agnatus, vel frater, fratri defuncto ſemen ſuſcitet, ne memoria illius intercidat.

Iuxta has leges Boas hoc loco & bona Elimelech redimere, & vxorem ducere conſtituit.

1. Vt autem legitime omnia fiant, in porta ciuitatis (quæ hodie nobis curia eſt) hanc rem agit.

2. Teſtes adhibet Seniores populi & Optimates, Iudices, quorum officij erat, his pactis intereſſe.

3. Vult ipſos huius rei teſtes eſſe, 1. Quod redemerit bona Elimelech, quæ porro ad ipſum pertineant: tradentibus & conſentientibus Naemi atque Ruth: Cum alter ille propinquus (cui hæc bona cum vidua Ruth oblata fuerint) iuri propinquitatis ceſſerit, & bonis etiam renuntiarit, ne ſimul cogeretur Ruth nubere. 2. Quod promiſerit, atque etiamnum promittat, ſe velle Ruth Moabitidem vxorem ducere, & cum illa pie habitare. Idque ex lege Deut. 25. qua teneatur ſuſcitare ſemen Mahlon anteceſſori & cognato ſuo. Et hæc ſe ad perpetuam rei memoriam apud ipſos deponere.

L. Optime factum, quod publice & ſolenniter hæc tractat bonus ille Booz, coram Magiſtratu & teſtibus, quæ ad Matrimonium pertinebant. Agnoſcit enim vir optimus, Coniugium eſſe rem arduam.

Docet ſuo exemplo omnes, non probari Deo clandeſtina illa & furtiua ſponſalia, vbi remotis arbitris partes contrahentes agunt, quod non decet. Sicut autem hoc fit contra honeſtatem publicam, & contra mortem maiorum, atque Veteris etiam Teſtamenti conſuetudinem: ita etiam repugnat Ordinationi Matrimoniali huius Ducatus, quæ requirit, vt adhibitis duobus aut tribus teſtibus, bonæ fidei hominibus, promiſſio fiat. Clandeſtina enim ſponſalia raro ſunt felicia, & ſunt multorum malorum cauſa. Ideoque etiam de iure ſponſalia publica præferuntur clandeſtinis.

Digitized by Google

Reprehendenda igitur leuitas multorum, qui hæc ſcientes negligunt atque contemnunt. Vnde ſæpe fit, vt poſtea ſuper promiſſione matrimoniali litigantes, in ſalutari ſuo, (quod eſt probatio) deficiant. Et ſi in aliis contractibus teſtes adhibendi ſunt, omnium maxime in caſu Matrimonii, vt pote grauiori, quam ſunt contractus ciuiles. Hic enim perpetuus contractus eſt & eſſe debet, qui fit in matrimonio. Cæteri poſſunt retractari, reſcindi, tolli, annihilari, &c. per homines. Hos vero, quos Deus coniunxit, homo non ſeparare poteſt, Matth. 19.

Ideoque vt alias, ita & hic in ore duorum aut trium teſtium omne verbum conſiſtat Deut. 19. v. 15. Matt. 18. verſ. 16.

L. II. Multarum contentionum anſa præciditur, ſi de pactis dotalibus certis, vel his, quæ Iure Municipali reſpondent, inter partes contrahentes conueniat, antequam nuptiæ celebrentur. Ideoque vel teſtes adhibendi, quibus de pactis conſtet, vel pacta illa in tabulas referenda ſunt.

Sicut enim moriturus domui ſuæ diſponere debet, (Exemplo Hiskiæ Eſa. 38.) ne ſemina litium relinquat liberis: ita etiam, qui matrimonium contracturus eſt, (præſertim, ſi prius ex alio matrimonio liberos ſuſceperit) non, niſi re prius bene diſpoſita, ad nuptias accedat. Etenim ſi hoc negligatur, litium copia erit mox vbi alter coniugum oculos clauſerit. Cuius rei omnes vbique curiæ, omnia iudicum ſubſellia teſtes eſſe poſſunt.

II.

Fauent optimo viro Booz, non tantum Senatores Ciuitatis Bethlehem, ſed vniuerſus populus ibidem, 1. Ideoque non tantum hac in cauſa teſtimonium veritati perhibere parati ſunt: NOS TESTES SVMVS, inquiunt: 2. Vtrum etiam ex animo omnes & ſinguli

Booz

Bo'oz congratulantur. Optant autem illi, quod ſummæ fecilitatis loco habebant, vt fœcundum ſit ipſis matrimonium. Faciat Dominus hanc vxorem, ſicut Rahel & Liam: id eſt, Faxit Deus, vt videas filios filiorum tuorum: vt ſic impleatur in vobis benedictio de multiplicatione poſteritatis Abrahæ, promiſſa Iſraeli, &c

L. Promptitudo Seniorum & omnis populi Bethlehemitici monet nos, vt ſi vel officii ratione, vel iure propinquitatis, vel amicitiæ cauſa, ab honeſtis & piis hominibus requiratur noſtra præſentia ad tractandas cauſas matrimoniales, vt ſunt ſponſalia, vel de præſenti vel de futuro, pacta dotalia, nuptiæ, &c. non ſimus difficiles & inexorabiles. Licet enim eiuſmodi negocia, nec moleſtia, nec difficultatibus careant, ſæpe etiam ſumptus requirant, tamen non poteſt vlla ratione honeſta id genus officii Chriſtiano homini denegari. Eſt enim negotium conforme ordinationi diuinæ. Et cum ipſe etiam Omnipotens Deus non dedignatus fuerit, has res (quæ vulgo viliſſimæ iudicantur) tractare, adducendo Adamo (Geneſ. 2. ſuam Euam, coniungendo Iſaacum & Rebeccam, à Domino enim erat iſtud, Geneſ. 24. verſ. 50.) non decet nos detrectare tale officium.

Nec mirum, ſi tales, qui adeo & duri & difficiles, & interdum ex mera tenacitate, ne dicam auaritia, plane inexorabiles ſunt, nec cuiquam bono hac in cauſa inſeruiunt; vel etiam poſteri illorum ſentiant viciſſim hanc maledictionem. vt nemo ſit, qui cauſas illorum agat, vel patrocinium illorum ſuſcipiat. Quod, experientia ipſa teſte, non raro fit, Deo illorum inhumanitatem puniente. Qui enim nemini ſeruire paratus eſt: indignus etiam eſt, qui aliorum opera vel conſilio vtatur.

Inprimis autem Magiſtratus in hac cauſa pia nemini ſuum officium imploranti deſit: ſed Seniorum Bethlehemiticorum exemplum imitetur.

L. II. Omnes

L. II. Omnes vero & ſinguli, ſiue cognati, ſiue conciues, ſiue peregrini ſint, Neogamis bene precentur, & cum illis pia ſua vota coniungant, vt diuina illa ordinatio coniugii ſemper ſarta tectaque conſeruetur. Et hoc debent illis. 1. Timoth. 2. Volo fieri interceſſiones pro OMNIBVS HOMINIBVS. Ergo etiam coniugibus pijs præſertim. Ipſi vero Neogami hæc gratis animis accipiant, & veniet pax ſuper eos, ſi digni fuerint, & hoc officium agnoſcant. Matth. 10. verſ. 13. De hoc ſæpius ſupra.

L. III. Vſitatum fuit veteribus, tempore Patriarcharum, & poſtea etiam, vt maximæ fœlicitatis loco precarentur illi: πολυτεκνίαν & liberorum copiam.

Patet, id ſingularis benedictionis loco habendum, ex ipſius Dei ore, qui ad hunc modum & primis coniugibus congratulatur, Geneſ. 1. verſ. 28. & poſt diluuium idipſum repetit. Gen. 9. v. 1. Nec fuit Patriarchis promiſſio magis grata, quam hæc ipſa: idque omnium maxime propter Chriſtum exhibendum. Super hac lætantur. Gen. 13. verſ. 16. 17. Et 14. verſ. 5. Et 26. v. 4. Et 28. v. 14. Exempla eiuſmodi gratulationis, à piis amicis & cognatis profectæ, extant, Gen. 24. verſ. 60 Et Gen. 28. v. 3. Tob. 9. verſ. 10.

Deteſtanda igitur eſt quorundam noſtri ſeculi hominum impietas, qui hanc benedictionem & gratulationem ægre ferunt, nec cupiunt eſſe vel fieri πολύτεκνοι, numeroſam prolem pro maledictione reputantes: vel quod ſunt ἄστοργοι, vel quod bonis ſuis metuunt, ne liberorum multitudine obruti illis exuantur, vel quod hæreditatem in multas partes diuiſam, pluribus liberis ſufficere non poſſe putant, &c. Quid vero mirum, ſi hac diffidentia Deum offendant, & benedictionem reſpuentes, maledictionem relinquant. De hoc ſæpiſſime iam dictum à nobis.

THE-

Digitized by Google

THEMA XX.

Ex Ruth. 4. verſ. 13. ad 18.

Tulit itaque Booz & accepit vxorem : ingreſſuſque eſt ad eam , & dedit illi Dominus , vt conciperet & pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Naemi : Benedictus Dominus , qui non eſt paſſus , vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſrael: & habeas, qui conſoletur animam tuam, & enutriat ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt, quæ te dilexit: & multò tibi melior eſt, quam ſi haberes ſeptem filios.

Suſceptumque Naemi puerum, poſuit in ſinu, & nutricis [ac gerulæ] *fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres* [congratulantes ei] *dicentes : Natus eſt filius Naemi: vocauerunt nomen eius Obed: Hic eſt pater Iſai, patris Dauid.*

DISPOSITIO.

Leuicula videntur eſſe, quæ hoc locô deſcribuntur; de nuptiis Boas, & filiolo ipſi natô ex Ruth, &c. quia talia quotidie fieri videmus, non tantum apud magnates, ſed & inter vulgus hominum At cùm Spiritus ſanctus hæc voluerit extare ad poſteros, non eſt dubium, quin eius rei ſint cauſæ non leues: Deſcripta autem ſunt hæc non propter Booz & Ruth, nec propter Obed & Iſai; ſed magis propter Dauidem, & maxime omnium propter Chriſtum, cuius auus magnus Obed hoc loco natus legitur. Vt igitur chariſſimi Saluatoris noſtri Genealogia nobis ſit cognita, voluit hoc loco patrem illius annotare Spiritus ſanctus, ex qua etiam haud dubie Matthæus ſuam Genealogiam continuauit; quod attinet generationes nouem, à Perez vſque ad Dauid.

Ideoque vel propter Chriſtum non ingrata eſſe debet hiſto-

hiſtoria hæc, de progenitoribus illius ſecundum carnem: quæ etiam non parum vtilitatis habet.

Videamus ergo. 1. Matrimonium inter Booz & Ruth initum.

2. Quis partus inde natus.

3. Quantum gaudium & cognatis & aliis hic partus attulerit.

I. *Pars.*

Boas Iudæus erat Bethlehemites. Is duxit viduam cognati ſui Mahlon. Idque ſecundum legem Deut 25 vt ſuſcitaret ipſi ſemen: quod ipſe fatetur verſ. 10. huius capitis quarti. Erat autem Booz iam grandæuus, qui potuiſſet forſan hoc coniugium detrectare, ex his rationibus.

1. Ruth Moabitis eſt, non ex Iſraelitis oriunda. Moabitæ autem licet ex Lotho deſcendebant) qui erat filius fratris Abraham) atque conſanguinei Iſraelitarum erant, tamen infenſiſſimi ſemper Iudæorum hoſtes extitere. Vt patet Num. 22. Deuter. Iudic. 3. ideoque nullis honeſtis officium in Iſrael præficiendi. Deut. 23 verſ. 3. Imo ibidem verſ. 6. dura contra ipſos ſententia lata eſt: Non quæres pacem eorum, nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ. Ideoque potuiſſet Boas deteſtari Ruth Moabitidem. At quia illa ad fidem Iſraelis conuerſa eſt, & conſtat de virtutibus illius, cap 3. verſ. 11. Ideoque recte cenſet Boas, illam non debere portare iniquitatem maiorum ſuorum. Cumque matrimonio cum Moabitis (conſanguineis Iudæorum) non erat interdictum, ideoque ſumit illam ſibi vxorem.

2. Boas ſenex eſt, Ruth iuuencula. Poſſet itaque metuere infœlix coniugium propter ætatis diſparitatem. At quia ſcit Ruth, non ex libidine, ſed prolis deſiderio propter nomen mariti defuncti, ſecundas appetere nuptias, (cum id ipſe fateatur cap. 3. verſ. 10.) ideo non dubitat

bitat illi fidem dare, quæ ipſi ſeni commodiſſima eſſet futura vxor.

3. Erat autem Boas vir diues, qui poſſidebat agros, alebat familiam, &c Ruth. vero paupercula, quæ aliorum liberalitate hactenus ſuſtentenda fuit. Quod patet cap.2.ver.2.& cap. 3. verſ.25. At honeſtas & pietas Ruth pluris æſtimatur à Boas, quam multæ diuitiæ. Nec ita affectus eſt, quemadmodum cognatus eius, cap.4 verſ. 6. vt magis diligat agrum Naemi, quam nurũ eius. Ruth. Quia igitur Boas vir optimus pauperculam non negligit, ideo Deus illi fœliciſſimum largitus eſt coniugium.

L. I. Docet ſuo exemplo Booz, pauperum, peregrinarum & viduarum afflictiſſimarum rationem habendam, vt & illæ aſſumantur conſortes thori. Neque enim in coniugiis ſemper ſpectari debere ſplendorem familiæ, vel diuitias, & eiuſmodi alia, ſed pieta em & honeſtatem. Poteſt enim Dominus facile pauperem ditare. Syr. 11. v.25. Et ſatius multis foret, pauperes, pias & honeſtas ducere, quam diuites impias aut impudicas. Magnus enim quæſtus pietas.1. Tim. 4 Contra vero diuitiæ magnæ plerunque iniuſte partæ leui momento dilabuntur, Domino diſſipante illas.

Et plura nobis Scriptura exempla ſuppeditat eorum coniugum, qui pauperes à Deo fuerunt ditati: quam eorum, qui ex nuptiis diuitum & impiarum felices facti ſunt.

Huc pertinent etiam Prou.14. v.31. Prou.17. v 5. Prou. 19. v.1. Prou. 19. v. 22. Prou. 28. v. 6.

L. II. Non tantum viduis, ſed & virginibus pauperculis ſolatio eſſe debent nuptiæ Ruth: vt bene ſperent, & Deo fidant, qui illas, licet abiectas & neglectas à ditioribus, tamen elocare poteſt talibus maritis, à quibus honeſte alantur. Et benedictio Domini ipſis ſatis magni patrimonii & dotis ampliſſimæ loco erit. Proſpexit Dominus Mariæ virgini pauperculæ de vico,

qui

qui ipſam honeſte aleret: & poſt illius obitum Ioannes curam illius ſuſcipere iuſſus eſt. Eſther captiua puella fit regina, Deo ſic prouidente. Viuit is Deus etiamnum; nec abbreuiata eſt manus illius. Eſa. 59. v. 1. Dummodò illæ pietatem Ruth, Eſther, Mariæ virginis, &c. imitentur.

II.

Diximus in prima parte de pietate vtriuſque coniugis Boas & Ruth. Quomodo igitur iſtis nouis Coniugibus Deus benedixerit, iam ſequitur. Sentiunt enim vota Seniorum & omnis populi Bethlehemitici, ſupra verſ. 11. & 12. non fuiſſe irrita. Sic enim ſequitur, INGRESSVS EST AD EAM, ET DEDIT ILLI DOMINVS, VT CONCIPERET, ET PARERET FILIVM. Paucis verbis multa comprehendit Spiritus ſanctus.

1. Diuina clementia factum oſtendit, vt conciperet Ruth ex ſene grandæuo, quæ olim iuueni Mahlon iuncta, decem annis ſterile habebat coniugium: Atqui iam fit prægnans. DEDIT ILLI DOMINVS, vt conciperet.

2. Quod ſi maximè concepiſſet, ſed poſtea abortum feciſſet, aut ſi maximè infantem enixa, ipſa tamen doloribus partus ſuperata expiraſſet, (quod Racheli accidiſſe legimus, Gen. 35.) magna fuiſſet inde triſtitia ſequuta: At dedit illi etiam Dominus, vt PARERET.

3. Nec tantum vt pareret, ſed vt FILIVM pareret: Ex cuius Proſapia deduceretur familia Boas. Hunc filium dedit, vt non deficeret ſucceſſor familiæ ſuæ, & ne deleretur nomen eius.

4. Imo (quod illi tum non intelligebant) datus eſt illis hic filius, vt fieret AVVS Dauidis, & ſic auus magnus Chriſti. Vocatus eſt enim hic filius Obed, qui legitur fuiſſe pater Iſai; ex quo Dauid natus eſt, hoc eodem loco, ſc. in Bethlehem.

LOCVS

LOCVS I. Videmus denuo, non naturaliter tantum fieri, vt vxores ſint fœcundæ & fiant prægnantes, ſed neceſſe eſt, vt Dominus det cóceptum, & partum fœlicem. Agnoſcunt hoc Iob. 10. verſ. 10. & Dauid Pſal. 22. v. 10. Pſal. 139. v. 13.

Ideo Deus interdum difficilioris partus exempla ob oculos ponit, vt Gen. 35. in Rachele, & 1. Sam. 4. in vxore Pinchas, ne exiſtimemus, mulieres abſque ſingulari Dei beneficio parere poſſe. Et ſi recte conſiderauerimus hanc rem, certe fatendum erit, non ſine miraculo infantes in vtero matris formari, & ex vtero educi, vt hanc lucem aſpiciant. De quo Pſalm. 22. verſ. 10. & cætera iam allegata teſtimonia loquuntur. At quia hæc quotidie fieri videmus, parum de his cogitamus. Ideoque Auguſtinus dicit: Miracula Dei (loquitur autem de hoc ipſo caſu) aſſiduitate vileſcunt.

L. II. Conſolatione plenum eſt, quod ex hac ipſa paupercula vidua, Ruth, naſcitur poſtea Dauid, mediantibus Obed & Iſai: & dehinc etiam ipſe Meſſias. Ideoque non ſine cauſa Matthæus Euangeliſta expreſſe addit: Boas genuit Obed ex Ruth. Matth. 1. vt ſcilicet oſtenderet: 1. Pauperes & abiectos etiam placere Deo, & ex his poſſe generari Reges. Quod etiam exemplum Mariæ virginis docet. Item Pſalmus 113. v. 7. & 8. 2. Vt doceret, nullam eſſe gentem adeo impiam & maledictam, ex qua Deus non velit ſeruare & ſaluare eos, qui abiecta maiorum impietate, ſincerum Dei verbum amplectuntur. Moabitæ, ex quibus erat nata Ruth, tales erant, quibus ne quidem bene precari debebant Iudæi, Deut. 23. v. 6. Tamen Ruth abnegata impietate verum Deum colens, fit auia magna Chriſti. Idem docet exemplum Rahab, quæ ex Chananæis erat internecioni deſtinatis, Ioſ. 6. v. 23. Matth. 1. Heb. 11. v. 31.

III.

Nato ex Ruth Obed filio, ingens oritur lætitia in do-

mo Boas. Non autem parentes tantum exhilarantur, ſed etiam Naemi affinis Booz & ſocrus Ruth. Illa natum infantem in ſinu ſuo quaſi fouet, & nutricis fungitur officio. Quin imo lætantur etiam alij, non tantum mulieres vicinæ, ſed & aliæ quæcunque Naemi bene cupiunt.

1. De his legitur, quod benedixerunt Dominum propterea, quod non paſſus eſt interire familiam boni Elimelech & viduæ illius Naemi.

2. Illæ etiam congratulantur Naemi, quod ex pia nuru natus eſſe puer, de quo non ſit dubium: 1. Quin conſolaturus ſit animam Naemi. 2. Sperant etiam fore, vt enutriat ſenio confectum.

Sicque multi ſuper hoc filio lætantur, Boas, Ruth, Naemi, vicini, & omnes alij in Bethlehem.

L. I. Videmus gaudendum eſſe de natis filijs. Et non tantum gaudendum parentibus, (his quidem potiſſimum, quod ipſe Saluator innuit Ioan. 16. verſ. 21) ſed congaudendum etiam vicinis. Luc. 15. Quicunque igitur parentes magis gaudent de obitu, quam de natiuitate ſuorum liberorum, ἄστοργοι plane ſunt, & indigni omni diuina benedictione.

De hac vel ſimili materia alias ſæpius.

L. II. Monentur tamen liberi, ne parentum & amicorum gaudium conuertant in luctum & triſtitiam, neue ſpem de illis conceptam fruſtrent: quando ſcilicet impietate ſua canos parentum cum mœrore deducunt ad ſepulchrum. Exemplo ſunt filij improbi, Iſmael, Eſau, filij Iacob, filij Dauid, Amnon, Adonia, Abſolon. Et certe ſi huius ſeculi mores conſideramus, ſemper maior eſt luctus & diuturnior, propter improbitatem & corruptos mores liberorum, quam fuit aliquando gaudium, cum in cunis vagirent. Sæpe illi, de quibus maxima ſpes erat in pueritia, vbi adoleuerint, maximam triſtitiam pariunt. Sie erfrewen die Eltern / daß ſie die Hånde vber dem Kopff zuſammen ſchlagen. Sicut Chriſtus prædixit mulieribus quibusdam Luc. 23 v. 29.

Sed

Sed experientur tales filij viciſſim eandem fortunam, vbi ipſis liberi nati fuerint olim, & niſi pœniteăt, æterno mœrore, fletu & ſtridore dentium contabeſcent. Huc igitur omnes actiones dirigamus, vt exhilaremus parentes noſtros, pietate & morum ſuauitate. Vide etiam Prouerb. 20. verſic. 1 Et 15. verſic. 20. Et inprimis, Prou. 29. verſ. 3.

L III. Liberos parentibus, vel ſenio confectis, vel ad paupertatem redactis, & nepotes maioribus ſuis, non tantum honorem, ſed & omnis generis beneficia, imo etiam θρεπτήρια vel præmia educationis, aut nutritiæ (vti vocant) debere, ex hoc loco liquido patet verſ. 15. ENVTRIET SENECTVTEM, ET CONSOLABITVR ANIMAM TVAM. Hæc quarto præcepto ſingula comprehenduntur. Poſſent adduci Exempla plurima & Gentilium & aliorum piorum liberorum, qui parentum curam egerunt: & viciſſim etiam eorum, qui illos neglexerunt: Vbi facile eſt conijcere, quinam benedictionem, qui contra maledictionem mereantur. Vide Promptuarium Exemplorum in quarto Præcepto de pietate & impietate liberorum erga parentes. Huc pertinent etiam, quæ Tob. 4. verſic. 4. & 10. verſic. 13. Syr. 3. verſic. 1. ad 19. extant.

THEMA XII.

Ex 1. Sam. 18. v. 28.

Dedit Saul [Dauidi] *Michal filiam ſuam vxorem. Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus eſſet cum Dauid. Michal autem filia Saul diligebat eum.*

DISPOSITIO.

Deſcribitur nobis hac hiſtoria coniugium Dauidis cum Michal filia Saulis Regis. Splendidum ſane matrimonium, vt apparet. At niſi Deus huic coniugio benedixiſſet, non fuiſſet Dauidi commodum, ſed exitiale. Et-

enim, ſi parentum ſpectes, non hoc quærit, quod pij & honeſti parentes in deſponſatione filiarum ſuarum potiſſimum conſiderant, vt ſcilicet ipſis bene ſit. Saul enim generum ſibi deligit, quem mox periturum ſperat. Tanta autem non eſt malitia ſoceri, quin maior Dei bonitas ſit, qui ad ſeruandum Dauidem, Michol ei iungit matrimonio, licet illa ad perdendum ipſum à patre erat deſponſata. Quia autem in hac hiſtoria tres perſonæ ſunt admodum diſſimiles, ideoque de ſingulis, & 1. quidem de ſocero, vel patre Saule 2. De Dauide Genero. 3. De Michol ſponſa & filia, dicemus. Et ad pleniorem cognitionem huius hiſtoriæ rem paulo altius repetemus.

I.

Saul primus Rex eſt Iſraelis, quem dedit illis Dominus in furore ſuo. Is hoc loco per ſuos offert filiam ſuam Michal Dauidi. Et videri poteſt forſitan, hoc matrimonium eſſe ſplendidum, de quo merito poſſit gaudere Dauid, qui paſtor fuerit hactenus ouilim, & hoc tanto dignitatis gradu indignus. Et ſane ſi Dauid ſocerum haberet pium & bonum, & ſalutis ipſius cupidum, potuiſſet vtique ſibi hoc nomine gratulari. Et prout modeſtus eſt, ipſe ſe indignum iudicat, num parum vobis videtur me eſſe Regis generum? At vero ſi rem accuratius penſitemus, digniſſimus eſt Dauid, qui filiam Regis accipiat.

1. Licet enim paſtorem olim egerit, nunc tamen Dux eſt militiæ. Saule nihil inferior, qui & ipſe haud ita pridem aſinas patris quæſiturus, Rex factus eſt: Et hoc agnoſcunt cantantes, percuſſit Saul mille, Dauid autem decem millia. 1. Sam 18. Ipſe de tribu Iuda, nobiliori loco, quam vel Saul natus.

2. Debetur illi filia Regis ex pacto. Quia cæde Goliathi meritus eſt hunc honorem. Promiſerat enim Saul filiam ſuam Merob dare huic, qui infamiam Iſraelis ablaturus ſit, cap. 17. v. 26.

3. Et

3. Et eandem filiam ipſi Dauidi iam ante debitam Saul etiam poſt promittit, ſi tantum fortis ſit, & prælietur bella Domini. v. 17. Perfide igitur agit, quod ſpreto Dauide, Adrieli illam deſponſat.

4. Ad hæc, tum temporis Regum filiæ non poterant cum aliorum Regum filijs deſponſari, ſed ſuis contribulibus elocandæ fuerunt. Patet exemplo Salomonis, qui Præfectis ſuis deſponſauit filias. 1. Reg. 4. Ideo non immerito huic Heroi deſponſatur Michol.

5. Et ſane Dauid chariſſimo pretio redimere hanc ſuam ſponſam fuit coactus: ducentis Philiſtæis occiſis.

Licet enim ſerui Regis referant, Regem non quærere dotem, ſed virum fortem: tamen poſtulatis 100. præputijs, dotem periculi plenam quærit. v.25.

6. Hæc vero omnia non cogitat Saul, ſed hoc agit, vt perdat generum. Dicit enim verſ. 17. Non ſit manus mea contra ipſum, ſed manus Philiſtęorum. Item verſ. 25. Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philiſtinorum. Et verſ. 21. Dixit Saul, dabo eam illi, vt ſit ipſi in ſcandalum. Hoc vnum ſpectauit Saul.

L. I. Sauli non multum ſunt diſſimiles, qui filias ſuas honeſtis iuuenibus obtrudunt, non vt ſuauiter cum ipſis viuant, ſed vt filiæ illos argento emungant, & negligant poſtea. Sperant interdum eiuſmodi parentes mox fatis generos conceſſuros, vt poſtmodum filias ditatas morte illorum, vel alijs ſplendidiori matrimonio coniungere, vel ipſarum etiam hæredes eſſe poſſint.

Sed nec hi multum abſunt ab ingenio Saulis, qui ſibi p internuncios deligunt, & quęrunt generos egregios, nobiles & ſtrenuos, quibuſcũ filias ſuas deſponſare poſſint: nõ quod illorum pietatẽ, vel alia animi & corporis dona ſuſpiciant, venerentur: ſed quoniam filiabus ſuis melius conſulere nõ poſſunt, nec dignioribus illas elocare valẽt.

Experientia teſtatur, multos ita affectos eſſe parentes: qui tamen vix digni ſunt, vt inter homines, non dico inter parentes numerentur.

Digitized by Google

L. II. Vnum hoc recte dicitur (quamuis animus Saulis longe ſit alius) Regem non quærere dotem, ſed Dauidi, vtpote viro forti deſponſaturum filiam. Recte id fit, ſi animus ſemper verbis reſpondeat, vt in matrimonijs non quæratur ampliſſima dos, non magnæ opes & diuitiæ: ſed ſpectetur virtus, pietas, candor & induſtria generi. At ſicut Saul hypocrita eſt, aliud ore ſimulans, aliud in corde ſentiens, ita hodie multi tales ſunt.

L. III. Non graue ſit, etiam ſplendidioris familiæ, aut magnæ authoritatis viris, ſi filias ſuas deſponſare cogantur inferiori loco natis, & non eiusdem adhuc authoritatis atque officij, &c. iuuenibus, ſi illi ſint Dauidica pietate aut virtute præditi. His enim Dominus facile conciliare authoritatem, conferre honores, largiri opes poteſt. Præſertim, ſi ſint humiles. Hoc eſt quod Maria canit. Luc. 1. verſ 52. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. De ſtercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principibus. Pſal. 113. v. 7.

Humilibus Deus ſuam largitur gratiam: & nouit illas exaltare SVO TEMPORE. 1. Pet. 5. v. 6. Cogitet exempla Ioſephi, Danielis, &c.

II.

Vidimus ſocerum, videamus etiam generum. Non SENTIT ſocer cum Dauide, ſed optat illum perditum. Verum quia Dauid pius eſt, nec ambiuit tam ſplendidas nuptias, nec quærit nummos, &c. ſed piam vxorem, & talem, quæ ipſum diligat, accipere paratus eſt, iam ipſi oblatam: Ideoque Dominus eſt cum ipſo. Quomodo eſt cum ipſo? Largitur illi victorias ſplendidas, conciliat ipſi fauorem omnium, v. 16. Eumque ita donis ſuis ornat & inſtruit, vt prudentius agat, quam omnes ſerui Saul: Et magnum facit nomen eius v. 30. Atque hoc intelligit Saul, factuſque eſt ipſi Dauid formidabilis. Quia conſcientia exagitat Saulem.

Recte etiam fecit Dauid, quod non multum gloriatus eſt

eſt coram Saule & ſeruis eius, de generis nobilitate, de diuitijs, &c. nihil fingit, ſed fatetur, quod res eſt. Quis ego ſum, & quæ cognatio patris mei?

L. I. Non eſt, quod multum ſeſe excrucient pij mariti, ſi (quod non raro accidit) habeant SOCEROS, vel ſocius inuidos & maleuolos: ſi odio ipſos proſequantur, vt Saul Dauidem: vel ſi nihil ab illis ſubſidij ſperare poſſunt.

Hoc agant, vt Dominus ſit cum ipſis. Sufficiat illis hoc. Si enim Deus nobiſcum, quis contra nos? Rom. 8. Dummodo te habeam, non curo nec cœlum nec terram, Pſal. 73. Iacobus etiam talem expertus eſt ſocerum, durum illum Labanum. Gen. 30. 31. ſed quia Deum habet propitium, nihil illi deeſt.

L. II. Exemplo Dauidis monentur omnes Iuuenes, ita viuendum, vt propter virtutem digni habeantur, quibus ſplendidæ virgines deſponſentur. Deinde etiam, ne ſentiant ſtimulos conſcientiæ, nec quicquam illis constante matrimonio exprobrari poſſit, hoc agant, qui coniuges fieri volunt, quod Dauid hic: ſcilicet veritatem profiteantur, non ſint Traſones iactabundi, non glorientur de diuitijs, ſplendore familiæ, non mendacijs ſibi acquirant ſponſas nobiles, diuites, excellentes, &c. Humilitati ſtudeant, & prouidebit illis Dominus de coniugibus optimis, cum quibus iucundam poſſint agere vitã.

Id hoc loco fit. Ideoque licet Saul cogitauerit perdere Dauidem per Michol, Deus tamen illi hanc eandem propterea matrimonio iunxit, vt illum ſeruaret: quod poſtea factum legitur, cap. 19.

Et qui ita ſe gerunt, vt merito poſſint laudari cum Dauide, hi non decent eſſe ſoliciti, vbi velint inuenire coniuges honeſtas. Illis enim vel dormientibus Deus prouidebit, ſicut Tobiæ nihil tale cogitanti ab Angelo offertur Sara. Tob. 6. Iſaaco oranti ad Dominum & rem omnem ipſi commendanti, optima adducitur Rebecca. Gen. 24. Imo contra ſuam voluntatem S I

ipſi Dauidi cogitur dare Michol vxorem, cui cum filia etiam Regnum relinquit, inuitus licet.

IV.

De ſponſo diximus. Audiamus etiam de ſponſa. Illa eſt Michol Saulis Regis filia: Quod ſi illa patris ingenium refert, væ tibi Dauidi; Et ſi illa hoc intento nubit Dauidi, quo pater illam elocat, actum eſt de Dauide. At diuina prouidentia fit, vt illa plane contrarijs moribus patri ſit filia. Etenim, quem odit pater, ipſa diligit. Et legitur dilexiſſe eum, antequam Dauid de illius coniugio cogitaret. verſic. 20. Nunc poſtquam illi facta eſt coniunx, conſtanter hunc retinet amorem. Eſtque is iam longe ardentiſſimus. Quem ipſo facto, nec ſine capitis periculo comprobauit Michol, capit. ſeq. 19. dum per feneſtram demittit maritum, à patre occidendum, niſi ipſa hoc auertiſſet. Huius beneficij non immemor bonus Dauid, quamprimum ad faſtigium promiſſi regni euectus fuit, Regij thori ſociam fieri vult eam, quæ afflictionis illius, propter parentis perfidiam particeps facta fuerat. 2. Sam. 3. verſ. 13.

L. Non tantum ſcripſit Paulus, viri diligite vxores Epheſ. 5. Col. 3 ſed de vxoribus etiam dictum eſt. Prou. 31. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitę ſuæ. Sie thut jhme Liebs vñ kein Leids ſein Lebenlang. Et 1. Tim. 2. verſ. 15. maneat in charitate, &c. Exempla dilectionis ardentiſſimę nobis proponit ſcriptura, nõ tantum in Michol, ſed in Sara, Rahele, & vxore iunioris Tobiæ, Abigaile, &c. Contra male audit vxor Iob. Hiob 2. & Moſis illa Zipora Exod. 4. Ieſabel imperioſa. 1. Reg. 19. Commendantur autem mites & blandæ, maritos diligentes Prou. 5. 11. 12. 18. 31. Syr. 26. 37.

Neque vero tum maritos ſuos diligere debent, quando viuunt cum illis in ocio, in abundantia rerum omnium, & cum omnia ex animi ſententia ſuccedunt: ſed tum maxime, cum mariti ipſorum ope & auxilio indigent.

Nec

Nec dubitent vitam ſuam in periculum adducere, ſi neceſſitas hoc poſtulet, & ſi vitam coniugum hoc modo ſeruare poſſint. Tum enim maxime adiutorij nomen mereantur.

Tam fidam autem vtriuſque fortunæ comitem maritus viciſſim magni facere, & ex animo diligere merito debet, exemplo Dauidis, quod in fine huius paraphraſeos adduximus ſupra.

L. II. Poſſet etiam tractari hic locus, non ſemper filias aut filios imitari naturam parentum minus recte viuentium. Michol non eſt eiuſdem ingenij cum patre. Ideoque ſi liberi ſint pij & honeſti, non abhorrendum à coniugio ipſorum. Nec enim debet illis parentum impietas fraudi eſſe.

L. III. Laudanda eſt Michol, quod illa non propter parentem odit innocentem Dauidem, ſed ex animo diligit, quem Deus diligit.

Et quod pietatem atque virtutem in Dauide, magis quam illius diuitias (quæ nullæ erant) ſpectauit: Quodque non reluctatur parenti, cum illam Dauidi in vxorem dare vellet: commendatione non tantum, ſed & imitatione digniſſimum eſt.

Et ſi Michol parenti iniquo, tyranno, perfido, tamen obtemperat, cum illam ſponſo traderet omni virtute cumulatiſſimo: quanto magis piis parentibus obtemperandum, ſi liberos cum honeſtis & piis velint coniungere. Et grauiter peccant filiæ aliæ refractariæ, quibus fere nunquam placent ſponſi, qui à parentibus ipſis deliguntur. Quod noſtro tempore multæ faciunt, ſemper habentes, quod in illis deſiderent, vel formam, vel ætatem, vel alia, quæ tamen nullam reprehenſionem merentur. Contra vero illis tantum hi placent, quos propter morum peruerſitatem parentes merito faſtidiunt.

THEMA XXII.

Ex 1. Sam. 25. v. 40.

Miſit ergo Dauid, & loquutus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & loquuti ſunt ad eam dicentes: Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem.

Quæ conſurgens, prona adorauit in terram, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail & aſcendit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pediſſequæ eius, & ſecuta eſt nuncios Dauid, & facta eſt illi vxor.

DISPOSITIO.

Sicut variam in iuuentute ſua Dauid expertus eſt fortunam, antequam Rex Iſrael fieret, ita etiam ratione coniugii valde fuit initio infelix. Etenim promiſſa erat illi Merob filia natu maior Saulis, hanc cum ſibi putaret deſponſandam, alius, ſc. Adriel accepit, c. 18 Poſtea vero, cum alteram filiam eiuſdem Michol in vxorem duxiſſet. (quæ ipſum ardenter amauit) & exiguo tempore illi cohabitaſſet, eiicitur in exilium, & Michol vxor Dauidis alij collocatur, ſcilicet Phalti filio Lais: ſicque Dauid coniuge chariſſima priuatur. **Hat alſo nicht gut Glück zu ſeinen erſten Heuraten gehabt.**

Sed nunc tandem de commodiori illi Deus proſpexit coniugio: vt non tantum haberet coniugem exilii comitem fidiſſimam, ſed ex his nuptiis etiam magnas illi opes largitur, vt inopiam illius ſubleuet.

Videamus igitur. 1. Qua occaſione, & quibus etiam de cauſis Dauid Abigailem petierit in vxorem.

2 Promptitudinem Abigailis Vel breuiter: **Dauids Werbung / vnd Abigail guten Willen.**

I.

Multum hactenus Dauid paſſimque iactatus, cum fugiens

giens Saulem perſequentem, veniſſet in deſertum Pharan, non procul a Carmelo, vbi habitabat Nabal cum vxore Abigail. Ibi defuncto priore marito Nabal, Abigailem illam viduam ſibi vxorem vult accipere. Ne vero videatur Dauid formam & diuitias in hoc matrimonio tantum ſpectaſſe: Ideoque hoc loco breuiter recitandum, qua occaſione Abigail illa Dauidi innotuerit, quando videlicet illi obuiam facta in itinere, quo pergebat ad occidendum Nabal, cum omni domo ſua, prudentiam, pietatem, & morum elegantiam Dauidi ſatis ſuperque comprobauit. His ipſius virtutibus inductus, eam poſt mortem mariti petit ſibi legitimo iungi matrimonio. Imo Deus ipſi hanc deſtinauit, & ſtultum Nabal propterea occidit, vt pius Dauid vna cum vxore etiam bona illius, & ſic conſolationem nonnullam tempore exilii ſui acciperet: vtque ſimul etiam optima Abigaila à viro peſſimo liberata, hoc coniugio Dauidis recrearetur.

Non autem Dauid Miles & Dux ſexcentorum militum vi rapuit ſimul viduam & bona Nabalis (quod vtique potuiſſet, ſi timor Domini non fuiſſet ipſo, ſicut in multis non eſt) ſed illius voluntatem prius vult explorare Vnnd laſſet ordentlich vmb ſie werben vnnd anhalten. Mittit itaque ſeruos ſuos ad Abigailem, vt ſignificent: Si placeat illi, cupere Dauidem ipſam ducere in vxorem. Nec multas Dauid addi iubet promiſſiones, fore ipſam aliquando Reginam, ſi Saul moriatur, fore honoratam præ omnibus. Nec minas etiam audimus: Niſi conſentiat, fore vt pœniteat illam aliquando. Poſſe enim Dauid inuolare in illius prædia. Nihil horum in mandatis dedit ſeruis ſuis Dauid: ideoque ſimpliciter referunt, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi vxorem.

L 1 Qui cupit fœlix matrimonium habere, deligat ſibi vxorem, quæ ſimilis ſit Abigaili, non formæ, non opum, ſed virtutis & prudentiæ ratione.

Tantæ enim ſunt virtutes in Abigaila, quas ſpectauit

Dauid

Dauid merito, vt exemplum eſſe poſſit omnibus procis, quid conſiderare debeant.

1. Eſt timens Deum, & patientiſſima. Alioquin ſtulto Nabalo marito non cohabitaſſet tam diu. Egregie loquitur de Deo. verſ. 29.

2. Eſt blanda & mitis erga domeſticos. Cum enim ſerui non auderent quicquam dicere Nabalo, referunt ad Dominum v. 14.

3. Prudens eſt, quod tacet, dum ebrius eſt Nabal, & antequam mane fiat nihil illi refert, quid factura ipſa, vel facturus fuiſſet Dauid. v. 36.

4. Solicita eſt pro ſalute viri & totius familiæ, verſ. 23. verſ. 37.

5. Humilis eſt, & mirum in modum ſe humiliat coram Dauide. verſ. 24. Summa, nihil illi deeſt virtutum, quæ poſſunt cadere in matronam honeſtam. Hanc diligit Dauid, & ſane regio thoro digna eſt. Quod ſi ad has virtutes accedant 1. formæ elegantia, & 2. diuitiæ, certe fœliciſſimus prædicandus erit, qui hanc ſibi comparabit. Quod ſi maxime deſunt poſteriora duo, ſufficiunt tamen priora. talis autem à Domino eſt, Prouer. 19. v. 14. nobile donum. Syrach. 26. Et datur timenti Dominum, ibid.

L. II. Nemo vi rapiat vxorem, aut dolo inducat illam, ſed legitime agat, & non niſi impetrato illius puro conſenſu, vxorem appetat, quæcunque illa, & cuiuſcunque conditionis ipſe etiam ſit.

Non enim neceſſe eſt, vt pius homo ſit ſolicitus de futuro coniuge, ante tempus. Nam vt poſſit Dauid ducere Abigail, cogitur Nabal è viuis decedere

Nec clancularia ſit tractatio & promiſſio, etiam inter adultas & viduas, quæ ſui iuris ſunt: ſed honeſte agatur, vt vel per alios viros honeſtos, vel præſentibus ipſis compellentur legitime, quarum ambimus nuptias.

Sic enim docet nos exemplum Dauidis, qui mittit ſeruos ſuos, viros vtique optimos & honeſtiſſimos, qui ſuo

Digitized by Google

ſuo nomine tractent de matrimonio. Niſi enim tales fuiſſent, illorum opera non fuiſſet vſus. Pſal. 101. v. 4. 6.

Si autem vel clam aut doloſe agatur, vel per viros non laudatæ famæ, & nihili homines eiuſmodi negotia tractentur, non mirum, ſi res non fœliciter cedat Euentus hoc docet.

Præſertim vero, quod internuncios & proxenetas attinet. Cauendum, ne illi quicquam de ſuo confingant, & mendaciorum plauſtra (vt ſolent nonnulli) aduehant: nec illi ita inſtruendi, vt vera falſis miſceant, aureosque montes polliceantur, dummodo obtineant, quam petimus. Serui Dauid ſimpliciter dicunt, Dauid petit te in vxorem. Potuiſſent hi ſane plurima promittere, ſed id fuit abſque dubio prohibitum à Dauide. Infœlicia autem ſunt matrimonia ex mendacijs, vel per errorem inita.

II.

Quid petierit Dauid per Legatos, intelleximus Iam reſponſum Abigailæ audiamus.

1. Illa vidua eſt ſoluta à viro, & liberam habet poteſtatem, vel nubendi viro, vel abſtinendi à matrimonio.

Nec ſane mirum, ſi porro abſtinuiſſet à coniugio, quia primus maritus, durus Nabal, dure tractauit, & vitam illi acerbam fecit.

At quia adhuc eſt iuuencula, & apta matrimonio atque gignendis liberis, (ſicut & Dauidi filium Chileabum genuit. 2. Sam. 3.) recte facit, quod denuo nupſit alteri marito.

2. Dauidem vero quod attinet, parata eſt ſequi illum ideoque mox aſſentitur petitioni illius. Hoc non ita intelligatis, quod gauiſa fuerit de hoc matrimonio, quia ſperauerit ſe mox fore Reginam Iſraelis, ideoque honorem quæſiuerit his nuptiis, potius quam virum. Incerta enim eſt, quando ſit futura Regina. Et poterat cogitare, forſitan mox Saul comprehendet maritum, eumq;

cum

Digitized by Google

cum vxore occidet. Satius igitur eſt, te manere in pace; & viuere in ampliſſimis prædiis, quam cum Dauide & bona & vitam perdere. Et certe in præſentiſſimum abiit exilium: multas prius experta miſerias, quam cum marito regij thori particeps fieret. Fuit enim capta & abducta etiam in Ziklag. 1. Sam 30. v 5.

3. Notanda vero eſt inſignis & ſincera Abigailis humilitas, quæ ſeſe indignam hoc matrimonio iudicat: & offert ſe ad lauandos pedes Seruorum Dauidis. Ancillam ſe illi offert. Quod tanto magis mirum videri poteſt, quod non tantum ſpecioſa, ſed & prædiues eſt, quæ magnos etiam poterat contemnere procos. At pergit cum famulis ad Dauidem, & vult illi in omnibus præſtare gratum obſequium.

1. Agnoſcit enim Dauidem eſſe Benedictum Domini, qui prælietur prælia Domini, & in quo non inueniatur malitia. Et non dubitat illum aliquando fore Ducem Iſrael. Sup. verſ. 28. 30.

2. Deinde bene meritus erat Dauid de Abigaile, non tantum, quod bona illius olim viuente Nabal cuſtodiuit: Sup. verſ 21. ſed quod vitam illi poſt Deum debet: cum potuiſſet perdere ipſam cum omni domo Nabalis; quod olim facere animus erat. Quia vero ſeruauit illi vitam, ideo ſe ipſi hæc obſequia debere agnoſcit.

L. I. Viduas iuniores, & matrimonio, procreandisque liberis aptas recte facere, ſi nubant, ipſe Paulus teſtis eſt. De quo ſupra etiam in Diſpoſit Them. 18 parte: 1.

L. II. Mulieribus præter eas, de quibus 1. parte diximus, virtutes, imitanda ſunt hæc etiam, exemplo Abigail.

1. Vt non reformident, nec faſtidiant matrimonium, ſi ſint metuendæ in eo calamitates & miſeriæ, ſicut Abigail nihil hic præter triſte exilium ſperare poterat. Eſt enim illis hæc ſancta crux, & facit ad probandum ipſorum fidem, ſpem, patientiam: docet orare. Præſertim ſi ſciant ſe habituros maritos pios, qualis eſt Dauid.

2. Vt

Digitized by Google

2. Vt non detrectent operas viliſſimas præſtare ſuis maritis. Ancilla vult eſſe Abigail in domo Dauid. Agnoſcant enim virum eſſe caput. Epheſ. 5. Et Dominum. 1 Pet 3. v. 6. Honeſtus quidem maritus non requiret hoc à matrona honeſta, vt fungatur ancillæ officio. Sed vbi neceſſitas poſtulat, non etiam pedes mariti lauare recuſet Præſertim, ſi ægrotet maritus, & vxoris opera (aliquantulum ipſi moleſta) indigeat.

L. III. Virtutes Abigailis remuneratur Dominus: qui ſimul omnes ærumnas & prioris coniugii propter Nabalum perpeſſas, & poſterioris coniugii præter culpam Dauidis tempore exilij moleſtias, compenſat ſuo tempore, quod Abigaili non tantum Dauidem copulat matrimonio, ſed ipſam etiam Reginam facit honoratiſſimam. Solatium eſt coniugibus, ne ægre ferant moleſtias, ſed ſciant ſe fore Reginas cœli, ſi pietatem, & fidem Abigailis habeant.

THEMA XXIII.

Ex 2. Sam. 12. v. 8.

Deus per Nathan dicit Dauidi:

Ego dedi tibi vxores Domini tui in ſinum tuum.

DISPOSITIO.

Legitur Dauid plures habuiſſe vxores, quarum aliquot ſuis nominibus appellat Scriptura, vt ſunt Ahinoam, Abigail, Maacha, Hagith, Abital, Egla, quas habuit in Hebron. 2. Samuel. 3. Præter illas habuit etiam Bathſeba. 2 Samuel. 11 (Scimus enim polygamiam tum fuiſſe in vſu, & toleratam à Domino certo conſilio) ſed plures his ipſum habuiſſe non tantum patet ex verbis pauculis prælectis: ſed etiam ex 1 Paral 3. Vbi recenſentur nomina nouem filiorum, quorum matres non nominantur. Vnde illas acceperit, & quis illi tot vxores dede-

dederit, textus præſens docet. Qui licet breuis ſit plurima tamen continet membra: Et ſingula fere vocabula Emphaſin habent. Nos primum, quid ſibi velint hæc verba, breuiter oſtendemus, & deinde doctrinas præcipuas annotabimus.

I.

Reſenſet hoc loco Nathan beneficia diuinitus in Dauidem collata, quæ fuerunt maxima: vt quod liberauit ipſum de manu Saul, fecit ipſum Regem, dedit ipſi domum Domini ſui, & geminum regnum Iuda & Iſrael.

Inter hæc non poſtremo, ſed medio loco recenſetur etiam hoc magni beneficii loco: quod habuerit vxores: Sed emphaticis verbis ipſi inculcatur.

1. Datum tibi fuit, vt poſſes fieri coniunx & vxorem ducere. Non omnibus hoc contingit.

2. Nec vna tantum fuit tibi vxor, ſed VXORES. Toleraui hoc, ſicut in Patriarchis, vt haberes optionem inter plures.

3. Nec habuiſti viles coniuges, ſed ſplendidas. **Nicht Bauren Metzen** Sed pro ratione dignitatis tuæ habuiſti vxores diuites, vt Abigailem, & alias honeſto loco natas. Sed de his non dicam, verum de nobilioribus potiſſimum. Habuiſti vxores DOMINI TVI Saulis. Patet hinc quod poſt obitum Saulis illius viduas quaſdam, & quæ placuerunt, nobiliſſimas ſibi vxores delegerit.

Nec habuiſti illas, ſicut Merob & Michal: **Wie jener die Ampſel.** Sed ego dedi illas in ſinum tuum: conſtanti matrimonio retinuiſti. Quod iterum fuerunt tibi ereptæ, ſicut olim filiæ Saulis, de hoc non poteſ conqueri. Illæ enim tibi adhæſerunt. Sicut & Michal iterum recepiſti.

5. Sed vnde habuiſti illas, tot & tam nobiles matronas? Tune tibi armis comparaſti, vel induſtria tua? Nihil

Digitized by Google

hil minus. EGO DEDI; Sicut enim ſine me nec regnum nec vitam habere potuiſſes: Ita etiam tibi vxores non potuiſſes ſumere, nec viliſſimas etiam matronas, multo minus vxores Domini tui. Quid velit Nathan hinc concludere, ipſe Dauid probe intellexit: ſcilicet hoc, ergo ſatis ſuperque fuit tibi proſpectum à me de coniugibus, vt non neceſſe fuerit, alienas rapere. Bathſebam enim ego tibi non dedi, ſed tu tibi illam rapuiſti ouiculam, quæ alterius, Vriæ videlicet, erat. Illi dederam, non tibi. De hoc autem prolixius diſſerere non eſt inſtituti noſtri.

II.

Sed nunquid Dauidi vni ſoli hæc dicta ſunt? Illi quidem potiſſimum: ſed tamen etiam nobis. Omnia enim ad vtilitatem noſtram ſcripta ſunt.

1. Diſcamus autem primum, vnde habeamus vxores: ſcilicet à Deo Is eſt, qui & Dauidi & alijs pijs haſce deſtinat, adducit, copulat. Sicut enim donum & bonum omne deſuper à patre luminum, Iac. 1. ita & vxor dicitur donum Dei, Syr. 26. v. 3. & 17.

Haſce vero dat: 1. Vel immediate, & ipſe adducit, quemadmodum Adamo Heuam: aut per Angelorum miniſterium miraculoſe quodammodo nobis coniungit, vt Iſaaco Rebeccam, Gen. 24. v. 7. & Tobiæ Saram, Tob. 6. 2. Vel mediate, per parentes, vt Iſmaeli, cui mater accepit vxorem. Gen. 21. v. 21. Et Samſon vult ſibi accipi vxorem. Iud. 14. v. 2. aut per curatores & cognatos hoc efficit; ſicut mediante cognato & curatore Mardochai eligitur inter cæteras Eſther. Eſther 2. v. 10 Vel alia legitima ratione. Niſi enim Deus cõiuges deſtinaret, & in illis vt conſentirent efficeret, aut alia ratione promoueret noſtras nuptias, nunquam poſſemus fieri coniuges. Patet exemplo Saræ filiæ Tobiæ, quam multi quidem accipiunt, vnus autem Tobias ſeruat. Tob. 7. v. 12.

2. Neque vero infœliciores nos Dauide exiſtimabimus, quod vnam tantum dat DEVS vxorem, non plures

ipſi Dauidi cogitur dare Michol vxorem, cui cum filia etiam Regnum relinquit, inuitus licet.

IV.

De ſponſo diximus. Audiamus etiam de ſponſa. Illa eſt Michol Saulis Regis filia: Quod ſi illa patris ingenium refert, væ tibi Dauidi; Et ſi illa hoc intento nubit Dauidi, quo pater illam elocat, actum eſt de Dauide. At diuina prouidentia fit, vt illa plane contrarijs moribus patri ſit filia. Etenim, quem odit pater, ipſa diligit. Et legitur dilexiſſe eum, antequam Dauid de illius coniugio cogitaret. verſic. 20: Nunc poſtquam illi facta eſt coniunx, conſtanter hunc retinet amorem. Eſtque is iam longe ardentiſſimus. Quem ipſo facto, nec ſine capitis periculo comprobauit Michol, capit. ſeq. 19. dum per feneſtram demittit maritum, à patre occidendum, niſi ipſa hoc auertiſſet. Huius beneficij non immemor bonus Dauid, quamprimum ad faſtigium promiſſi regni euectus fuit. Regij thori ſociam fieri vult eam, quæ afflictionis illius, propter parentis perfidiam particeps facta fuerat. 2. Sam. 3. verſ. 13.

L. Non tantum ſcripſit Paulus, viri diligite vxores Epheſ. 5. Col. 3 ſed de vxoribus etiam dictum eſt. Prou. 31. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitę ſuæ. Sie thut jhme Liebs vñ kein Leids ſein Lebenlang. Et 1. Tim. 2. verſ. 15. maneat in charitate, &c. Exempla dilectionis ardentiſſimę nobis proponit ſcriptura, nõ tantum in Michol, ſed in Sara, Rahele, & vxore iunioris Tobiæ, Abigaile, &c. Contra male audit vxor Iob. Hiob 2, & Moſis illa Zipora Exod. 4. Ieſabel imperioſa. 1. Reg. 19. Commendantur autem mites & blandæ, maritos diligentes Prou. 5. 11. 12. 18. 31. Syr. 26. 37.

Neque vero tum maritos ſuos diligere debent, quando viuunt cum illis in ocio, in abundantia rerum omnium, & cum omnia ex animi ſententia ſuccedunt: ſed tum maxime, cum mariti ipſorum ope & auxilio indigent.

Nec

Nec dubitent vitam ſuam in periculum adducere, ſi neceſſitas hoc poſtulet, & ſi vitam coniugum hoc modo ſeruare poſſint. Tum enim maxime adiutorij nomen merentur.

Tam fidam autem vtriuſque fortunæ comitem maritus viciſſim magni facere, & ex animo diligere merito debet, exemplo Dauidis, quod in fine huius paraphraſeos adduximus ſupra.

L. II. Poſſet etiam tractari hic locus, non ſemper filias aut filios imitari naturam parentum minus recte viuentium. Michol non eſt eiuſdem ingenij cum patre. Ideoque ſi liberi ſint pij & honeſti, non abhorrendum à coniugio ipſorum. Nec enim debet illis parentum impietas fraudi eſſe.

L. III. Laudanda eſt Michol, quod illa non propter parentem odit innocentem Dauidem, ſed ex animo diligit, quem Deus diligit.

Et quod pietatem atque virtutem in Dauide, magis quam illius diuitias (quæ nullæ erant) ſpectauit: Quodque non reluctatur parenti, cum illam Dauidi in vxorem dare vellet: commendatione non tantum, ſed & imitatione digniſſimum eſt.

Et ſi Michol parenti iniquo, tyranno, perfido, tamen obtemperat, cum illam ſponſo traderet omni virtute cumulatiſſimo: quanto magis piis parentibus obtemperandum, ſi liberos cum honeſtis & piis velint coniungere. Et grauiter peccant filiæ aliæ refractariæ, quibus fere nunquam placent ſponſi, qui à parentibus ipſis deliguntur. Quod noſtro tempore multæ faciunt, ſemper habentes, quod in illis deſiderent, vel formam, vel ætatem, vel alia, quæ tamen nullam reprehenſionem merentur. Contra vero illis tantum hi placent, quos propter morum peruerſitatem parentes merito faſtidiunt.

THEMA XXII.

Ex 1. Sam. 25. v. 40.

Miſit ergo Dauid, & loquutus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & loquuti ſunt ad eam dicentes: Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem.

Quæ conſurgens, prona adorauit in terram, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail & aſcendit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pediſſequæ eius, & ſecuta eſt nuncios Dauid, & facta eſt illi vxor.

DISPOSITIO.

Sicut variam in iuuentute ſua Dauid expertus eſt fortunam, antequam Rex Iſrael fieret, ita etiam ratione coniugii valde fuit initio infelix. Etenim promiſſa erat illi Merob filia natu maior Saulis, hanc cum ſibi putaret deſponſandam, alius, ſc. Adriel accepit. c. 18 Poſtea vero, cum alteram filiam eiuſdem Michol in vxorem duxiſſet. (quæ ipſum ardenter amauit) & exiguo tempore illi cohabitaſſet, eiicitur in exilium, & Michol vxor Dauidis alij collocatur, ſcilicet Phalti filio Lais: ſicque Dauid coniuge chariſſima priuatur. Hat alſo nicht gut Glück zu ſeinen erſten Heuraten gehabt.

Sed nunc tandem de commodiori illi Deus proſpexit coniugio: vt non tantum haberet coniugem exilii comitem fidiſſimam, ſed ex his nuptiis etiam magnas illi opes largitur, vt inopiam illius ſubleuet.

Videamus igitur. 1. Qua occaſione, & quibus etiam de cauſis Dauid Abigailem petierit in vxorem.

2 Promptitudinem Abigailis Vel breuiter: Davids Werbung / vnd Abigail guten Willen.

I.

Multum hactenus Dauid paſſimque iactatus, cum fugiens

giens Saulem perſequentem, veniſſet in deſertum Pharan, non procul a Carmelo, vbi habitabat Nabal cum vxore Abigail. Ibi defuncto priore marito Nabal, Abigailem illam viduam ſibi vxorem vult accipere. Ne vero videatur Dauid formam & diuitias in hoc matrimonio tantum ſpectaſſe: Ideoque hoc loco breuiter recitandum, qua occaſione Abigail illa Dauidi innotuerit, quando videlicet illi obuiam facta in itinere, quo pergebat ad occidendum Nabal, cum omni domo ſua, prudentiam, pietatem, & morum elegantiam Dauidi ſatis ſuperque comprobauit. His ipſius virtutibus inductus, eam poſt mortem mariti petit ſibi legitimo iungi matrimonio. Imo Deus ipſi hanc deſtinauit, & ſtultum Nabal propterea occidit, vt pius Dauid vna cum vxore etiam bona illius, & ſic conſolationem nonnullam tempore exilii ſui acciperet: vtque ſimul etiam optima Abigaila à viro peſſimo liberata, hoc coniugio Dauidis recrearetur.

Non autem Dauid Miles & Dux ſexcentorum militum vi rapuit ſimul viduam & bona Nabalis (quod vtique potuiſſet, ſi timor Domini non fuiſſet ipſo, ſicut in multis non eſt) ſed illius voluntatem prius vult explorare **Vnnd laſſet ordentlich vmb ſie werben vnnd anhalten.** Mittit itaque ſeruos ſuos ad Abigailem, vt ſignificent: Si placeat illi, cupere Dauidem ipſam ducere in vxorem. Nec multas Dauid addi iubet promiſſiones, fore ipſam aliquando Reginam, ſi Saul moriatur, fore honoratam præ omnibus. Nec minas etiam audimus: Niſi conſentiat, fore vt pœniteat illam aliquando. Poſſe enim Dauid inuolare in illius prædia. Nihil horum in mandatis dedit ſeruis ſuis Dauid: ideoque ſimpliciter referunt, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi vxorem.

L. I Qui cupit fœlix matrimonium habere, deligat ſibi vxorem, quæ ſimilis ſit Abigaili, non formæ, non opum, ſed virtutis & prudentiæ ratione.

Tantæ enim ſunt virtutes in Abigaila, quas ſpectauit

Dauid

Dauid merito, vt exemplum eſſe poſſit omnibus procis, quid conſiderare debeant.

1. Eſt timens Deum, & patientiſſima. Alioquin ſtulto Nabalo marito non cohabitaſſet tam diu. Egregie loquitur de Deo. verſ. 29.

2. Eſt blanda & mitis erga domeſticos. Cum enim ſerui non auderent quicquam dicere Nabalo, referunt ad Dominum v. 14.

3. Prudens eſt, quod tacet, dum ebrius eſt Nabal, & antequam mane fiat nihil illi refert, quid factura ipſa, vel facturus fuiſſet Dauid. v. 36.

4. Solicita eſt pro ſalute viri & totius familiæ, verſ. 23. verſ. 37.

5. Humilis eſt, & mirum in modum ſe humiliat coram Dauide. verſ. 24. Summa, nihil illi deeſt virtutum, quæ poſſunt cadere in matronam honeſtam. Hanc diligit Dauid, & ſane regio thoro digna eſt. Quod ſi ad has virtutes accedant 1. formæ elegantia, & 2. diuitiæ, certe fœliciſſimus prædicandus erit, qui hanc ſibi comparabit. Quod ſi maxime deſunt poſteriora duo, ſufficiunt tamen priora. talis autem à Domino eſt, Prouer. 19. v. 14. nobile donum. Syrach. 26. Et datur timenti Dominum, ibid.

L. II. Nemo vi rapiat vxorem, aut dolo inducat illam, ſed legitime agat, & non niſi impetrato illius puro conſenſu, vxorem appetat, quæcunque illa, & cuiuſcunque conditionis ipſe etiam ſit.

Non enim neceſſe eſt, vt pius homo ſit ſolicitus de futuro coniuge, ante tempus. Nam vt poſſit Dauid ducere Abigail, cogitur Nabal è viuis decedere

Nec clancularia ſit tractatio & promiſſio, etiam inter adultas & viduas, quæ ſui iuris ſunt: ſed honeſte agatur, vt vel per alios viros honeſtos, vel præſentibus ipſis compellentur legitime, quarum ambimus nuptias.

Sic enim docet nos exemplum Dauidis, qui mittit ſeruos ſuos, viros vtique optimos & honeſtiſſimos, qui ſuo

Digitized by Google

ſuo nomine tractent de matrimonio. Niſi enim tales fuiſſent, illorum opera non fuiſſet vſus. Pſal. 101. v. 4. 6.

Si autem vel clam aut doloſe agatur, vel per viros non laudatæ famæ; & nihili homines eiuſmodi negotia tractentur, non mirum, ſi res non fœliciter cedat. Euentus hoc docet.

Præſertim vero, quod internuncios & proxenetas attinet. Cauendum, ne illi quicquam de ſuo confingant, & mendaciorum plauſtra (vt ſolent nonnulli) aduehant: nec illi ita inſtruendi, vt vera falſis miſceant, aureosque montes polliceantur, dummodo obtineant, quam petimus. Serui Dauid ſimpliciter dicunt, Dauid petit te in vxorem. Potuiſſent hi ſane plurima promittere, ſed id fuit abſque dubio prohibitum à Dauide. Infœlicia autem ſunt matrimonia ex mendacijs, vel per errorem inita.

II.

Quid petierit Dauid per Legatos, intelleximus Iam reſponſum Abigailæ audiamus.

1. Illa vidua eſt ſoluta à viro, & liberam habet poteſtatem, vel nubendi viro, vel abſtinendi à matrimonio.

Nec ſane mirum, ſi porro abſtinuiſſet à coniugio, quia primus maritus, durus Nabal, dure tractauit, & vitam illi acerbam fecit.

At quia adhuc eſt iuuencula, & apta matrimonio atque gignendis liberis, (ſicut & Dauidi filium Chileabum genuit. 2. Sam. 3.) recte facit, quod denuo nupſit alteri marito.

2. Dauidem vero quod attinet, parata eſt ſequi illum ideoque mox aſſentitur petitioni illius. Hoc non ita intelligatis, quod gauiſa fuerit de hoc matrimonio, quia ſperauerit ſe mox fore Reginam Iſraelis, ideoque honorem quæſiuerit his nuptiis, potius quam virum. Incerta enim eſt, quando ſit futura Regina. Et poterat cogitare, forſitan mox Saul comprehendet maritum, eumq;

cum

Digitized by Google

cum vxore occidet. Satius igitur eſt, te manere in pace; & viuere in ampliſſimis prædiis, quam cum Dauide & bona & vitam perdere. Et certe in præſentiſſimum abiit exilium: multas prius experta miſerias, quam cum marito regij thori particeps fieret. Fuit enim capta & abducta etiam in Ziklag. 1. Sam 30. v 5.

3. Notanda vero eſt inſignis & ſincera Abigailis humilitas, quæ ſeſe indignam hoc matrimonio iudicat: & offert ſe ad lauandos pedes Seruorum Dauidis. Ancillam ſe illi offert. Quod tanto magis mirum videri poteſt, quod non tantum ſpecioſa, ſed & prædiues eſt, quæ magnos etiam poterat contemnere procos. At pergit cum famulis ad Dauidem, & vult illi in omnibus præſtare gratum obſequium.

1. Agnoſcit enim Dauidem eſſe Benedictum Domini, qui prælietur prælia Domini, & in quo non inueniatur malitia. Et non dubitat illum aliquando fore Ducem Iſrael. Sup. verſ. 28. 30.

2. Deinde bene meritus erat Dauid de Abigaile, non tantum, quod bona illius olim viuente Nabal cuſtodiuit: Sup. verſ 21. ſed quod vitam illi poſt Deum debet: cum potuiſſet perdere ipſam cum omni domo Nabalis; quod olim facere animus erat. Quia vero ſeruauit illi vitam, ideo ſe ipſi hæc obſequia debere agnoſcit.

L. I. Viduas iuniores, & matrimonio, procreandisque liberis aptas recte facere, ſi nubant, ipſe Paulus teſtis eſt. De quo ſupra etiam in Diſpoſit. Them. 18 parte: 1.

L. II. Mulieribus præter eas, de quibus 1. parte diximus, virtutes, imitanda ſunt hæc etiam, exemplo Abigail.

1. Vt non reformident, nec faſtidiant matrimonium. ſi ſint metuendæ in eo calamitates & miſeriæ, ſicut Abigail nihil hic præter triſte exilium ſperare poterat. Eſt enim illis hæc ſancta crux, & facit ad probandum ipſorum fidem, ſpem, patientiam: docet orare. Præſertim ſi ſciant ſe habituros maritos pios, qualis eſt Dauid.

2. Vt

2. Vt non detrectent operas viliſſimas præſtare ſuis maritis. Ancilla vult eſſe Abigail in domo Dauid. Agnoſcant enim virum eſſe caput. Epheſ. 5. Et Dominum. 1 Pet 3. v. 6. Honeſtus quidem maritus non requiret hoc à matrona honeſta, vt fungatur ancillæ officio. Sed vbi neceſſitas poſtulat, non etiam pedes mariti lauare recuſet Præſertim, ſi ægrotet maritus, & vxoris opera (aliquantulum ipſi moleſta) indigeat.

L. III. Virtutes Abigailis remuneratur Dominus: qui ſimul omnes ærumnas & prioris coniugii propter Nabalum perpeſſas, & poſterioris coniugii præter culpam Dauidis tempore exilij moleſtias, compenſat ſuo tempore, quod Abigaili non tantum Dauidem copulat matrimonio, ſed ipſam etiam Reginam facit honoratiſſimam. Solatium eſt coniugibus, ne ægre ferant moleſtias, ſed ſciant ſe fore Reginas cœli, ſi pietatem, & fidem Abigailis habeant.

THEMA XXIII.

Ex 2. Sam. 12. v. 8.

Deus per Nathan dicit Dauidi:

[Ego dedi tibi vxores Domini tui in ſinum tuum.

DISPOSITIO.

Legitur Dauid plures habuiſſe vxores, quarum aliquot ſuis nominibus appellat Scriptura, vt ſunt Ahinoam, Abigail, Maacha, Hagith, Abital, Egla, quas habuit in Hebron. 2. Samuel. 3. Præter illas habuit etiam Bathſeba. 2 Samuel. 11 (Scimus enim polygamiam tum fuiſſe in vſu, & toleratam à Domino certo conſilio) ſed plures his ipſum habuiſſe non tantum patet ex verbis pauculis prælectis: ſed etiam ex 1 Paral 3. Vbi recenſentur nomina nouem filiorum, quorum matres non nominantur. Vnde illas acceperit, & quis illi tot vxores dede-

hil minus. EGO DEDI. Sicut enim ſine me nec regnum nec vitam habere potuiſſes: Ita etiam tibi vxores non potuiſſes ſumere, nec viliſſimas etiam matronas, multo minus vxores Domini tui. Quid velit Nathan hinc concludere, ipſe Dauid probe intellexit: ſcilicet hoc, ergo ſatis ſuperque fuit tibi proſpectum à me de coniugibus, vt non neceſſe fuerit, alienas rapere. Bathſebam enim ego tibi non dedi, ſed tu tibi illam rapuiſti ouiculam, quæ alterius, Vriæ videlicet, erat. Illi dederam, non tibi. De hoc autem prolixius diſſerere non eſt inſtituti noſtri.

II.

Sed nunquid Dauidi vni ſoli hæc dicta ſunt? Illi quidem potiſſimum: ſed tamen etiam nobis. Omnia enim ad vtilitatem noſtram ſcripta ſunt.

1. Diſcamus autem primum, vnde habeamus vxores: ſcilicet à Deo Is eſt, qui & Dauidi & alijs pijs haſce deſtinat, adducit, copulat. Sicut enim donum & bonum omne deſuper à patre luminum, Iac. 1. ita & vxor dicitur donum Dei, Syr. 26. v. 3. & 17.

Haſce vero dat: 1. Vel immediate, & ipſe adducit, quemadmodum Adamo Heuam: aut per Angelorum miniſterium miraculoſe quodammodo nobis coniungit, vt Iſaaco Rebeccam, Gen. 24. v. 7. & Tobiæ Saram, Tob. 6. 2. Vel mediate, per parentes, vt Iſmaeli, cui mater accepit vxorem. Gen. 21. v. 21. Et Samſon vult ſibi accipi vxorem. Iud. 14. v. 2. aut per curatores & cognatos hoc efficit, ſicut mediante cognato & curatore Mardochai eligitur inter cæteras Eſther. Eſther 2. v. 10 Vel alia legitima ratione. Niſi enim Deus coniuges deſtinaret, & in illis vt conſentirent efficeret, aut alia ratione promoueret noſtras nuptias, nunquam poſſemus fieri coniuges. Patet exemplo Saræ filiæ Tobiæ, quam multi quidem accipiunt, vnus autem Tobias ſeruat. Tob. 7. v. 12.

2. Neque vero infœliciores nos Dauide exiſtimabimus, quod vnam tantum dat DEVS vxorem, non plures

ipſi rapiunt ad ſe alienas, quas illis Dominus dare non vult. Iudicabit illos Dominus, teſte Apoſtolo. Hebræor. 13. Nec ſane impune tulit chariſſimus alioquin Deo Dauid, cùm ex ſinu alterius raptam coniugem ad ſe pertraxiſſet, quam illi Dominus in ſuum ſinum non dederat ſed Diabolus. Tua igitur ex corde tuo nunquam rapiatur, nec tu illam ex corde eijcias.

4. Reſtat adhuc vnum, quod facere debet ad mariti informationem, ex hoc eodem loco: cum dicit Dominus, dedi vxores IN SINVM TVVM. Non inquit, proieci ad pedes tuos non ait, ſcabellum pedum tuorum feci vxores tuas, &c. ſed in ſinum dedi. Monet vt coniuges ſuas honeſte tractent viri, & diligant ſicut liberos, quos in ſinu fouēt matres: Et ſicut Chriſtus Ioan. 21 v. 20. ſuper pectus ſuum recumbere ſinit Ioannem, quem diligebat, adeoq; quaſi in ſinu fouebat: Ita illi tractent vxores. Sicut idipſum hoc eodē libro & capite, eleganti ſimilitudine docet Nathan (imo vero Deus ipſe) quando vxorem cōparauit Ouiculę, & tali, quæ comedat de buccella mariti, & bibat de calice illius, & QVÆ IN SINV ILLIVS dormiat v. 3. Debet enim homo illam diligere ſicut carnem propriam, quam nemo ſanus odiſſe poteſt. Eph. 5.

Hoc ipſum vult Petrus 1. Pet. 3. v. 7. Et qui hoc non facit, Leo eſt in domo, ouiculam non fouens, ſed perdens, Syrach. 4. v. 35.

THEMA XXIV.

Ex Eſther cap. 1. v. 22.

Miſit Rex [Ahaſuerus] *Epiſtolas ad vniuerſas prouincias Regni ſui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuerſis linguis & litteris eſſe* [debere] *viros Dominos in domibus ſuis, & loquebatur iuxta linguam populi ſui* [Rex cum omnibus.]

DISPOSITIO.

Deſcribitur his verbis ſumma edicti cuiusdam Regij

gij promulgati à Monarcha Perſico. Quando autem tale aliquod edictum, rem arduam præſertim continens, nouo quodam exemplo apud nos promulgatur, omnes attenti aſtant, quid ſibi velit hoc, audituri.

Audiamus itaque, quod ſit argumentum Edicti Perſici: Et cùm non ſit impium, quale illud erat Regis itidem Perſici Darij (ne quis intra dies 30. vel à Deo, vel ab homine quocunque petat, niſi ab vno Rege Dario Dan. 6.) ſed conforme legi Diuinæ, ideoque non dubitemus, quin hoc ipſum decretum ad nos quoque pertineat. Vt autem rectius intelligamus hanc hiſtoriam; nos 1. Occaſionem huius edicti. 2. Deinde eiuſdem argumentum. 3. Tum denique ad quos pertineat, breuiter videbimus.

I.

Quæ fuerit occaſio huius edicti, ex præcedentibus patet. Cum Rex Ahaſuerus ſolenne inſtituiſſet conuiuium in arce Suſan 180. diebus; & tandem omnem populum in vrbe Regia Suſan ad conuiuium vocaſſet: Regina Vaſthi æmula liberalitatis Regiæ ſimiliter inſtituit conuiuium pro mulieribus; haud dubie primariorum in aula Conſiliariorum & cæterorum nobilium vxoribus. Atqui cum eo tempore Rex Ahaſuerus ex vino hilarior, coniugem Reginam Vaſthi in conſpectu i pſius & Principum Regni comparere iuberet: (non quidem vt contempta erubeſceret, ſed vt ipſius forma elegans omni populo innoteſceret) & hoc nomine Proceres Imperij (vt coniugem Regio Diademate ornatam adducerent) ad Reginam ablegaret: ibi tum Vaſthi obedientiam detrectat, & ad Regem maritum venire pertinaciter renuit. Putat Vaſthi indecorum eſſe, vt in tanta populi frequentia appareat coram marito, & ſeſe omnibus ſpectandam exhibeat: nec etiam ab inuitatis ſuis fœminis diſcedere volebat, ne ea res authoritati eius apud fœminas præſentes aliquid derogaret: Ibi tum Rex furore accenſus, Proceribus

ribus Imperij confeſtim mandat, vt in medium cõſulant, quid de Vaſthi ſit ſtatuendum. Ibi præeunte Mamuchan concluditur, eſſe Vaſthi reginam publico decreto regio repudiandam, propterea, quod obedientiam marito præſtare recuſarit. Et quia hæc res ſit mali exempli, adeoque metus ſit, ne ad exemplum Reginæ omnes per totum regnum vxores porro obedientiam detrectent, eſſe id publico edicto cauendum. Placet hoc Regi, vt Vaſthi Regno deturbata, & in exilium miſſa, alia in eius locum melior ſubſtituatur: delictum etiam Vaſthi, & cauſa repudij publicis literis miſſis, omnibus innoteſcat. Idque mox effectui traditur.

L. Quid vxores debeant maritis, in ſecunda parte dicemus, vbi de ſum̃a & argumento edicti audiuerimus.

Nec diſputabimus prolixe, vtrum Rex prudenter & in tempore præſentiam Reginæ tantopere efflagitarit. Sufficiat enim nobis, quod intelligimus peccaſſe Reginam, detrectando imperium mariti. Ideoque pœnas luit grauiſſimas, & ſua culpa miſera fit.

1. Vnum hoc loco præcipue dolendum venit, quod non omnibus mulieribus noſtri ſeculi exemplum Vaſthi, triſtiſſimum ſane terrorem incuſſerit! communi experientia teſte. Etenim ſi hoc tempore eſſent repudiandæ vxores, quæ imperium maritorum detrectant, & iugum diuinitus impoſitum audacter excutiunt, bone Deus, quot viderentur ædes vxoribus vacuæ? quanta eſſet paſſim matrumfamilias raritas?

Neque vero eſt, quod gaudeant de caſſatione libelli repudij. Sciant enim ipſas a Deo, cuius ordinationem temere violarunt, repudiandas eſſe, niſi meliores fiant.

L. II. Raro formæ elegantiam ſingularem comitatur animi vera humilitas. Quæ enim ſe propter pulchritudinem alijs placere intelligunt, ſibiipſis omnium maxime placent. Parum cogitantes, quod externa corporis abſque interna cordis elegantia, nihilo pluris ſit facienda, quam ornatus Suis. Prou. 11. verſ. 22 Quod enim ibi

H 3 de

Digitized by Google

de pudicitia & verecundia muliebri Salomon dicit, id de aliijs etiam vitijs animi intelligi poteſt. Male igitur i. ſibi conſulunt, qui in matrimonijs præter formam nullas animi dotes ſpectare ſolent. Erat ſane Vaſthi formoſiſſima aſpectu, ſed propter ſuperbiam & faſtum omnino deformis eſt.

Quod ſi tantum duxiſti formoſam quoad externam faciem, quid fiet, vbi pulchritudo illius euanuit? Nec eſt quod cogites, nunquam hoc fieri poſſe. Etenim vnius & alterius diei febricula (vt cætera omnia taceam) deformare poteſt cuiuſuis venuſtiſſimæ faciem.

Prætereo lubens, quod dicitur: Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Dina Geneſ. 34. Thamar, 2. Sam. 13 verſic. 1.

2. Eſt quidem forma corporis elegans, donum Dei, nec contemnendum. Commendat enim nobis Scriptura Saram, Eſther, Rebeccam, Abigailem, Rachelem, &c. ab eleganti corporis forma. At hoc non eſt maximum & ſummum Dei donum. Et cadit in impias etiam: quod docet exemplum Vaſthi, & aliarum. Ideoque, niſi ad externam venuſtatem accedat etiam interna animi & morum elegantia, non magni facienda erit formoſa facies. Prou. 31. v. 29.

Quæ autem voluerit apparere formoſiſſima in oculis Dei & honeſtorum iuuenum, non ſtibio pingat genas, (quod Ieſabel feciſſe legitur, improbitatis nomine in Scripturis famoſiſſima, 2. Reg. 9. verſ. 30) ſed fide primum purificet cor (Act. 15. v. 9) & pingat animum atque exornet timore Domini. Prou. 31. v. 29. Nec conſilio ſpeculi gerat omnia; nec labra mouere, aut inſpecto vultum componere vitro; nec incedens humeros vibrare &c. diſcat: ſed conſilio ſpeculi verbi diuini, (hoc eſt Decalogi) diſcat componere omnes actiones ſuas ad nutum Dei, & greſſus ſuos dirigat iuxta præcepta Domini. Hæc ſi maxima ſit (Gen. 29 v. 17.) Lia deformis quoad vultum, tamen placebit Deo & hominibus magis, quam picta &

ſta & victa Iſabela, & æternam laudem reportabit, lucebitque ſicut ſplendor firmamenti.

II.

Videamus iam ſummam & argumentum Edicti Regij. Loquebatur Rex, inquit Textus, miſſis Epiſtolis, hoc eſt, mandabat Rex ſeueriſſime Quid illud? Eſſe viros DOMINOS in domibus ſuis. Non licet porro vlli mulieri obedientiam marito detrectare. & prætendere exemplum Vaſthi. Erat enim cauſa & occaſio huius Decreti literis haud dubie inſerta. Si autem inuenta fuerit rebellis & refractaria, poſſe illam ad exemplum Vaſthi domo eijci & deturbari.

Nec eſt dubium, quin hoc ſeueriſſimo mandato & exemplo triſtiſſimo repudiatæ Vaſthi, commotæ mulieres eius temporis, ſub iugum à maritis coactæ, patienter illud tulerint, ad tempus, vſque dum memoria huius mandati ex animis illorum elaberetur.

At licet multæ haud dubie fuerint Ahaſuero valde iniquæ, quæ illum perditum optarint, tamen non licebat hoc edictum violare, Iure Perſico mediante.

LOCVS. Scio plures ex fœminis, quæ ſtultitiam huius Regis accuſaturæ, dicent vel cogitabunt in cordibus ſuis: quorſum opus hoc edicto publico? An non maioribus fuit hic tantus Rex occupatus negotijs? vt mulieribus leges ſanciat? Pudeat tantum Regem circa hæc puerilia & ludicra occupari? Et ſtultum eſt, propter vnius vxoris inobedientiam (quę certe etiam tanti momenti nō erat) ad perpetuam totius ſexus infamiam, tale Edictum publicare. Hæc illæ & plura forſan. Et ſane ſi genus fœmininum vniuerſali Dei mandato acquieſceret, non opus fuiſſet mandatum hoc publicum facere. Quia vero illud difficulter impetrari poterat, poſtliminio reducendum erat illud Dei decretum.

Sciant itaque vxores, non eſſe hoc Ahaſueri Regis, ſed Dei Opt. Max. Domini dominantium decretum: vt

vir ſit Dominus in domo ſua. Id his verbis expreſſit Deus, dicens mulieri: Gen. 3. v. 16. Ipſe dominabitur tibi. Eadẽ eſt ſententia Pauli, Epheſ. 5. verſ. 22. Mulieres ſubditæ ſint viris, ſicut Domino. Et Petri, 1. Pet. 3. v. 1. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.

Et ſunt ſane cauſæ graues, ob quas non detrectare poſſunt imperium mariti. Hoc etiam Paulus non vult concedere. 1. Tim. 2. v. 12.

1. Deus enim ſubiecit illas. Idque propter peccatum, & non præter culpam illarum. Mulier enim ſeduxit virum. 1 Tim. 2. Non vir mulierem. Reſiſtit itaque Deo, quæ rebellat marito.

2. Fuiſſet etiam ante lapſum vir caput mulieris. Quia mulier ex viro, non vir ex muliere. Et primo cõditus vir, non mulier. 1. Cor. 11. Quamuis illud imperium mariti fuiſſet iucundiſſimum mulieri, ſi ſine peccato manſiſſent. Nunc vero cum ſubiectione aliqua coniunctum, videtur magis moleſtum eſſe, quam iucundum.

3. Debet marito vxor hanc ſubiectionem. Quia illa viciſſim à marito habet nõ victui tantum neceſſaria, ſed & honorem (coruſcat enim radijs mariti) & tutelam. Quę quanti æſtimanda ſint, patet ex Eſai. 3. in fine, vbi mulieres petunt, vt nomine mariti tantum vocentur.

4. Eſtque illis mariti imperium ſumme neceſſarium. Quemadmodum enim membra non poſſunt abſque capite viuere: ſic nec mulier abſque conſilio & auxilio viri. Eſt enim vas infirmum. 1. Pet. 3.

III.

Breuiter etiam notandum, ad quos pertineat hoc edictum Regis: & quouſque ſe extendat. Cogitare enim poſſet aliquis, tantum Ciuibus in Suſan Regia Ahaſueri hoc fuiſſe mandatum, quia hoc loco Mulieris inobedientia fuit deprehenſa. Atqui ſic habet locus. 1. Miſſas eſſe epiſtolas ad VNIVERSAS PROVINCIAS REGNI. Nec ſatis. 2. ſed ne gens aliqua aut prouin-

prouincia ignorantiam vel minimam póſſet prætendere additur, hoc effectui fuiſſe traditum, & diuulgatum mandatum inter OMNES. 3. Sed nec hoc ſufficit. Quia enim variis linguis vtebantur prouinciæ illæ latiſſime diffuſæ, poterant aliqui ſeſe excuſare, quod non intellexerint mandatum, ideoque & hoc præcaueri voluit Rex, hac ratione: vt iuxta linguam cuiuſque populi mandatum hoc ſcriberetur. Ideoque diuerſis linguis & characteribus erant ſcriptæ literæ, vt quæque genus poſſet legere. 4. At ſi non omnes ſciant legere? Additur, vt quæque genus legere ET AVDIRE poterat. Quæ legere neſciunt, audire tamen poſſunt & debent. Obligat igitur hæc lex omnes omnium prouinciarum ſubditas matronas.

L. I. Regnat quidem Rex Ahaſuerus ab India vſque Æthiopiam, hoc eſt, ab Oriente vſque ad Occidentem, ſuper centum & viginti ſeptem prouincias: ſed non tantum ab Æthiopia ad Indiam vis diuina mandati, verum ad omnes vbique Orbis terrarum angulos ſeſe extendit. Quod enim primæ mulieri dictum eſt, omnibus omnino dictum eſt: cum illa fuerit mater omnium viuentium. Et ſicut haud dubie omnes mariti tum argumentum Edicti Regii latius explicarunt: ita etiamnum hodie Mandatum Diuinum omnibus pro concione explicatur. Nec patitur hæc Regula vllam vllius fœminæ exceptionem. Si maxime illa digniori loco nata, ſi virum locupletarit, ſi prudens, ſi formoſa, &c. tamen vir ſit Dominus in domo ſua.

2. Quemadmodum autem piæ vxores patienter ferunt imperium maritorum, & ſeſe humiliant prompto animo; Ita viciſſim monendi mariti, ne latius extendant hoc mandatum diuinum, quam animus Legislatoris fert. Et notent illud Petri. 1. Pet. 3. verſ. 7. Ne audiantur gemitus & ſuſpiria mulierum. De hoc Mal. 2. verſ. 13. Deus autem grauiſſime iſtud vindicare decreuit. Qui enim ſubdit mulieres viris, is etiam per Apoſtolum præ-

H 5 cipit,

Digitized by Google

cipit, vt diligant eas viri, Epheſ 5. Et Chriſti filij exemplum ipſis ob oculos ſtatuit. Ibidem.

THEMA XXV.

Ex Eſther. c. 2. v. 17.

Ducta eſt [Eſther] *ad cubiculum Regis Aſſueri, menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno Regni eius. & adamauit Rex* [Eſther] *plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam & miſericordiam coram eo, ſuper omnes virgines, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam Reginam in loco Vaſthi. Et iuſſit conuiuium præparari permagnificum, cunctis Principibus & ſeruis ſuis, pro coniunctione & nuptijs Eſther.*

DISPOSITIO.

Magnus ſolet eſſe concurſus populi, ſi nuptiæ fiant, præſertim Principibus aut Illuſtribus viris: Et ſi modo liceat, plerique cupiunt tum proxime, aſtare, vt, quomodo ad thorum coniugalem deducatur ſponſa, ſpectare poſſint, &c. Cum tamen nihil inde ſentiant commodi, præterquam quod curioſitati ſatisfaciunt, aut oculos paſcunt. At hoc loco, ſpectatum admiſſis nobis, non tantum licet omnia penitiſſime, quæ circa Regis potentiſſimi nuptias fiunt, aſpicere: ſed & maximam inde vtilitatem percipere, ſi libet licet.

Hæc autem potiſſimum contemplari libet hoc loco, cum liceat.

1. Quomodo Eſther ad thalamum coniugalem deducta, vxor fiat Regis.
2. Quam impenſe à Rege fuerit dilecta.
3. Quomodo etiã coronata Reginæ priori ſucceſſerit.
4. Quale conuiuium nuptiale fuerit inſtitutum.

I.

Ex conſilio Principum Perſiæ, annuente Rege, paſ-

ſim

Digitized by Google

ſim per totum regnum conquiruntur virgines formoſiſſimæ, ex quibus vna, habito á Rege delectu, ſubſtituatur in locum Reginæ repudiatæ Vaſthi. In his etiam Eſther puella Iudæa, pulchra nimis & decora facie (v.7.) eligitur. Quæ mox vbi aſſumpta eſt in domum Regis, placuit Eunucho Egeo, cui cuſtodiendæ & ornandæ virgines erant traditæ Cumque (Deo ita diſponente) poſt completum tempus legitimum quod (pro more gentis) requirebatur ad ornatum illarum. adducta eſſet ad thalamum Aſſueri Regis, mox illam ipſe adamare cœpit, & vxorem ſuam fieri voluit

Licet enim etiam cæteras virgines, vt concubinas aluerit, non tamen illæ redibant ad regem, nec erat vxores primariæ, ſed in ſecundis ædibus aſſeruabantur: quod clare patet ex verſ. 14 Eſther autem vxorem ſibi vult retinere, præ alijs omnibus

L Difficulter ſperari poterat, Eſther ex omnibus virginibus ſolam deligendam Regi in vxorem, cum illa omnium haud dubie pauperrima, hoc etiam nomine afflictiſſima erat, quia ex Iudæis nata (gente Perſis inuiſa) & captiua puella fuerat

At Deus eſt, qui coniuges copulat Ideoque non eſt, vt quæquam virgo honeſta deſpondeat animum, propterea quod paupercula ſit, & derelicta ab aliis. Dominus enim ipſi Deum timenti certiſſime prouidebit de pio coniuge: vt Mariæ Luc. 1. Ruth. Ruth. 4 Liæ deformi Gen. 29. Saræ. Tob. 6.

Neque eſt, quod exiſtimet quæpiam forma perſtrinxit oculos aſſueri, vt non poſſet aliam plus amare. Etenim fuerunt etiam cæteræ formoſæ: & delectus haberi poterat virginum venuſtiſſimarum plus, quam in centum prouinciis: nec niſi ſpecioſæ ad ciuitatem Suſan deductæ ſunt, iuxta mandatum. ver. 3.

Neque etiam dicit Scriptura, quod fuerit formoſa præ cæteris; ſed quod præ cæteris inuenerit gratiam. Ideoque Deus facit illam placere Regi non formæ tantum

elegan-

elegantia. Et qui corporis venuſtatem largiri poteſt, is etiam fauorem conciliare poteſt neglectæ formæ virginibus Cum alioquin amor cæcus ſit. Quod ſi maxime non Regem maritum tibi dederit, cogites tamen, nihilo peius tecum agi. Quanto enim cum timore & tremore cohabitarit Regi, paret cap. 4. verſ. 11. & 12. & v. 16: Si periero. Et cap 7. v. 3 Dona mihi animam, &c. Ideoque iucundius viuitur cum paribus. Et certe melior eſt conditio ruſticarum matronarum, quàm Reginarum. Fœlices ſi ſua bona norint ruſticæ.

Et magna debet eſſe conſolatio pauperculis, quod cum neminem habeant, qui ipſis proſpiciat de coniugibus (quemadmodum Eſther vtroque parente orbata, præter vnum Mardochæum Tutorem, habebat patronum neminem, ſciant tamen, quod Deus ipſe optimus Maximus, pro ipſis & de matrimonio illarum ſit ſolicitus. Qui cum nullam occaſionem illas honeſte deſponſandi nec neſciat, nec negligat, etiam non poterit neque de negligentia, neque de infidelitate aut ſegnitie ſuſpectus eſſe. Dummodo nos ipſius voluntati permittamus, & tempus oportunum patienter in timore Domini exſpectemus. Neque enim ipſa Eſther prima die aut primo menſe, ſed poſt multorum menſium interuallum, à Rege Ahaſuero in vxorem aſſumpta fuit.

II.

Quod ſi vero Eſther prima die, vel menſibus primis adamata, at poſtmodum odio habita ab Ahaſuero & repudiata fuiſſet, non bene ipſi fuiſſet conſultum. Verum Textus innuit, illam non tantum cæco furore primitus adamatam, ſed Ahaſuerum conſtanti tmore ipſam fuiſſe proſequutum. Id volunt verba, INVENIT, vel (in Hebr.) TVLIT GRATIAM REGIS. Et vt impenſus amor intelligatur, quatuor vicibus repetitur idem, verbis ſemper mutatis.

1. Adamauit eam. 2. Inuenit gratiam. 3. Et miſericordiam

cordiam coram eo. 4 Et adamauit eam, PLVS QVAM OMNES MVLIERES. Inuenit gratiam & miſericordiam SVPER OMNES VIRGINES. His verbis ſingularis amor, & conſtans erga Eſther denotatur. Et id ipſum etiam à Deo eſt; qui Regi hunc amorem inſtillauit: vt ſic ſeruaret gentem Iſráeliticam per Eſther, &c. De quo cap. 7.

L. De amore coniugali merito dicitur ex hoc loco.

1. Is magnus eſt, & eſſe debet. Ideoque per comparationem à Dauide dicitur, 2. Sam. 1. verſ. 26. de Ionathan, quod amabilis fuerit ſuper amorem mulierũ. Maior eſt, quam parentum erga liberos: maior quam eorundem erga parentes. Ideo derelinquet homo patrem, Gen. 2. Maior quam ſanguine iunctorum quorumuis.

2. Vnde oritur? Non ex forma. Alioquin ceſſaret, vbi euanuit forma.

Non ex diuitijs. Quia alioquin pauperes nemo amaret. Sed ex Deo eſt, qui eſt charitas. 1. Ioan. 4.

Conſeruatur per Spiritum ſanctum in cordibus noſtris: ſi ipſum ardenter orauerimus.

3. Multum prodeſt hic amor vtrique coniugi. 1 Facit vt alter alterius vitia tegat, ferat, non odio habeat. 2. Facit, vt miſeriæ coniugum leniantur mutuo amore. 3. Preces ardentiores efficit, vt alter oret pro altero.

III.

Atqui ſi Eſther maxime adamata ab Ahaſuero fuiſſet, verum nihilominus ad ſecundam domum (v. 14.) introducta, ibique inter concubinas aſſeruata fuiſſet, non ſane tanta eſſet illius fœlicitas. Verum non concubina tantum eſſe debet: ſed vxor primaria. Dicitur enim factam Reginam LOCO VASTHI. Cæteræ quidem fuerunt etiam Regis vxores & concubinæ, ſed non erant Reginæ. Hæc vero Regina eſſe debet. Et in ſignum huius rei imponitur Diadema Regni capiti Reginæ ab ipſo

marito

marito Eſther, Rege & Monarcha potentiſſimo Quæ potuit maior gloria in hoc mundo contingere paupercu-læ, & captiuæ puellæ?

L. Quid igitur dicemus, niſi id Pſal. 11. Quis ſicut Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in terra? Suſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem: vt collocet cum principibus Et illud: Depoſuit potentes, & exaltauit humiles. Luc 1. v. 52. Et id; humilibus dat gratiam, 1. Pet. 5. Humilis erat Eſther, nec (cum illi integrum eſſet varium petere ornatum ad ſplendorem) quicquam petijt, ſed accepit humiliter, quicquid ipſi deſtinaſſet Egeus Regis Eunuchus & cuſtos mulierum Vide verſ. 15. cap. 2 Ideoque illam extulit Dominus: Humiliantur itaque omnes, quæcunque exaltari volunt. Valeat & hoc in deligendis ſponſis, apud mulieres, vt non tantum ſplendidiſſimos & ditiſſimos quærant: ſed paratæ ſint (exemplo Abigail. 1 Sam 25.) lauare pedes ſeruorum Et exaltabit illas ſuo tempore 1. Pet. 5. Quod ſi non imponatur illis in hac vita diadema regium, repoſita illis tamen eſt immarceſſibilis corona gloriæ: 2. Tim. 4.

L. II. Intelligit Ahaſuerus Rex, verum eſſe prouerbium, fruſtraneum eum eſſe amorem, ex quo nullum ſentias commodum **Lieb haben vnnd nicht genieſſen: das thut offt Leut verdrieſſen.** ideoque nili & honoris & bonorum faciat participem Eſther, non putat ſe officio ſuo ſatisfeciſſe Itaque fruſtra multi viri iactare ſolent coram ſuis, quantus ſit eorum amor erga coniuges: cum illæ nihil inde ſentiant commodi. Sunt enim mariti, quos piget vtilis laboris ſui participes facere vxores: Alij inuident illis, ſi ab alijs honos ipſis habeatur: cum illi ab vxoribus tantum coli, tantum adorari velint. Alij vero mariti ex alto deſpiciunt, & ad vtiliſſimas opera detrudunt coniuges; quib quod magno interim amore ipſorum fruantur, volunt perſuadere. Alij verbis quidem profitentur; quod diligant vxores, & de hoc apud exte-

ros

Digitized by Google

vos gloriantur: Interim viliſſimum terunc ium illis inuident, nec afficiuntur, ſi panem atrum ex heſterno iure vorent, & fame contabeſcant. Quod ſi ogganniant. Non ſum Aſſuerus, nec poſſum illam vt reginam tractare; Reſpondeo: Sed vir es. & caput vxoris haberi vis Ideo tuum erit membris tuis, ne pereant, prouidere. Tuum eſt, laborare, & domeſticos tuos (auxilio atque opera coniugis) curare Qui hoc non facit, cum poſſit, quouis infideli eſt deterior. 1. Tim. 5. v 8.

Si autem coniux moleſtiarum, afflictionum, &c. mariti particeps eſſe debet, cur non etiam honoribus, commodis, beneficijs, & bonis mariti frui debet? Amicorum omnia dicuntur communia, quanto magis coniugum.

III.

Ad lætas Eſtheræ ſuæ nuptias Ahaſuerus magnificum conuiuium apparari iubet, pro cunctis principibus & ſeruis Et dicitur hoc fuiſſe inſtitutum propter Eſther. Vt ſcilicet innoteſcat omnibus, illam ab Ahaſuero Rege in vxorem acceptam. Reginæ titulo porro gaudere, & ab omnibus loco Vaſthi pro Regina agnoſci atq; coli debere Hancque primariam eſſe Regis coniugem, quam plus cæteris diligat. Et ſequitur in textu, durantibus his nuptiis requiem datam fuiſſe omni populo, magnifica quoque fuiſſe diſtributa dona Magnam ex his nuptiis ortam lætitiam.

L. De conuiuijs nuptialibus ſæpius alias & paſſim.

1. Hoc vnum notandum breuiter hoc loco: Quod licet magnificentia illa nuptiarum noſtro tempore ad matrimonij confirmationem non ſit neceſſaria: tamen ſi ſit moderata, & cuiuſque conditioni conueniens, non eſſe damnandem. Honorabile enim coniugium in omnibus. Heb. 13.

2. Quod vero publicæ fiunt nuptiæ & cum ſolennitate celebrantur, id propterea fit, vt innoteſcat omnibus, coniuges legitime cohabitare.

3 Po-

de pudicitia & verecundia muliebri Salomon dicit, id de aliis etiam vitijs animi intelligi poteſt. Male igitur ſibi conſulunt, qui in matrimonijs præter formam nullas animi dotes ſpectare ſolent. Erat ſane Vaſthi formoſiſſima aſpectu, ſed propter ſuperbiam & faſtum omnino deformis eſt.

Quod ſi tantum duxiſti formoſam quoad externam faciem, quid fiet, vbi pulchritudo illius euanuit? Nec eſt quod cogites, nunquam hoc fieri poſſe. Etenim vnius & alterius diei febricula (vt cætera omnia taceam) deformare poteſt cuiuſuis venuſtiſſimæ faciem.

Prætereo lubens, quod dicitur: Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Dina Geneſ. 34. Thamar. 2. Sam. 13. verſic. 1.

2. Eſt quidem forma corporis elegans, donum Dei, nec contemnendum. Commendat enim nobis Scriptura Saram, Eſther, Rebeccam, Abigailem, Rachelem, &c. ab eleganti corporis forma. At hoc non eſt maximum & ſummum Dei donum. Et cadit in impias etiam: quod docet exemplum Vaſthi, & aliarum. Ideoque, niſi ad externam venuſtatem accedat etiam interna animi & morum elegantia, non magni facienda erit formoſa facies. Prou. 31. v. 29.

Quæ autem voluerit apparere formoſiſſima in oculis Dei & honeſtorum iuuenum, non ſtibio pingat genas, (quod Ieſabel feciſſe legitur, improbitatis nomine in Scripturis famoſiſſima, 2. Reg. 9. verſ. 30) ſed fide primum purificet cor (Act. 1. v. 9 & pingat animum atque exornet timore Domini. Prou. 31. v. 29. Nec conſilio ſpeculi gerat omnia; nec labra mouere, aut inſpecto vultum componere vitro; nec incedens humeros vibrare &c. diſcat: ſed conſilio ſpeculi verbi diuini, (hoc eſt Decalogi) diſcat componere omnes actiones ſuas ad nutum Dei, & greſſus ſuos dirigat iuxta præcepta Domini. Hæc ſi maxima ſit (Gen. 29. v. 17.) Lia deformis quoad vultum, tamen placebit Deo & hominibus magis, quam picta &

Digitized by Google

ﬆa & victa Iſabela, & æternam laudem reportabit, lucebitque ſicut ſplendor firmamenti.

II.

Videamus iam ſummam & argumentum Edicti Regij. Loquebatur Rex, inquit Textus, miſſis Epiſtolis, hoc eſt, mandabat Rex ſeueriſſime Quid illud? Eſſe viros DOMINOS in domibus ſuis. Non licet porro vlli mulieri obedieniiam marito detrectare. & prætendere exemplum Vaſthi. Erat enim cauſa & occaſio huius Decreti literis haud dubie inſerta. Si autem inuenta fuerit rebellis & refractaria, poſſe illam ad exemplum Vaſthi domo eijci & deturbari.

Nec eſt dubium, quin hoc ſeueriſſimo mandato & exemplo triſtiſſimo repudiatæ Vaſthi, commotæ mulieres eius temporis, ſub iugum à maritis coactæ, patienter illud tulerint, ad tempus, vſque dum memoria huius mandati ex animis illorum elaberetur.

At licet multæ haud dubie fuerint Ahaſuero valde iniquæ, quæ illum perditum optarint, tamen non licebat hoc edictum violare, Iure Perſico mediante.

LOCVS. Scio plures ex fœminis, quæ ſtultitiam huius Regis accuſaturæ, dicent vel cogitabunt in cordibus ſuis: quorſum opus hoc edicto publico? An non maioribus fuit hic tantus Rex occupatus negotijs? vt mulieribus leges ſanciat? Pudeat tantum Regem circa hæc puerilia & ludicra occupari? Et ſtultum eſt, propter vnius vxoris inobedientiam (quę certe etiam tanti momenti nō erat) ad perpetuam totius ſexus infamiam, tale Edictum publicare. Hæc illæ & plura forſan. Et ſane ſi genus fœmininum vniuerſali Dei mandato acquieſceret, non opus fuiſſet mundatum hoc publicum facere. Quia vero illud difficulter impetrari poterat, poſtliminio reducendum erat illud Dei decretum.

Sciant itaque vxores, non eſſe hoc Ahaſueri Regis, ſed Dei Opt. Max. Domini dominantium decretum: vt

vir ſit Dominus in domo ſua. Id his verbis expreſſit Deus, dicens mulieri: Gen. 3. v. 16. Ipſe dominabitur tibi. Eadē eſt ſententia Pauli, Epheſ. 5. verſ. 22. Mulieres ſubditæ ſint viris, ſicut Domino. Et Petri, 1. Pet. 3. v. 1. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.

Et ſunt ſane cauſæ graues, ob quas non detrectare poſſunt imperium mariti. Hoc etiam Paulus non vult concedere. 1. Tim. 2. v. 12.

1. Deus enim ſubiecit illas. Idque propter peccatum, & non præter culpam illarum. Mulier enim ſeduxit virum. 1 Tim. 2. Non vir mulierem. Reſiſtit itaque Deo, quæ rebellat marito.

2. Fuiſſet etiam ante lapſum vir caput mulieris. Quia mulier ex viro, non vir ex muliere. Et primo cōditus vir, non mulier. 1. Cor. 11. Quamuis illud imperium mariti fuiſſet iucundiſſimum mulieri, ſi ſine peccato manſiſſent. Nunc vero, cum ſubiectione aliqua coniunctum, videtur magis moleſtum eſſe, quam iucundum.

3. Debet marito vxor hanc ſubiectionem. Quia illa viciſſim à marito habet nō victui tantum neceſſaria, ſed & honorem (coruſcat enim radijs mariti) & tutelam. Quę quanti æſtimanda ſint, patet ex Eſai. 3. in fine, vbi mulieres petunt, vt nomine mariti tantum vocentur.

4. Eſtque illis mariti imperium ſumme neceſſarium. Quemadmodum enim membra non poſſunt abſque capite viuere: ſic nec mulier abſque conſilio & auxilio viri. Eſt enim vas infirmum. 1. Pet. 3.

III.

Breuiter etiam notandum, ad quos pertineat hoc edictum Regis: & quouſque ſe extendat. Cogitare enim poſſet aliquis, tantum Ciuibus in Suſan Regia Ahaſueri hoc fuiſſe mandatum, quia hoc loco Mulieris inobedientia fuit deprehenſa. Atqui ſic habet locus. 1. Miſſas eſſe epiſtolas ad VNIVERSAS PROVINCIAS REGNI. Nec ſatis. 2. ſed ne gens aliqua aut prouin-

Digitized by Google

prouincia ignorantiam vel minimam poſſet prætendere, additur, hoc effectui fuiſſe traditum, & diuulgatum mandatum inter OMNES. 3. Sed nec hoc ſufficit. Quia enim variis linguis vtebantur prouinciæ illæ latiſſime diffuſæ, poterant aliqui ſeſe excuſare, quod non intellexerint mandatum, ideoque & hoc præcaueri voluit Rex, hac ratione: vt iuxta linguam cuiuſque populi mandatum hoc ſcriberetur. Ideoque diuerſis linguis & characteribus erant ſcriptæ literæ, vt quæque genus poſſet legere. 4. At ſi non omnes ſciant legere? Additur, vt quæque genus legere ET AVDIRE poterat. Quæ legere neſciunt, audire tamen poſſunt & debent. Obligat igitur hæc lex omnes omnium prouinciarum ſubditas matronas.

L. I. Regnat quidem Rex Ahaſuerus ab India vſque Æthiopiam, hoc eſt, ab Oriente vſque ad Occidentem, ſuper centum & viginti ſeptem prouincias: ſed non tantum ab Æthiopia ad Indiam vis diuina mandati, verum ad omnes vbique Orbis terrarum angulos ſeſe extendit. Quod enim primæ mulieri dictum eſt, omnibus omnino dictum eſt: cum illa fuerit mater omnium viuentium. Et ſicut haud dubie omnes mariti tum argumentum Edicti Regii latius explicarunt: ita etiamnum hodie Mandatum Diuinum omnibus pro concione explicatur. Nec patitur hæc Regula vllam vllius fœminæ exceptionem. Si maxime illa digniori loco nata, ſi virum locupletarit, ſi prudens, ſi formoſa, &c. tamen vir ſit Dominus in domo ſua.

2. Quemadmodum autem piæ vxores patienter ferunt imperium maritorum, & ſeſe humiliant prompto animo: Ita viciſſim monendi mariti, ne latius extendant hoc mandatum diuinum, quam animus Legislatoris fert. Et notent illud Petri. 1. Pet. 3. verſ. 7. Ne audiantur gemitus & ſuſpiria mulierum. De hoc Mal. 2. verſ. 13. Deus autem grauiſſime iſtud vindicare decreuit. Qui enim ſubdit mulieres viris, is etiam per Apoſtolum præ-

Digitized by Google

cipit, vt diligant eas viri, Epheſ 5. Et Chriſti filij exemplum ipſis ob oculos ſtatuit. Ibidem.

THEMA XXV.

Ex Eſther. c. 2. v. 17.

Ducta eſt [Eſther] *ad cubiculum Regis Aſſueri, menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno Regni eius. & adamauit Rex* [Eſther] *plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam & miſericordiam coram eo, ſuper omnes virgines, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam Reginam in loco Vaſthi. Et iuſſit conuiuium præparari permagnificum, cunctis Principibus & ſeruis ſuis, pro coniunctione & nuptijs Eſther.*

DISPOSITIO.

Magnus ſolet eſſe concurſus populi, ſi nuptiæ fiant, præſertim Principibus aut Illuſtribus viris: Et ſi modo liceat, plerique cupiunt tum proxime aſtare, vt, quomodo ad thorum coniugalem deducatur ſponſa, ſpectare poſſint, &c. Cum tamen nihil inde ſentiant commodi, præterquam quod curioſitati ſatisfaciunt, aut oculos paſcunt. At hoc loco, ſpectatum admiſſis nobis, non tantum licet omnia penitiſſime, quæ circa Regis potentiſſimi nuptias fiunt, aſpicere: ſed & maximam inde vtilitatem percipere, ſi libet licet.

Hæc autem potiſſimum contemplari libet hoc loco, cum liceat.

1. Quomodo Eſther ad thalamum coniugalem deducta, vxor fiat Regis.
2. Quam impenſe à Rege fuerit dilecta.
3. Quomodo etiã coronata Reginæ priori ſucceſſerit.
4. Quale conuiuium nuptiale fuerit inſtitutum.

I.

Ex conſilio Principum Perſiæ, annuente Rege, paſſim

ſim per totum regnum conquiruntur virgines formoſiſſimæ, ex quibus vna, habito á Rege delectu, ſubſtituatur in locum Reginæ repudiatæ Vaſthi. In his etiam Eſther puella Iudæa, pulchra nimis & decora facie (v.7.) eligitur. Quæ mox vbi aſſumpta eſt in domum Regis, placuit Eunucho Egeo, cui cuſtodiendæ & ornandæ virgines erant traditæ Cumque (Deo ita diſponente) poſt completum tempus legitimum quod (pro more gentis) requirebatur ad ornatum illarum, adducta eſſet ad thalamum Aſſueri Regis, mox illam ipſe adamare cœpit, & vxorem ſuam fieri voluit

Licet enim etiam cæteras virgines, vt concubinas aluerit, non tamen illæ redibant ad regem, nec erat vxores primariæ, ſed in ſecundis ædibus aſſeruabantur: quod clare patet ex verſ. 14 Eſther autem vxorem ſibi vult retinere, præ alijs omnibus

L Difficulter ſperari poterat, Eſther ex omnibus virginibus ſolam deligendam Regi in vxorem, cum illa omnium haud dubie pauperrima, hoc etiam nomine afflictiſſima erat, quia ex Iudæis nata (gente Perſis inuiſa) & captiua puella fuerat

At Deus eſt, qui coniuges copulat Ideoque non eſt, vt quæquam virgo honeſta deſpondeat animum, propterea quod paupercula ſit, & derelicta ab aliis. Dominus enim ipſi Deum timenti certiſſime prouidebit de pio coniuge: vt Mariæ Luc. 1. Ruth. Ruth. 4 Liæ deformi Gen. 29. Saræ. Tob. 6.

Neque eſt, quod exiſtimet quæpiam forma perſtrinxit oculos aſſueri, vt non poſſet aliam plus amare. Etenim fuerunt etiam cæteræ formoſæ: & delectus haberi poterat virginum venuſtiſſimarum plus, quam in centum prouinciis: nec niſi ſpecioſæ ad ciuitatem Suſan deductæ ſunt, iuxta mandatum. ver. 3

Neque etiam dicit Scriptura, quod fuerit formoſa præ cæteris; ſed quod præ cæteris inuenerit gratiam. Ideoque Deus facit illam placere Regi non formæ tantum

elegan-

elegantia. Et qui corporis venuſtatem largiri poteſt, is etiam fauorem conciliare poteſt neglectæ formæ virginibus. Cum alioquin amor cæcus ſit. Quod ſi maxime non Regem maritum tibi dederit, cogites tamen, nihilo peius tecum agi. Quanto enim cum timore & tremore cohabitarit Regi, paret cap. 4. verſ. 11. & 12. & v. 16: Si perier o. Et cap. 7. v. 3 Dona mihi animam, &c. Ideoque iucundius viuitur cum paribus. Et certe melior eſt conditio ruſticarum matronarum, quàm Reginarum. Fœlices ſi ſua bona norint ruſticæ.

Et magna debet eſſe conſolatio pauperculis, quod cum neminem habeant, qui ipſis proſpiciat de coniugibus (quemadmodum Eſther vtroque parente orbata, præter vnum Mardochæum Tutorem, habebat patronum neminem, ſciant tamen, quod Deus ipſe optimus Maximus, pro ipſis & de matrimonio illarum ſit ſolicitus. Qui cum nullam occaſionem illas honeſte deſponſandi nec neſciat, nec negligat, etiam non poterit neque de negligentia, neque de infidelitate aut ſegnitie ſuſpectus eſſe. Dummodo nos ipſius voluntati permittamus, & tempus oportunum patienter in timore Domini exſpectemus. Neque enim ipſa Eſther prima die aut primo menſe, ſed poſt multorum menſium interuallum, à Rege Ahaſuero in vxorem aſſumpta fuit.

II.

Quod ſi vero Eſther prima die, vel menſibus primis adamata, at poſtmodum odio habita ab Ahaſuero & repudiata fuiſſet, non bene ipſi fuiſſet conſultum. Verum Textus innuit, illam non tantum cæco furore primitus adamatam, ſed Ahaſuerum conſtanti tmore ipſam fuiſſe proſequutum. Id volunt verba, INVENIT, vel (in Hebr.) TVLIT GRATIAM REGIS. Et vt impenſus amor intelligatur, quatuor vicibus repetitur idem, verbis ſemper mutatis.

1. Adamauit eam. 2. Inuenit gratiam. 3. Et miſericordiam

cordiam coram eo. 4 Et adamauit eam, PLVS QVAM OMNES MVLIERES. Inuenit gratiam & miſericordiam SVPER OMNES VIRGINES. His verbis ſingularis amor, & conſtans erga Eſther denotatur. Et id ipſum etiam à Deo eſt;] qui Regi hunc amorem inſtillauit: vt ſic ſeruaret gentem Iſraeliticam per Eſther, &c. De quo cap. 7.

L. De amore coniugali merito dicitur ex hoc loco.

1. Is magnus eſt, & eſſe debet. Ideoque per compa ationem à Dauide dicitur, 2. Sam. 1. verſ. 26. de Ionathan, quod amabilis fuerit ſuper amorem mulierũ. Maior eſt, quam parentum erga liberos: maior quam eorundem erga parentes. Ideo derelinquet homo patrem, Gen. 2. Maior quam ſanguine iunctorum quorumuis.

2. Vnde oritur? Non ex forma. Alioquin ceſſaret, vbi euanuit forma.

Non ex diuitijs. Quia alioquin pauperes nemo amaret. Sed ex Deo eſt, qui eſt charitas. 1. Ioan. 4.

Conſeruatur per Spiritum ſanctum in cordibus noſtris: ſi ipſum ardenter orauerimus.

3. Multum prodeſt hic amor vtrique coniugi. 1 Facit vt alter alterius vitia tegat, ferat, non odio habeat. 2. Facit, vt miſeriæ coniugum leniantur mutuo amore. 3. Preces ardentiores efficit, vt alter oret pro altero.

III.

Atqui ſi Eſther maxime adamata ab Ahaſuero fuiſſet, verum nihilominus ad ſecundam domum (v. 14.) introducta, ibique inter concubinas aſſeruata fuiſſet, non ſane tanta eſſet illius fœlicitas. Verum non concubina tantum eſſe debet: ſed vxor primaria. Dicitur enim factam Reginam LOCO VASTHI. Cæteræ quidem fuerunt etiam Regis vxores & concubinæ, ſed non erant Reginæ. Hæc vero Regina eſſe debet. Et in ſignum huius rei imponitur Diadema Regni capiti Reginæ ab ipſo marito

gij promulgati à Monarcha Perſico. Quando autem tale aliquod edictum, rem arduam præſertim continens, nouo quodam exemplo apud nos promulgatur, omnes attenti aſtant, quid ſibi velit hoc, audituri.

Audiamus itaque, quod ſit argumentum Edicti Perſici: Et cùm non ſit impium, quale illud erat Regis itidem Perſici Darij (ne quis intra dies 30. vel à Deo, vel ab homine quocunque petat, niſi ab vno Rege Dario Dan. 6.) ſed conforme legi Diuinæ, ideoque non dubitemus, quin hoc ipſum decretum ad nos quoque pertineat. Vt autem rectius intelligamus hanc hiſtoriam, nos 1. Occaſionem huius edicti. 2. Deinde eiusdem argumentum. 3. Tum denique ad quos pertineat, breuiter videbimus.

I.

Quæ fuerit occaſio huius edicti, ex præcedentibus patet. Cum Rex Ahaſuerus ſolenne inſtituiſſet conuiuium in arce Suſan 180. diebus, & tandem omnem populum in vrbe Regia Suſan ad conuiuium vocaſſet: Regina Vaſthi æmula liberalitatis Regiæ ſimiliter inſtituit conuiuium pro mulieribus, haud dubie primariorum in aula Conſiliariorum & cæterorum nobilium vxoribus. Atqui cum eo tempore Rex Ahaſuerus ex vino hilarior, coniugem Reginam Vaſthi in conſpectui pſius & Principum Regni comparere iuberet: (non quidem vt contempta erubeſceret, ſed vt ipſius forma elegans omni populo innoteſceret) & hoc nomine Proceres Imperij (vt coniugem Regio Diademate ornatam adducerent) ad Reginam ablegaret: ibi tum Vaſthi obedientiam detrectat, & ad Regem maritum venire pertinaciter renuit. Putat Vaſthi indecorum eſſe, vt in tanta populi frequentia appareat coram marito, & ſeſe omnibus ſpectandam exhibeat: nec etiam ab inuitatis ſuis fœminis diſcedere volebat, ne ea res authoritati eius apud fœminas præſentes aliquid derogaret: Ibi tum Rex furore accenſus, Procetibus

ribus Imperij confeſtim mandat, vt in medium cōſulant, quid de Vaſthi ſit ſtatuendum. Ibi præeunte Mamuchan concluditur, eſſe Vaſthi reginam publico decreto regio repudiandam, propterea, quod obedientiam marito præſtare recuſarit. Et quia hæc res ſit mali exempli, adeoque metus ſit, ne ad exemplum Reginæ omnes per totum regnum vxores porro obedientiam detrectent, eſſe id publico edicto cauendum. Placet hoc Regi, vt Vaſthi Regno deturbata, & in exilium miſſa, alia in eius locum melior ſubſtituatur: delictum etiam Vaſthi, & cauſa repudij publicis literis miſſis, omnibus innoteſcat. Idque mox effectui traditur.

L. Quid vxores debeant maritis, in ſecunda parte dicemus, vbi de ſuma & argumento edicti audiuerimus.

Nec diſputabimus prolixe, vtrum Rex prudenter & in tempore præſentiam Reginæ tantopere efflagitarit. Sufficiat enim nobis, quod intelligimus peccaſſe Reginam, detrectando imperium mariti. Ideoque pœnas luit grauiſſimas, & ſua culpa miſera fit.

I. Vnum hoc loco præcipue dolendum venit, quod non omnibus mulieribus noſtri ſeculi exemplum Vaſthi, triſtiſſimum ſane terrorem incuſſerit! communi experientia teſte. Etenim ſi hoc tempore eſſent repudiandæ vxores, quæ imperium maritorum detrectant, & iugum diuinitus impoſitum audacter excutiunt, bone Deus, quot viderentur ædes vxoribus vacuæ? quanta eſſet paſſim matrumfamilias raritas?

Neque vero eſt, quod gaudeant de caſſatione libelli repudij. Sciant enim ipſas a Deo, cuius ordinationem temere violarunt, repudiandas eſſe, niſi meliores fiant.

L. II. Raro formæ elegantiam ſingularem comitatur animi vera humilitas. Quæ enim ſe propter pulchritudinem alijs placere intelligunt, ſibiipſis omnium maxime placent. Parum cogitantes, quod externa corporis abſque interna cordis elegantia, nihilo pluris ſit facienda, quam ornatus Suis. Prou. 11. verſ. 22 Quod enim ibi

de pudicitia & verecundia muliebri Salomon dicit, id de alijs etiam vitijs animi intelligi poteſt. Male igitur 1. ſibi conſulunt, qui in matrimonijs præter formam nullas animi dotes ſpectare ſolent. Erat ſane Vaſthi formoſiſſima aſpectu, ſed propter ſuperbiam & faſtum omnino deformis eſt.

Quod ſi tantum duxiſti formoſam quoad externam faciem, quid fiet, vbi pulchritudo illius euanuit? Nec eſt quod cogites, nunquam hoc fieri poſſe. Etenim vnius & alterius diei febricula (vt cætera omnia taceam) deformare poteſt cuiuſuis venuſtiſſimæ faciem.

Prætereo lubens, quod dicitur: Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Dina Geneſ. 34. Thamar. 2. Sam. 13. verſic. 1.

2. Eſt quidem forma corporis elegans, donum Dei, nec contemnendum. Commendat enim nobis Scriptura Saram, Eſther, Rebeccam, Abigailem, Rachelem, &c. ab eleganti corporis forma. At hoc non eſt maximum & ſummum Dei donum. Et cadit in impias etiam: quod docet exemplum Vaſthi, & aliarum. Ideoque, niſi ad externam venuſtatem accedat etiam interna animi & morum elegantia, non magni facienda erit formoſa facies. Prou. 31. v. 29.

Quæ autem voluerit apparere formoſiſſima in oculis Dei & honeſtorum iuuenum, non ſtibio pingat genas, (quod Ieſabel feciſſe legitur, improbitatis nomine in Scripturis famoſiſſima, 2. Reg. 9. verſ. 30) ſed fide primum purificet cor (Act. 1 . v. 9 & pingat animum atque exornet timore Domini. Prou. 31. v. 29. Nec conſilio ſpeculi gerat omnia; nec labra mouere, aut inſpecto vultum componere vitro; nec incedens humeros vibrare &c. diſcat: ſed conſilio ſpeculi verbi diuini, (hoc eſt Decalogi) diſcat componere omnes actiones ſuas ad nutum Dei, & greſſus ſuos dirigat iuxta præcepta Domini. Hæc ſi maxima ſit (Gen. 29 v. 17.) Lia deformis quoad vultum, tamen placebit Deo & hominibus magis, quam picta &

ſta & victa Iſabela, & æternam laudem reportabit, lucebitque ſicut ſplendor firmamenti.

II.

Videamus iam ſummam & argumentum Edicti Regij. Loquebatur Rex, inquit Textus, miſſis Epiſtolis, hoc eſt, mandabat Rex ſeueriſſime Quid illud? Eſſe viros DOMINOS in domibus ſuis. Non licet porro vlli mulieri obedieniiam marito detrectare, & prætendere exemplum Vaſthi. Erat enim cauſa & occaſio huius Decreti literis haud dubie inſerta. Si autem inuenta fuerit rebellis & refractaria, poſſe illam ad exemplum Vaſthi domo eijci & deturbari.

Nec eſt dubium, quin hoc ſeueriſſimo mandato & exemplo triſtiſſimo repudiatæ Vaſthi, commotæ mulieres eius temporis, ſub iugum à maritis coactæ, patienter illud tulerint, ad tempus, vſque dum memoria huius mandati ex animis illorum elaberetur.

At licet multæ haud dubie fuerint Ahaſuero valde iniquæ, quæ illum perditum optarint, tamen non licebat hoc edictum violare, Iure Perſico mediante.

LOCVS. Scio plures ex fœminis, quæ ſtultitiam huius Regis accuſaturæ, dicent vel cogitabunt in cordibus ſuis: quorſum opus hoc edicto publico? An non maioribus fuit hic tantus Rex occupatus negotijs? vt mulieribus leges ſanciat? Pudeat tantum Regem circa hæc puerilia & ludicra occupari? Et ſtultum eſt, propter vnius vxoris inobedientiam (quę certe etiam tanti momenti nō erat) ad perpetuam totius ſexus infamiam, tale Edictum publicare. Hæc illæ & plura forſan. Et ſane ſi genus fœmininum vniuerſali Dei mandato acquieſceret, non opus fuiſſet mundatum hoc publicum facere. Quia vero illud difficulter impetrari poterat, poſtliminio reducendum erat illud Dei decretum.

Sciant itaque vxores, non eſſe hoc Ahaſueri Regis, ſed Dei Opt. Max. Domini dominantium decretum: vt

prouincia ignorantiam vel minimam poſſet prætendere, additur, hoc effectui fuiſſe traditum, & diuulgatum mandatum inter OMNES. 3. Sed nec hoc ſufficit. Quia enim variis linguis vtebantur prouinciæ illæ latiſſime diffuſæ, poterant aliqui ſeſe excuſare, quod non intellexerint mandatum, ideoque & hoc præcaueri voluit Rex, hac ratione: vt iuxta linguam cuiuſque populi mandatum hoc ſcriberetur. Ideoque diuerſis linguis & characteribus erant ſcriptæ literæ, vt quæque genus poſſet legere. 4. At ſi non omnes ſciant legere? Additur, vt quæque genus legere ET AVDIRE poterat. Quæ legere neſciunt, audire tamen poſſunt & debent. Obligat igitur hæc lex omnes omnium prouinciarum ſubditas matronas.

L. I. Regnat quidem Rex Ahaſuerus ab India vſque Æthiopiam, hoc eſt, ab Oriente vſque ad Occidentem, ſuper centum & viginti ſeptem prouincias: ſed non tantum ab Æthiopia ad Indiam vis diuina mandati, verum ad omnes vbique Orbis terrarum angulos ſeſe extendit. Quod enim primæ mulieri dictum eſt, omnibus omnino dictum eſt: cum illa fuerit mater omnium viuentium. Et ſicut haud dubie omnes mariti tum argumentum Edicti Regii latius explicarunt: ita etiamnum hodie Mandatum Diuinum omnibus pro concione explicatur. Nec patitur hæc Regula vllam vllius fœminæ exceptionem. Si maxime illa digniori loco nata, ſi virum locupletarit, ſi prudens, ſi formoſa, &c. tamen vir ſit Dominus in domo ſua.

2. Quemadmodum autem piæ vxores patienter ferunt imperium maritorum, & ſeſe humiliant prompto animo: Ita viciſſim monendi mariti, ne latius extendant hoc mandatum diuinum, quam animus Legislatoris fert. Et notent illud Petri. 1. Pet. 3. verſ. 7. Ne audiantur gemitus & ſuſpiria mulierum. De hoc Mal. 2. verſ. 13. Deus autem grauiſſime iſtud vindicare decreuit. Qui enim ſubdit mulieres viris, is etiam per Apoſtolum præ-

cipit, vt diligant eas viri, Epheſ 5. Et Chriſti filij exemplum ipſis ob oculos ſtatuit. Ibidem.

THEMA XXV.

Ex Eſther. c. 2. v. 17.

Ducta eſt [Eſther] *ad cubiculum Regis Aſſueri, menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno Regni eius. & adamauit Rex* [Eſther] *plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam & miſericordiam coram eo, ſuper omnes virgines, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam Reginam in loco Vaſthi. Et iuſſit conuiuium præparari permagnificum, cunctis Principibus & ſeruis ſuis, pro coniunctione & nuptijs Eſther.*

DISPOSITIO.

Magnus ſolet eſſe concurſus populi, ſi nuptiæ fiant, præſertim Principibus aut Illuſtribus viris: Et ſi modo liceat, plerique cupiunt tum proxime, aſtare, vt, quomodo ad thorum coniugalem deducatur ſponſa, ſpectare poſſint, &c. Cum tamen nihil inde ſentiant commodi, præterquam quod curioſitati ſatisfaciunt, aut oculos paſcunt. At hoc loco, ſpectatum admiſſis nobis, non tantum licet omnia penitiſſime, quæ circa Regis potentiſſimi nuptias fiunt, aſpicere: ſed & maximam inde vtilitatem percipere, ſi libet licet.

Hæc autem potiſſimum contemplari libet hoc loco, cum liceat.

1. Quomodo Eſther ad thalamum coniugalem deducta, vxor fiat Regis.
2. Quam impenſe à Rege fuerit dilecta.
3. Quomodo etiã coronata Reginæ priori ſucceſſerit.
4. Quale conuiuium nuptiale fuerit inſtitutum.

I.

Ex conſilio Principum Perſiæ, annuente Rege, paſſim

ſim per totum regnum conquiruntur virgines formoſiſſimæ, ex quibus vna, habito à Rege delectu, ſubſtituatur in locum Reginæ repudiatæ Vaſthi. In his etiam Eſther puella Iudæa, pulchra nimis & decora facie (v. 7.) eligitur. Quæ mox vbi aſſumpta eſt in domum Regis, placuit Eunucho Egeo, cui cuſtodiendæ & ornandæ virgines erant traditæ. Cumque (Deo ita diſponente) poſt completum tempus legitimum quod (pro more gentis) requirebatur ad ornatum illarum, adducta eſſet ad thalamum Aſſueri Regis, mox illam ipſe adamare cœpit, & vxorem ſuam fieri voluit.

Licet enim etiam cæteras virgines, vt concubinas aluerit, non tamen illæ redibant ad regem, nec erat vxores primariæ, ſed in ſecundis ædibus aſſeruabantur: quod clare patet ex verſ. 14. Eſther autem vxorem ſibi vult retinere, præ alijs omnibus.

L Difficulter ſperari poterat, Eſther ex omnibus virginibus ſolam deligendam Regi in vxorem, cum illa omnium haud dubie pauperrima, hoc etiam nomine afflictiſſima erat, quia ex Iudæis nata (gente Perſis inuiſa) & captiua puella fuerat.

At Deus eſt, qui coniuges copulat. Ideoque non eſt, vt quæquam virgo honeſta deſpondeat animum, propterea quod paupercula ſit, & derelicta ab aliis. Dominus enim ipſi Deum timenti certiſſime prouidebit de pio coniuge: vt Mariæ Luc. 1. Ruth. Ruth. 4. Liæ deformi Gen. 29. Saræ. Tob. 6.

Neque eſt, quod exiſtimet quæpiam forma perſtrinxit oculos aſſueri, vt non poſſet aliam plus amare. Etenim fuerunt etiam cæteræ formoſæ: & delectus haberi poterat virginum venuſtiſſimarum plus, quam in centum prouinciis: nec niſi ſpecioſæ ad ciuitatem Suſan deductæ ſunt, iuxta mandatum. ver. 3.

Neque etiam dicit Scriptura, quod fuerit formoſa præ cæteris; ſed quod præ cæteris inuenerit gratiam. Ideoque Deus facit illam placere Regi non formæ tantum

elegan-

Digitized by Google

elegantia. Et qui corporis venuſtatem largiri poteſt, is etiam fauorem conciliare poteſt neglectæ formæ virginibus. Cum alioquin amor cæcus ſit. Quod ſi maxime non Regem maritum tibi dederit, cogites tamen, nihilo peius tecum agi. Quanto enim cum timore & tremore cohabitarit Regi, patet cap. 4. verſ. 11. & 12. & v. 16: Si periero. Et cap. 7. v. 3 Dona mihi animam, &c. Ideoque iucundius viuitur cum paribus. Et certe melior eſt conditio ruſticarum matronarum, quàm Reginarum. Fœlices ſi ſua bona norint ruſticæ.

Et magna debet eſſe conſolatio pauperculis, quod cum neminem habeant, qui ipſis proſpiciat de coniugibus (quemadmodum Eſther vtroque parente orbata, præter vnum Mardochæum Tutorem, habebat patronum neminem, ſciant tamen, quod Deus ipſe optimus Maximus, pro ipſis & de matrimonio illarum ſit ſolicitus. Qui cum nullam occaſionem illas honeſte deſponſandi nec neſciat, nec negligat, etiam non poterit neque de negligentia, neque de infidelitate aut ſegnitie ſuſpectus eſſe. Dummodo nos ipſius voluntati permittamus, & tempus oportunum patienter in timore Domini exſpectemus. Neque enim ipſa Eſther prima die aut primo menſe, ſed poſt multorum menſium interuallum, à Rege Ahaſuero in vxorem aſſumpta fuit.

II.

Quod ſi vero Eſther prima die, vel menſibus primis adamata, at poſtmodum odio habita ab Ahaſuero & repudiata fuiſſet, non bene ipſi fuiſſet conſultum. Verum Textus innuit, illam non tantum cæco furore primitus adamatam, ſed Ahaſuerum conſtanti amore ipſam fuiſſe proſequutum. Id volunt verba, INVENIT, vel (in Hebr.) TVLIT GRATIAM REGIS. Et vt impenſus amor intelligatur, quatuor vicibus repetitur idem, verbis ſemper mutatis.

1. Adamauit eam. 2. Inuenit gratiam. 3. Et miſericordiam

cordiam coram eo. 4 Et adamauit eam, PLVS QVAM OMNES MVLIERES. Inuenit gratiam & miſericordiam SVPER OMNES VIRGINES. His verbis ſingularis amor, & conſtans erga Eſther denotatur. Et id ipſum etiam à Deo eſt; qui Regi hunc amorem inſtillauit: vt ſic ſeruaret gentem Iſraëliticam per Eſther, &c. De quo cap. 7.

L. De amore coniugali merito dicitur ex hoc loco.

1. Is magnus eſt, & eſſe debet. Ideoque per comparationem à Dauide dicitur, 2. Sam. 1. verſ. 26. de Ionathan, quod amabilis fuerit ſuper amorem mulierũ. Maior eſt, quam parentum erga liberos: maior quam eorundem erga parentes. Ideo derelinquet homo patrem, Gen. 2. Maior quam ſanguine iunctorum quorumuis.

2. Vnde oritur? Non ex forma. Alioquin ceſſaret, vbi euanuit forma.

Non ex diuitijs. Quia alioquin pauperes nemo amaret. Sed ex Deo eſt, qui eſt charitas. 1. Ioan. 4.

Conſeruatur per Spiritum ſanctum in cordibus noſtris: ſi ipſum ardenter orauerimus.

3. Multum prodeſt hic amor vtrique coniugi. 1 Facit vt alter alterius vitia tegat, ferat, non odio habeat. 2. Facit, vt miſeriæ coniugum leniantur mutuo amore. 3. Preces ardentiores efficit, vt alter oret pro altero.

III.

Atqui ſi Eſther maxime adamata ab Ahaſuero fuiſſet, verum nihilominus ad ſecundam domum (v. 14.) introducta, ibique inter concubinas aſſeruata fuiſſet, non ſane tanta eſſet illius fœlicitas. Verum non concubina tantum eſſe debet: ſed vxor primaria. Dicitur enim factam Reginam LOCO VASTHI. Cæteræ quidem fuerunt etiam Regis vxores & concubinæ, ſed non erant Reginæ. Hæc vero Regina eſſe debet. Et in ſignum huius rei imponitur Diadema Regni capiti Reginæ ab ipſo

marito

Digitized by Google

ros gloriantur: Interim viliſſimum terunt:ium illis inuident, nec afficiuntur, ſi panem atrum ex heſterno iure vorent, & fame contabeſcant. Quod ſi ogganniant. Non ſum Aſſuerus, nec poſſum illam vt reginam tractare; Reſpondeo: Sed vir es. & caput vxoris haberi vis. Ideo tuum erit membris tuis, ne pereant, prouidere. Tuum eſt, laborare, & domeſticos tuos (auxilio atque opera coniugis) curare. Qui hoc non facit, cum poſſit, quouis infideli eſt deterior. 1. Tim. 5. v. 8.

Si autem coniux moleſtiarum, afflictionum, &c. mariti particeps eſſe debet, cur non etiam honoribus, commodis, beneficijs, & bonis mariti frui debet? Amicorum omnia dicuntur communia, quanto magis coniugum.

III.

Ad lætas Eſtheræ ſuæ nuptias Ahaſuerus magnificum conuiuium apparari iubet, pro cunctis principibus & ſeruis. Et dicitur hoc fuiſſe inſtitutum propter Eſther. Vt ſcilicet innoteſcat omnibus, illam ab Ahaſuero Rege in vxorem acceptam. Reginæ titulo porro gaudere, & ab omnibus loco Vaſthi pro Regina agnoſcit atq; coli debere. Hancque primariam eſſe Regis coniugem, quam plus cæteris diligat. Et ſequitur in textu, durantibus his nuptiis requiem datam fuiſſe omni populo, magnifica quoque fuiſſe diſtributa dona. Magnam ex his nuptiis ortam lætitiam.

L. De conuiuijs nuptialibus ſæpius alias & paſſim.

1. Hoc vnum notandum breuiter hoc loco: Quod licet magnificentia illa nuptiarum noſtro tempore ad matrimonij confirmationem non ſit neceſſaria: tamen ſi ſit moderata, & cuiuſque conditioni conueniens, non eſſe damnandem. Honorabile enim coniugium in omnibus. Heb. 13.

2. Quod vero publicæ fiunt nuptiæ & cum ſolennitate celebrantur, id propterea fit, vt innoteſcat omnibus, coniuges legitime cohabitare.

3 Po-

3. Poteſt tandem idipſum etiam facere ad conſolationem coniugum in variis ærumnis, vt cum nuptiarum ſolennium recordentur, erigant ſeipſos, DEVM ipſos copulaſſe, quia matrimonium illorum publica ſolennitate, & legitima vſitataque ordinatione ſit confirmatum in Eccleſia, adhibitis multis piorum precibus apud Deum haudquaquam irritis.

THEMA XXVI.

Ex Pſalm 127.

Canticum graduum Salomonis.

Verſ. 1. *Niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam.*

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

2. *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris: Cum det dilectis ſuis in ſomnis.*

3. *Ecce hæreditas Domini, filij: merces (eſt) fructus ventris.*

4. *Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij adoleſcentes.*

5. *Beatus vir qui impleuit pharetram ſuam ex ipſis: non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta.*

DISPOSITIO.

Optime quadrat hic Pſalmus ſolennitati nuptiarum. Cum hæc potiſſima cura ſit eorum, qui coniuges fieri volunt, (præſertim cum maturioris ætatis & iudicij ſunt,) vnde ſcilicet victum pro ſe & coniuge atq; familia comparare poſſint. Inprimis hoc multos ſolicitos tenet;

tenet, quomodo ſi liberi ipſis naſcantur, inprimis vero ſi numeroſa proles illis contigerit, quo pacto velint aut poſſint ijs prouidere. Et certe hæc nimium anxia cura plurimos à ducendis vxoribus abſterret. Pſaltes igitur Regius, Salomon videlicet (qui vt ex inſcriptione patet, huius carminis author eſt) hanc nobis ſolicitudinem ex animis noſtris eximere volens, docet.

1. Nos de victu & cæteris ad Oeconomiam pertinentibus non vltra, quam par eſt, ſolicitos eſſe debere.

2. Neque etiam ſi liberi nobis nati fuerint, illos rei familiari noſtræ fore damnoſos.

I. *Pars.*

Quia vel tantum ſuæ Oeconomiæ præſunt, qui coniuges fiunt, vel præter priuatam familiam ſuam, etiam Reipublicę præficiuntur, ideoque eleganter Salomon de vtriſque tractat, vt ſciant, quomodo res ſuas inſtituere debeant.

1 Et primum quidem de ijs tractat, qui ædificant domum. Eſt hæc Phraſis Scripturæ vſitata, & non tantum de ædium ſtructura & ædificijs intelligenda; ſed hoc eſt ædificare domum, omnia ea, quæ ad Oeconomiam pertinent, curare & prouehere. Patet ex Ier. 22. cap. v. 13. vbi dicitur domus ædificari iniuſtitia, id eſt, iniuſte parari ea, quæ ad rem familiarem pertinent.

Et Ierem. 42. v. 10. Si manſeritis, ædificabo vos, & non deſtruam. Plantabo & non euellam. Id eſt: Prouidebo vobis, de omnibus vitæ neceſſarijs.

Pſal. 102. Dominus ædificare debet Zion: id eſt, prouidere ſuis, vt poſſint in patria ſua viuere trãquille in pace. Prou. 14 liquido patet, quid ſit ædificare domum: Mulier prudens eam ædificare dicatur. Quod quomodo intelligendum ſit, ex Prou. 31. c. (de diligenti cura mulieris prolixe diſſerente) manifeſtum eſſe poteſt.

Et clarius ex Prou. 24. verſ. 3. ſapientia ædificatur domus, vbi mox v. ſeq. dicitur, IN SCIENTIA REPLEBVNTVR

BVNTVR CELLARIA. Quod eleganter expreſſit Lutherus: Durch ordentlich Hauſzhalten.

2. De his etiam tractat, qui cuſtodiunt ciuitatem, hoc eſt, qui ſedent ad gubernacula Reipublicæ. Et hoc nomine vigilant merito pro patria & Republica. Deſumpta eſt Metaphora à vigilibus, qui poſſunt vigili cura de ciuitate bene mereri, quod ipſe etiam Dominus Ezechiel. 33. innuit. His duplex incumbit cura, altera rei familiaris cauſa, altera propter bonum publicum.

2. De vtriſque pronunciat Salomon, fruſtra illos laborare, fruſtra illos vigilare.

Et tertio repetit. Vanum eſt ſurgere ante lucem.

Quomodo fruſtra? Quare in vanum laboramus? Cum tamen iuſſerit nos Dominus laborare, & in ſudore veſci pane noſtro.

Hoc itaque replicant verba: Niſi Dominus ædificauerit domum. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem. Dicitur autem idem de Deo, quod ædificet domum, hoc ſenſu, quod de hominibus ſupra diximus, hanc phraſin intelligi. Exod. 1. Deus ædificaſſe dicitur obſtetricibus domos, hoc eſt, quod proſpexerit illis de victui neceſſarijs, & omnibus cæteris, quæ ad domum, id eſt, rem familiarem pertinent.

Eſt itaque hic ſenſus: Omnem laborem, omnes vigilias fruſtra impendi, niſi Deus det incrementum laboris & vigiliarum. Quo ſenſu Paulus de ſuis etiam laboribus loquitur 1. Cor 3. v. 6.

Quomodo vero Dominus incrementum laboris velit largiri, additur: Fruſtra manducatis panem doloris, cum Deus det ſuis in ſomnis neceſſaria, vel dormientibus etiam de alimentis prouidit.

Sic autē proſpicit DILECTIS SVIS, Facientibus officium, & primū quærentibus regnum Dei. Mat. 6. v. 33.

VSVS Hic locus idem monet, quod verba Chriſti in Euangelio Matth. 6. vbi ſæpius repetit, ne ſitis ſoliciti. Et proponit aues cœli, flores campi, &c.

Interim

Interim tamen non vult ſcriptura, nos ocioſe ſtertere aut officium negligere, ſed prohibet illam anxiam victus & amictus curam, quæ ex incredulitate oritur. Laborandum ergo. Laborem manuum tuarum comedes. Pſal. 128. & 2. Theſ. 3. verſ. 10. Non autem exiſtimare debemus, nos vel abſque Dei gratia improbo noſtro labore hoc effecturos, vt habeamus vitæ neceſſaria, ſicut multi putant. Sed ſciamus, niſi accedat Dei gratia & incrementum ad noſtrum laborem, in vanum laborari.

Patet exemplo Petri. Per totam noctem laborantes nihil, inquit, cepimus. Quam primum autem Chriſtus accedit & benedicit labori, concluditur magna piſcium copia. Luc. 5.

Itaque faciamus officium ſtrenue, interim tamen ardenter oremus, vt Deus det incrementum: & de euentu non ſimus ſoliciti, nec diffidamus Deo, cuius manus non eſt abbreuiata (Eſai. 59) ſi maxime euentus non ſtatim reſpondeat. Vult enim Deus, vt oculi omnium in ipſum ſint intenti, & ab ipſo ſperent eſcam, ſicut orare ſolemus ex Pſal. 145. verſ. 15. Pſal. 104 verſ. 28. Te dante colligent, aperiente manum tuam ſatientur bonis. Vide totum Pſalmum. Is etiam pullos coruorum nutrit. Pſal. 147. v. 9. Et volucres cœli. Matth. 6. Et flores agri veſtit. Ib. Is infanti nondum nato proſpexit mirabiliter de cibo & tu ex vberibus matris.

Is etiam dormientibus cibum præparauit. Exemplo eſt Elias dormiens ſubter iuniperum. Huic nihil tale cogitanti affertur panis ab Angelo. 1. Reg. 19. v. 6. Et licet non ſemper miraculoſe nobis de pane proſpiciat, mille tamen ſunt modi, quibus mediante noſtro labore, idipſum præſtare poteſt.

Sic autem agere vult cum DILECTIS SVIS. Qui ſunt illi? Qui primum quærunt regnum Dei. Matth. 6. Qui ipſum diligunt, & mandata ejus ſeruant. Ioan. 14. Ego me diligentes diligo. Prou. 8. v. 17.

14. Damnantur hoc loco etiam nimij labores, vltra vi-

res hominis ſuſcepti, & valetudini noxij. Ipſe enim Paulus damnat Coloſ. 2. in fine eos, qui corpus lædunt & ei ſuum honorem non habent: quem conceſſit idem Apoſtolus, Rom. 13. in fine. Nemo enim ſemetipſum enecet laboribus, vel animi & ingenij, vel corporis, vltra vires, & vltra poſſe hominis.

II.

Ne quis vero objiciat, ego quidem pro me non eſſem ſolicitus, ſed ſi mihi multi naſcuntur liberi, & numeroſa proles ſit, quis illis proſpiciet? Non poterit meus labor illis omnibus alendis, potandis &c. ſufficere.

Reſpondet Pſaltes: Quid tu de liberis ſolicitus es? vnde ſunt liberi? Cuius ſunt? 1. Filij ſunt hæredes Domini: ita Donũ Dei ſunt. Ergo ne ad perdendum te donauit te Deus liberis? Minime vero. 2. Fructus ventris merces eſt, pro timore Domini & labore manuum tuarum, ex Dei liberalitate tibi collocata. Ein Geſchenck/ vertit Lutherus. 3. At quid proſint liberi, oſtendit ſimilitudine. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij iuuenes. Q. D. Filij ſunt præſidium patris & baculus ſenectutis illius: Illi circa parentem erunt, & non patientur alium ipſi nocere. Sic etiam poterunt ijdem ſeruire Reipublicæ, Eccleſiæ, Patriæ, &c.

Beatus vir, qui copiam habet eiuſmodi ſagittarum, id eſt, liberorum. Si enim neceſſitas poſtulauerit, vt agat cum inimicis ſuis in porta, hoc eſt, in curia vel coram iudicio, non ſtabit ſolus, ſed ſtipatus tot filijs iuuenibus, qui authoritatem ipſi conciliaturi & hoſtibus etiam formidabiles erunt.

VSVS. I. Monemur hoc loco, ne multitudinem liberorum tanquam graue onus auerſemur, deteſtemur, metuentes, ne cum illis egeamus, vel ipſis poſt nos patrimonia tenuia relinquamus. Quis enim dedit liberos? Deus ex ſingulari clementia. Numquid igitur perdere nos volet? Minime vero. Et propterea recte Lutherus alibi

alibi annotauit, parentes magis panem liberorum manducare, quam quod liberi parentum panem manducent. Et propter filios, propter donum ſuum, dat nobis ſæpe Deus vitæ neceſſaria, largius & in maiori copia, quæ alioquin negaturus eſſet, ſi ſine liberis eſſemus. Deteſtanda igitur eſt eorum parentum ingratitudo, qui donum hoc Deo facile remitterent, & ſi penes ipſos ſtaret, nunquam acciperent, ſed detractarent, & relinquerent ipſi ſuos liberos, quos largiri voluit, vt ſic poſſint illi magis quiete & in ocio tranſigere vitam, nec propter hoc Dei donum, tot curis, laboribus, moleſtijs obnoxij ſint. Certe hi non tantum fidunt bonitati Dei, quod poſſit alere eos, quos ipſe creauit, & vnigeniti filij ſui ſanguine redemit.

2. Vt autem plus vtilitatis & voluptatis, quam moleſtiæ ſentiamus ex liberis noſtris, hoc agendum.

1. Offerantur Domino, & ſiſtantur illi ad exemplum pueri Ieſu in templo. (Luc. 2.) per Baptiſmum, & quotidie per pias preces. Et grata mente agnoſcamus, illos eſſe ſingulare Dei donum, datum ad vtilitatem noſtram, & ad honorem noſtrum, vt in illis lætemur.

2. Educentur ad præceptum Apoſtoli, in diſciplina vera & νουθεσίᾳ κυρίου, per eruditionem & correptionem Domini. Epheſ. 6. Nec nimium illis indulgeatur. Syr. 30. 1. ad 14

3. Aſſuefaciendi etiam (præſertim filij adoleſcentes) ad labores: Ne nihil agendo male agere diſcant. Ocium enim puluinar Satanæ. Si autem ſunt diuites, neceſſe erit illos talibus aſſuefieri laboribus, quo poſſint inſeruire Eccleſiæ, Reipublicæ, patriæ. Ne ſint inutilia terræ pondera. Si ſint pauperes, laborabunt vt habeant quod manducent, ne ex rapto viuant. Epheſ 5. Et bene ipſis erit. Pſal. 128. Tales filij non oneri erunt: ſed honori parentibus, & vtiles ipſis atque alijs.

3 Ipſi vero filij. Parentum chara pignora, monentur hoc loco, vbi ſagittis comparantur, ſi iuuenes ſint ho-

neſti, officij ſui eſſe; vt parentibus & patriæ inſeruiant. Non enim ſunt fruges conſumere nati: & propterea parentibus donati, vt voluptatibus tempore iuuentutis indulgeant & Bacchanalia viuant: ſed vt vtiles eſſe poſſint parentibus, ſibi & alijs, diſcant honeſtas artes, quibus ingenia & mores ipſorum formantur. &c. Ni hoc faciant, inſtar ſagittarum exarmatarum erunt, quibus ad hoſtem feriendum vti non poſſis. Ita illi erunt inutiles ſibi & alijs, & maledicti, qui flores iuuentutis Diabolo, feces autem ſenectutis Deo conſecrarunt.

Thema XXVII.

Ex Pſalm. 128.

Canticum graduum.

V. 1. Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

2. Quia manducabis labores manuum tuarum: Beatus es, & bene tibi erit.

3. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

4. Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.

5. Benedicet tibi Dominus ex Sion, & videbis bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

6. Et videbis filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.

DISPOSITIO.

Antiqua eſt, laudabilis, & vtilis ſane conſuetudo, vt initium nuptiarum fiat à concione ſacra: in qua Neogami ſui officij, & fœlicitatis illius, quam in coniugio ſentient, admoneantur. Licet autem mundus interdum valde ſiniſtrum iudicium ferat de his, qui coniuges fiunt, & putte-

putet tum ceſſare illorum fœlicitatem,& incipere moleſtias: Spiritus tamen ſanctus diuerſum docet, hoc loco: Beatos ſ. eſſe tales,& bene ipſis eſſe: ſi tamen fecerint officium. Nos itaque ex hoc Pſalmo hæc duo notabimus.

1. Quod ſit officium mariti coniugis, vt bene ſit ipſi.

2. Quantum bonitatis vel benedictionis Deus illi promiſerit.

I. Pars.

Quid igitur faciendum, vt beatus ſit? Vnum requiritur, hoc ſcilicet, vt timeat Dominum. Eſt enim timor Domini initium omnis ſapientiæ. At non hoc vult, vt ſic Deum timeamus, vt metu pœnæ & vltionis à peccatis deſiſtamus: ſed vt ex timore filiali erga Deum ſponte faciamus voluntatem illius: & ſtudioſe caueamus, ne offendamus patrem cœleſtem.

Quid autem vocet hoc loco Deum timere, id oſtendit breuiſſime, & duo requirit.

1. Alterum eſt ambulare in vijs Domini, hoc eſt, præcepta illius ſeruare: & iuxta præſcriptum verbi diuini viuere. Quod patet ex Pſalmo 119.

2. Alterum eſt ambulare in vijs noſtræ vocationis, ſicut de his vijs noſtris loquitur Pſalm. 91. v. 11. IN OMNIBVS VIIS TVIS. Id hoc loco exprimit per LABOREM MANVVM NOSTRARVM.

Hoc qui fecerint, 1. Beati erunt. 2) Et bene ipſis erit. 3. Et OMNIBVS quidem, qui ita viuunt, bene erit. Quarto repetitur, benedicetur homo, qui ſic timet Dominum. v. 4.

Hęc eſt prima pars Pſalmi, quæ docet, quid faciendũ, vt bene ſit. Quomodo vero bene ſit, in 2. parte dicetur.

L. Antequam autem pergamus, multi reprehendendi ex hoc loco, qui Spiritui ſancto contradicunt, dicentes vel cogitantes: Melius eſſe his, qui non coguntur laborare manibus ſuis, ſed abſque labore habent vnde viuant. Et beatiores putant eos, quibus ſit RES NON PARTA

LABORE, ſed relicta. Et propterea ſe ſolum miſeros putant Agricolæ, vinitores, & opifices alij manuarij: econtra beatos prædicant, principes, nobiles, doctos, & qui non ex duro manuum labore viuunt.

1. At primum ſciant, non poſſe eſſe bene, niſi his qui laborant. Ocium enim perdit corpus & animam. Ocioſi ſunt morbidi, & male agentes pereunt.

Ideoque Deus etiam ante peccatum voluit laborare Adamum in horto, & cuſtodire eum. Quamuis is labor futurus fuerit abſque omni moleſtia & ſudore.

Nunc vero propter naturæ corruptionem, magis neceſſe eſt nos laborare, vel ob hanc vnam cauſam, ne ignaui ocioſique mala perpetremus. Prodeſt hic labor & corpori & animæ.

2. Deinde etiam ſciant illi, non eos tantum in ſudore laborare, qui aratro terram proſcindunt, qui vineas colunt, qui malleo vel bipenni, vel alio inſtrumento laborant & operas faciunt, ſed eos maxime, qui ſcribendo, meditando, diſcendo, docendo, regendo, &c. laborant. Manibus magis (vt ita dicam) ingenij, quam corporis. Et hoc vires certe eneruat facilius. Patet exemplo Moſis, qui ſedit iudicare populum, Exod. 18. & plus laborauit quam quiſquam ex ſuis.

Quia igitur omnibus laborandum eſt, vnuſquiſque in ſua vocatione ſit ſtrenuus, nec graue ſit ipſi in ſudore vultus veſci pane ſuo. BENE IPSI.

Sequitur enim, quantum beneficij habituri ſint à Deo, qui in vijs Domini & in vijs vocationis ſuæ ambulant.

II. Pars.

Multoties repetitur: Beatus es. v. 1. Bene erit tibi v. 2. Beatus es. v 2. Et ſic benedicetur homo. v. 4. Quomodo igitur? Id per partes elegantiſſime oſtenditur.

1. Manducabis laborem manuum. Eleganter id expreſſit verſio German. Du wirſt dich nehren.

Si Deum timueris, & in vocatione ſedulus fueris, NON IN VANVM LABORABIS, ſed poteris frui labore tuo vt inde victum & amictum habeas.

Non enim placuit Deo, niſi per laborem victum largiri. Ideo qui non laborat, non manducet, 2 Theſ. 3 Nõ enim vult Dominus per Angelos cibum nobis procurare. vt Eliæ. 1. Reg. 19. nec per coruos. 1. Reg 17. nec ſicut olim Manna dare cœlitus. Exod. 16. v. 4. & 15. Sed per laborem manuum tuarum. Et quia Spiritus ſanctus ſic bene tibi eſſe teſtatur, non dubitabis, quin hoc ſit veriſſimum. Etenim otioſi & ignaui homines ſunt omnium mortalium miſerrimi.

2. Inter cætera beneficia refertur etiam domus, ſiue domicilium, in quo viuere poſſis. De quo Syr. 29. ver. 28. ſufficit aqua & panis, veſtimentum & domus. Itaque mentio fit hic etiam domus. v. 3. In laterib. domus. Sed ſi domus tua non ſit, & cogeris migrare, quandocunque voluerit, qui tibi illam locauit, miſerum hoc eſt, ipſo Syr. 29. teſte, v. 30. Ideoque dicitur in lateribus domus tuæ, hoc eſt, nidulum tibi Dominus concedet.

3. Sed quid ſi domus vacua tibi ſit? At vxorem dabit Dominus in domo tua. Illa eſt Dei donum ſingulare. Syr. 26. v. 3. & 17. Et quale donum ſit, patet ex illa ſimilitudine, quod viti comparatur. Cuius vtilitas magna eſt, propter fructum gratiſſimum. Ideoque inter magna beneficia Dauidis refertur: 2. Sam. 12. Ego dedi vxores in ſinum tuum. Vide, quanto gaudio excipiat Adam vxorem ſuam Geneſ. 2. ver. 23. Et donum eſt pretioſius margaritis. Prou 31. v. 10. auro. Syr. 7. verſ. 21. Imo quod nullo pretio poſſit æſtimari Syr. 26. v. 18.

4. Sed nec mulierem tantum, verum ex illa etiam liberos vult largiri, & quidem multos liberos, vt ſint in circuitu menſæ tuæ, ſicut nouellæ oliuarum.

5. Sed ſi liberos habeas, & ante tempus ex hac vita deſcedas, & poſt te triſte tui deſiderium liberis relinquas, eſſet hoc admodum graue. Ideoque promittitur

Digitized by Google

etiam vita longæua: Videbis filios filiorum tuorum.

6. Benedicet tibi Dominus ex Sion: Et videbis bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. Quid hoc ſibi velit, intelligi poteſt ex verbis Prophetæ: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Eſa 2. Hoc eſt, Deus clementer largietur tibi verbum ſuum, quod fuit maximum donum ciuitatis Hieruſalem. De quo Pſalm. 147. Etenim Hieroſolymis quærendum erat verbum Domini, præſertim in feſtiuitatib. Deut. 16. Ibi, id eſt, ex verbo diſcimus Deum cognoſcere: quæ eſt vita æterna. Ioan. 17.

7. Quod ſi omnia habeamus, ſed hoſtis nos terreat, & appropinquet finibus noſtris, ſi non ſimus tuti in domo noſtra, ſi timendum vxori & liberis, &c. certe non bene erit. Ideoque promittitur etiam pax ſuper Iſrael.

Pax hæc multiplex eſſe poteſt. Vel pax reſpectu hoſtis externi, vel pax domeſtica, vel pax Spiritus ſancti fructus. Gal. 5. Pax & miſericordia ſuper Iſraelem. Gal. 6. ver. 16. Et Rom 5. v. 1.

L. I. ECCE SIC BENEDICETVR HOMO TIMENS DOMINVM. Quod igitur multi ſunt coniuges, qui tamen hanc benedictionem non ſentiunt, non Deo imputent illud, ſed ſibi. Quia Deum non timent, nec in viis ſuis ambulant. Ideoque ſentiunt maledictionem ſua culpa. Pii autem qui Deum timent, non minuentur omni bono. Pſal. 34. v. 10. Et ſi maxime aliquid eorum, quæ ſupra ſunt commemorata, deſit, (ſicut raro omnia vni ſimul contingunt) tamen non eſt maledictio in illis. Sed quod vna parte deeſt, id alia benedictione ſupplebit Dominus. Et ſi timeamus Dominum, omnia cooperantur in bonum Roman. 8. Exempla: Hiob, Tobias.

Et quod tibi deeſt, Dominus tamen filiis tuis & filiorum filiis retribuet. Quia mentiri non poteſt Spiritus ſanctus. Fide Deo. Non enim vidi iuſtum derelictum,

ctum. Pſalm. 37. Et ibid. verſ. 3. Spera in Deo, bene age, inhabita terram, & victum quære legitime, vel in veritate.

L. II. Stulti ſunt, quibus vxor videtur vitis nimium abundans, & oliuarum nimis magna copia, & circuitus menſæ nimium amplus. Illis Deus non videtur recte ſapere, quod vitis plus vuarum fert, & oliuarum plures ſint fructus, quam ipſi velint. Et quod omne ſpatium in circuitu menſæ occupet, quod illi ex parte vacuum optent, vt ipſis etiam ſit locus. **Dann die Kinder wollen ſie vom Tiſch verdringen.**

Et mirum, cum alioquin optent fertilitatem agrorum, vinearum, quod vnam mulierem (quauis vite nobiliorem) non velint eſſe frugiferam.

Non cogitant autem, quod mulier ſic ſalua fiat per filiorum generationem: 1 Tim. 2. Et vir ſaluus fiat per eum, in quo ſunt benedicendæ omnes gentes. Hinc benedictio ſingularis erat illa, creſcite & multiplicamini. Hoc vnum optarunt patres. Neque etiam tam ſtolidus eſt Deus, qui plures menſæ adhibeat conuiuas, quam quos poſſit alere. Et quia communiter nepotes ipſis filiis chariores ſunt, non ſingularis eſt benedictio Domini, videre filios in multam generationem.

Magnæ felicitatis loco numeratur, quod Hiob vidit filios in quartam generationem. Iob 42. Et ipſe Dominus hanc ſibi vendicat laudem: Ego Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Et faciens miſericordiam in mille generationes. Exod. 20. verſ. 6. Dicitur Prouerb. 10. Et Pſalm 112. Rectorum generatio benedicetur. Qui itaque reſpuunt benedictionem, ſentient quod volunt, maledictionem, & corporalem & æternam.

Digitized by Google

THEMA XXVIII.

Ex Pſalm. 28. verſ. 3.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

In nuptiis M. Danielis Reinolii, Affinis. Quibus ipſe Illuſtriſſimus Dux Wirtembergicus Ludouicus p. m. interfuit Anno 91. 9. Nouemb.

DISPOSITIO.

Honeſtæ mulieres variis iiſque ſplendidis non tantum Epithetis, verum etiam ſimilitudinibus elegantiſſimis honorantur in ſcripturis; dum margaritis, Prouer. 31. auro. Syr. 7. Soli Syr 26. &c. comparantur. Atqui non minoris æſtimare debemus ſimilitudinem hanc: Pſal. 128. Qua viti vxor comparatur. Etenim vitem auro emimus, & in magno pretio habemus. Et placuit ipſi filio Dei ſemetipſum viti comparare Ioan. 15. Multum faciũt ſimilitudines ad inſtruendos animos hominum. Ideoque non eſt dubium, quin hæc etiam multum nos erudiat. Nec propter mulieres tantum, ſed etiam propter viros adducta eſt. Ideoque primum quidem notabimus, quare mulier viti comparetur, & quid ipſam moneat hæc ſimilitudo. 2. Deinde, quid hoc virum etiam. 3. Et tandem etiam, quid vtrumque ſimul coniugem monere debeat.

I.

Initio autem notandum, mulierem hic non viti in vineis plantatæ & communi comparari, ſed tali, quæ eſt in lateribus domus, & magna cum ſolicitudine colitur.

Huic autem non vna, ſed pluribus de cauſis comparatur vxor.

1. Vitis affixa parieti domus, ornamentum eſt domus,

mus, quò delectantur inprimis ædium poſſeſſores. Sed & peregrini prætereuntes, & quicunque alij tali vitis delectantur plantatione.

Ita mulier ornamentum eſt viri: ipſi inprimis, deinde etiam aliis bonis placens. Hoc docet Syrach. cap. 26. Quemadmodum Sol oriens in cœlo Altiſſimæ ornamentum eſt, ſic vxor cordata ORNAMENTVM eſt domus ſuæ. Quid autem ſplendidius? Mulieris ergo ornamentum non eſt exiguum.

Hanc eandem ob cauſam dicitur mulier CORONA viri. Prou. 12.

Comparatur lampadi in candelabro ſancto. Syr. 26. Et columnis aureis ſuper baſi argentea. Ibid. Prou. 11. v. 16. Mulier gratioſa GLORIAM viri conſeruat.

2. Quia autem præcipuum Ornamentum mulieris eſt caſtitas & pudicitia, ideoque comparatur viti affixæ parieti domus. Sicut enim propterea affigitur parieti, ne vel ventorum tempeſtate deiiciatur, vel prætereuntium iniurijs ſit expoſita: vel ne vnquam à pariete auellatur: ita mulier ſemper adhæreat marito, neque ab illo vlla ratione ſe diuelli patiatur: niſi id fiat per mortem, quæ deſtruit & vitem & totam domum. Sicut enim vir adhærere debet mulieri, ita mulier viro, nec alieno parieti affigatur; ſed hæreat in lateribus domus ſuæ. Admonet illas caſtitatis & pudicitiæ, quę plus ornat mulierem, quam formæ elegantia. Prou. 11. Mulier pulchra, ſed impudica, ſicut monile aureum in collo Suis. Prouerb. 31. Pulchritudo vana eſt: ſed mulier pia laudabitur.

Tali vxore nihil nobilius, nihil præſtantius. Videatur Syr. 26. Non aurum, non margaritæ præſtant. Hoc ipſum innuunt verba Syracidis c. 26. de muliere, QVÆ CONSTANTI ANIMO EST prædita. v. 23. quæ à viro ſe non patitur auelli.

3. Sicut vitis parieti affixa ſemper adhæret Domui firmiſſime, nec ab illa ſeparari poteſt; & parietem domus defen-

1. Imperfectum partum, &c. Nec tractant eas, vt debebant.

Hi contemnunt Deum Creatorem, & dehoneſtant non tantum matres ſuas, ex quibus ſunt prognati, ſed & eas, quas tantopere honorauit Spiritus ſanctus paſſim.

2. Quod ſi odiſſe velint mulieres, vel propter fructum vētris, diligere tamen debent. Si enim diligitur vitis propter vuas: quare non mulier propter liberos? Nota eſt hiſtoria Socratis, qui patienter tulit ſuam Xantippen, propterea quod ipſi liberos pareret, Dixit, magis illi eſſe gratum hoc, quam quod gallinæ oua pariunt; quas propter id vnum tota die glocitantes audire cogatur. Quid igitur faciat maritus Chriſtianus?

3. Quia vxor comparatur viti, ligno fragili & viliſſimo, non abietibus, quercubus duriſſimis, &c. monentur eo mariti, quomodo tractare debeant mulieres: ſc. vt vaſa infirma, quibus parcendum. Id Petrus expreſſe præcipit. 1. Pet. 3. v. 7.

Et Syr. 4. Ne ſis Leo in domo tua, &c. Viri certe parcendum eſt à vinitoribus, ne frangatur, ne pereant nobis fructus illius dulciſſimi: præſertim cum iam gemmas protrudunt. Ita parcendum etiam vxoribus, præſertim grauidis, &c.

Non eſt lignum vitis ædificandis & conſtruendis ædibus aptum: ſicut abies, quercus, &c. Ergone propterea abiiciendum? Ita mulier licet non ſemper multis & grauiſſimis oneribus ferendis par eſſe poſſit: tamen eſt vtilis ad Oeconomiam iuuandam, educandis liberis ſeruit. Imo tales illa perficit operas, quæ tibi viro vel impoſſibiles, vel tamen moleſtæ & graues eſſent. Ideo illis ſuus honor habendus.

III.

Tandem ſimilitudo illa vitium, generaliter vtrumque coniugem, de re admodum neceſſaria monere poteſt. Multis ſunt vites obnoxiæ tempeſtatibus. Interdum

dum frigore vel pruina læduntur, vt fructus non ferant. Interdum verberantur grandine vineæ, (vt ait Horatius) & contundit grando vites, &c. Ergone propterea ſunt exſcindendæ? Nunquid propterea odio habebuntur vineæ? Minime vero. Spes enim eſt annis frequentibus, omne id damnum, quod hoc anno datum eſt, reparari poſſe.

Ita coniugium fert ſecum non exiguas moleſtias **Es gibt offt ein Hägelin im Hauß / vnnd ein ſtarck Wetter.** Sæpe alius alterum offendit: ſæpe vir iraſcitur mulieri, aut mulier viro, oriuntur contentiones, iurgia ſequuntur, ſæpe etiam à verbis ad verbera proceditur, &c. **Da blitzet vnnd donnert es recht: vnnd ſchlägt der Hagel gar.** Ergone propterea deſerant inuicem coniuges? Ergone alter occidat alterum coniugem? Nihil minus. Poſt nubila Phœbus: & poſt illas contentiones & diſcordias (quas Diabolus ſeminat inter coniunctiſſimos etiam) iterum coaleſcunt animi coniugum. Et amantium iræ amoris redintegratio eſt. Mox iterum conſentiunt.

Exempla. Etiam in ædibus Abrahami orta erat aliquando tempeſtas. Gen. 16. verſ. 6. ſed mox præteriit. Ita in coniugio Dauidis nonnulla tempeſtas orta fuit. 2. Sam. 6. v. 20. Sedatur tamen mox iterum.

Ferat itaque alter coniunx onera alterius. Gal. 6. Nec propter leuiculam offenſionem mox alius alium Satanæ tradat. Hoc eſſet exſcindere vites & vaſtare vineas. Quod ſtulti faciunt.

Orandus autem Dominus, vt vinculo pacis ipſos coniungat fortiſſime: ne Satan rumpere poſſit. Et ſi ruptura ſit, mox reſarciatur damnum. Nec detur locus Satanæ. 1. Cor. 7.

Sic mox poſtea ſanabitur id quod grandine fuit læſum.

THI-

THEMA XXIX.

Ex Prou. 5. v. 19.

Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ: cerua tua chariſſima & gratiſſimus hinnulus. Amores illius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter.

DISPOSITIO.

Prouerbio dicit vulgus hominum, cõiugium eſſe ſtatum miſeriæ: Et in coniugio non niſi laborem & dolorem atque miſerias reperiri. **Jn der Ehe/ iſt nichts dann ach vnd wehe** At Spiritus S. hoc loco aliter ſtatuit. Licet enim coniugium non careat moleſtijs ſuis, tamen illæ non ſunt perpetuę nec caret etiam coniugium ſuis commodis & iucundiſſima voluptate. Non enim Deus author coniugij, tantum miſerias cumulare vult, ſed etiam dolorem lenire, & recreare pios coniuges nouit

Duo autem, Salomone teſte, ſunt, quæ virum coniugem delectare poſſunt: & quæ coniugium ſuauiſſimum efficiunt.

1. Lætitia cum vxore. 2. Et amor illius.

I.

LÆTARE CVM VXORE ADOLESCENTIÆ TVÆ. Hoc eſt, ſi vxorem duxiſti in adoleſcentia tua, (quæ ætas eſt coniugio aptiſſima) cum illa potes, imo & debes honeſte lætari. Hanc lætitiam vobis fauet Deus. Nec vult Deus tibi vitam eſſe acerbam: propterea dedit adiutorium, cum qua poſſis hilariter viuere.

Eſt enim vxor tua iuuencula, ſicut cerua, & ſicut capreolus: quæ ſunt animalia chariſſima & gratiſſima.

1. Comparat vxorem ceruæ & capreolo, multas ob cauſas. Et primum quidem propter velocitatem, & agilitatem, quæ in his animalibus eſt. Ita vxor iuuencula ad omnes operas in Oeconomia faciẽda, eſt agilis & promptiſſima.

p[illegible]tiſſima. Sie iſt munder/ laufft herumb/ vnd dummelt ſich im Hauſe/ das iunge Fräwlin iſt hurtig zu aller Arbeit.

2. Sicut capreoli, ibices, Capreæ & Hinnuli, (idem enim genus eſt) habentur in delitijs magnatum & nobilium, propter carnem tenerrimam & ſuauiſſimam: Ita teneræ vxores in pretio & in delitijs habendæ ſunt maritis, vt nihil illis ſit gratius.

2. Quemadmodum Cerua hinnulum ſuum diligit: & viciſſim hinnulus matrem nunquam deſerit: Ita viri ſuas vxores ardentiſſime diligere debent, nec vnquam ſe ab illis auelli patiantur. Sit enim amor coniugum ſimplex & ſinceriſſimus, qui nihil habeat falſitatis.

4. Auguſtinus p[illegible]at, ſimilitudine de cerua huc reſpexiſſe Salomonem: vt maritus & vxor ſe mutuis officijs iuuent. Aſſcribam verba Auguſtini, ex libro octoginta trium Quæſtionum, Quæſt.71. Tom 4. fol. 429. exemplar. Baſil. Cerui cum fretum ad Inſulam tranſeunt paſcuarum gratia, ſic ſe ordinant, vt onera capitum ſuorum ſuper inuicem portent, ita vt poſterior ſuper anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et quia neceſſe eſt vnum eſſe, qui cæteros præcedens, non ante ſe habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur: vt laſſatus ſui capitis onere, ille qui precedit, poſt omnes redeat, & ei ſuccedat, cuius ferebat caput, cum ipſe præiret. Ita inuicem onera ſua portantes fretum tranſeunt, donec veniant ad terræ ſtabilitatem. Iſtam fortaſſe ceruorum naturam intenderat Salomon, cum ait, ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquitur tecum.

Nihil enim ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem onera noſtra portaremus, ſi vnum tempus eſſet infirmitatis amborum, c[illegible] ſua ſuſtinent, aut vnum infirmitatis genus. ſed d[illegible]a tempora. & diuerſa infirmitatis genera faciunt, vt onera no[illegible] inuicem portare valeamus. Hactenus Auguſtinus.

Cerüæ mulier iuuencula non immerito, & ob hanc cauſam

cauſam comparari poteſt, quod ceruæ ſimilis eſt, cum parit. Eſt autem cerua admodum ſolicita pro fœtu ſuo. Ideoque paritura ſtudioſe cauet ſemitas, quas feris cognitas eſſe ſcit. Partum editum etiam diligenter curat ad curſum exercet & docet ad fugam, &c Ita vxor pariens ſtudioſe & diligenter curat ſuos liberos, ne quid eis detrimenti accidat. Et ob hanc cauſam grata vxor eſſe debet marito, vt cum ea lætetur, quę ipſum chariſſima prole beatum fecit.

Tandem vero & cerua & capreolus, animalia ſunt fugacia & timida, quæ facile terrentur à prætereuntibus, vt ſeſe occultent & abdita quærant. Sic mulier eſt timida & verecunda, ſi bona ſit, quæ facile terreri poſſet viri moroſitate & importunitate. Ideoque vir lætari cum illa debet & ſuauiter viuere: ne furore illius perterrita contabeſcat, &c.

VSVS.

1. Monent ea, quæ diximus, poſſe etiam in coniugio vitam eſſe iucundam & ſuauem, præſertim ſi coniuges ſint iuuenes, poſſe illos lætari de inuicem & benefacere inuicem. Neque hoc etiam Deo diſplicet, quicquid tandem coniugij hoſtes, docentes doctrinas Dæmoniorum 1. Tim. 4. garriant, coniugium eſſe genus vitæ carnale, in quo Deo non poſſumus placere. Quin imo placet Deo, ſi vir lætetur in muliere adoleſcentiæ, & illam ceu ceruam & capream chariſſimam habeat. Eſt enim illa donum hoc Dei datum, vt cor viri recreet, ſi benigne illum tractet. Syrach. 26 verſic. 2. 3. 16. Lætatur etiam optimus Iſaacus in Rebecca iuuencula ſua, & iocatur cum illa: quod tamen illi non datum fuit vitio per Spiritum ſanctum. Gen. 26. v. 8.

2. Ita tractet maritus vxorem, vt capream gratioſam: Licet enim ratione elegantis formæ non omnes eandem apud alios mereantur laudem: tamen in oculis mariti debet vxor omnium eſſe formoſiſſima, iucundiſſima,

Digitized by Google

ſed furor. Nemo autem ſuam vxorem debet diligere vt meretricem, inquit ille: cum qua pauliſpe, lætari velit. Mox vero poſtea faſtidiat. Id ne fiat hortatur Salomon: Et huic rei mederi poſſe AMOREM CONIVGALEM, verum, ſincerum, & conſtantem, docet. Hilaritas enim & lætitia illa hoc nitatur fundamento: amore ſincero coniugali. Vult enim virum INEBRIARI amore mulieris: Idque non aliquot tantum diebus, ſed omni tempore. Et repetit: In amore eius delectare iugiter, ſemper. Etenim ſemper tibi poterit ſufficere vna illa vxor, vt non neceſſe ſit, ſuperinducere aliam. Et ſi vere amas vxorem tuam, non quæres alienam. Quare, inquit in ſequentibus, ſeduceris in aliena, & quare amplexus quæres in ſinu alterius?

Facit hic amor, ſi ſincerus ſit, vt vitia, deformitatem, rugas, &c. vxoris non ſentiant, nec animaduertant honeſti mariti. Illi hac in parte imitari debent cæcos amatores, qui amaſiæ ſuæ vitia non animaduertunt: & deforme pecus iudicant eſſe decus. Quemadmodum adoleſcens ille, cum olim adamaſſet Monoculam, idque non animaduertiſſet, atque peregre aliquando abijſſet, poſt reditum quæſiuit, quando oculum amiſerit?

VSVS. In coniugibus honeſtis & pijs amor nunquam decreſcit, ſed ſemper accreſcit, nec vlla temporis diuturnitate minuitur. Abrahami & Saræ exemplum id teſtatur. Nec ſatis eſt vxores diligi, dum bona valetudine vtuntur, formoſæ ſunt, viribus integris, ſed requiritur conſtantia. De hoc ſancto & honeſto amore loquitur Paulus Epheſ. 5 Viri diligite vxores. Monet idem exemplum Chriſti: qui Eccleſiam etiam peccatis & varijs infirmitatibus horribiliter deformatam nihilominus diligit, & ſibi eam à rugis & maculis mundauit.

Et vir ebrius hoc amore ſincero non debet permittere, vt faſtidium ipſum capiat vnquam: nec cum ipſius cor ſit occupatum amore erga mulierem ſuam, alienos complexus quæret: nec intromittet alios amores. Quorſum

ſum enim opus alieno in ſinu complexus quærere, cum domi tuæ habeas, quam poſſis, imo debeas amore illo coniugali vero complecti: cum qua olim iuuencula lætatus es valde.

Poterit illa eadem etiam poſt multos annos animum tuum recreare. Vide Malach. 2.

Et poſſent multi commode viuere, ſi modo vellent conſilijs ſanioribus obtemperare. At ſurdis fabula narratur. Atqui cum Deus vehementer iraſcatur illis, qui contemnebant vxores iuuentutis, cum quibus olim ſuauiter vixerunt, quas tamen tum temporis licebat dimittere: quid de his fiet, qui ſpretis & neglectis ſuis vxoribus aliorum complexus quærunt, adulterio ſeipſos polluentes? Iudicabit illos Dominus. Hebr. 13. Gal. 5. 1. Corinth. 6.

THEMA XXX.

Ex Prouerb. 11. v. 16.

Mulier gratioſa ſuſtentat [vel conſeruat] *gloriam.*

DISPOSITIO.

Varijs ſacra Scriptura Epithetis & attributis ornat pias & honeſtas matronas. Aliæ dicuntur fortes vel diligentes. Prouerb. 12. v. 4. aliæ ſapientes. Prouerb. 14. v. 1 Prudentes aliæ, Prouerb. 19. verſ. 14. præſtantes virtute, Prouerb. 31. verſ. 10. Domui bene prouidentes, Syr. 26. verſ. 2. amicæ & mites. Syr. 26. verſ. 16. &c. Hoc autem loco aliud etiam habemus Epiteton mulieris, quod dicitur GRATIOSA. Eſtque admodum elegans hic titulus, &, vt Salomon oſtendit, viro familiæque vtilis. Ideoque audiemus.

1. Quid intelligatur per mulierem gratioſam, aut quæ ſit talis.
2. Quantum illa poſſit præſtare, ſi talis ſit.

I. *Gra-*

I.

Gratioſa mulier. Germ. **holdſeelig/** vocatur hoc loco. Eſtque idipſum Epitheton, quod Angelus Dei Gabriel tribuit Mariæ virgini, matri Saluatoris: Aue gratioſa. Græcę dicitur κεχαριτωμένη. Luc. 1. Hoc eſt, Gratiam conſequuta. Id ne explicat mox ſeq. verſ. ipſe Angelus, nacta es gratiam apud Deum. Eadem eſt ſententia, vbi Syr. 26. v. 16. de gratia mulieris loquitur: vbi etiam non incommode vertit Luther **freundtlich/** quia gratioſa non eſt, quæ non eſt benigna, & quæ **freundtlich.** Coniunguntur enim **freundtlich vnd holdtſeelig** ſæpiſſime.

Eſther cap. 7. verſ. 15. de Eſther dicitur, quod fuerit gratioſa & amabilis, ſiue quod explicat priorem ſententiam, quod inuenerit gratiam in oculis omnium. Et notandum, quod Eſther 2. v. 15. & hoc loco, Prouerb. 11. v. 26. in Hebræo fere eadem ſint: quæ gratioſam mulierem referunt.

Gratia autem eſt, non ea tantum, quæ pulchra eſt & aſpectu iucunda. Poteſt enim illa iuxta eſſe moroſa, indignabunda & auſtera atque acerba. Ideoque nomen gratioſæ mulieris non meretur, ſi maxime venuſtate ipſam Eſther formoſiſſimam ſuperet.

Ea autem gratioſa eſt, quam nos alioquin iucundam, amabilem, blandam, benignam, vocamus: quæ pia, pudica, decora, verecunda eſt, moribus elegantiſſimis prædita, & quam nemo poſſit iuſtis de cauſis auerſari vel odiſſe.

Quales erant Sara, Rebecca, Eſther, Abigail, Maria, non formæ tantum, ſed & morum elegantia inſignes.

Tales vero dicuntur propterea gratioſæ, quod gratiam conſequantur, & inueniant apud omnes bonos: imo inprimis apud Deum ipſum, qui pias & pudicas, honeſtas & blandas mulieres, (ſed & viros pios) ſingulari gratia complectitur, adeoq; efficit, vt apud homines gratiam inueniant. Ideoque Maria κεχαριτωμένη dicitur, quę

gratiam

gratiam Dei conſecuta ſit. Quod de pijs frequenter prædicat Scriptura. Geneſ. 6. v. 8. de Noha. Exod. 33. v. 12. de Moſe Eſther dicitur INVENISSE GRATIAM in oculis & Regis & omnium.

Idem de alijs etiam pronunciat Scriptura reſpectu hominum. Ioſeph inuenit gratiam in oculis Potipharis, Gen. 31 v. 4. Et Daniel coram Eunucho. Dan. 1. v. 9.

Gratioſi itaque & gratioſæ dicuntur ab euentu, quod gratiam merito inueniant apud omnes.

VSVS.

Et ſane in id incumbant omnes honeſtæ matronæ, vt ſint gratioſæ in oculis Dei & bonorum omnium. Hoc enim magis decebit illas, quam ornatus muliebris exquiſitiſſimus. 1. Pet. 3.

Neque vero tantum coram alijs gratioſæ appareant, ſed inprimis coram maritis ſuis. Sunt enim quæ erga alios admodum ſunt mites & blandæ, verum erga ſuos maritos auſteræ & acerbæ.

Hoc praui & peruerſi cordis indicium eſt.

Pia autem matrona blandiſſime tractat ſuum maritum & verbis & factis: & hoc agit, (deformis licet ſit maxime) vt ſemper inueniat gratiam in oculis eius. Et quomodo illum tractare debeat, vide verſ. 16. cap. 26. Syracidis. Wie ſie mit jhme vmbgehet/ vnnd das Hertz erfriſchet vnd erfrewet/ ſo holdſeelig/ lieblich vnnd freundtlich gegen jhme gebahret.

Vide quomodo Eſther tam blande alloquatur (Eſt. 7. verſ. 3:) maritum. Si inueni gratiam, & ſi placet, dona mihi animam, &c. Et cap. 8. verſ. 5. Si placet & ſi inueni gratiam, &c.

Vide quid Abigail erga Dauid fecerit, quam blande alloquitur, & deprecatur eum: Domine mi, loquatur ancilla, &c. 1. Sam. 25. v. 24. Quid igitur erga proprium fecit maritum, licet duriſſimum? patet id, ib. verſ. 36. Sic Sara nouit blandiſſime tractare ſuum Abrahamum, vocans eum Dominum, teſte Petro. 1. Pet. 3. Et vide, quomodo

modo blandiatur illi in re tali, quæ alioquin merito potuiſſet eſſe illi moleſta.

Geneſ. 16. v. 2. Licet interdum etiam bona Sara gratiæ oblita aliter loquatur. Ibid. v. 5. & 6. hoc maritus bonus non debet ægre ferre. Et ſi nequiſſima illa Iſabela, tam blande nouit tractare ſuum Achabum, quem videt eſſe iratum & ſolito triſtiorem 1 Reg. 21. verſ. 5. & 7. (quamuis medijs vtatur ad leniendum dolorem illius nocentiſſimis & illegitimis) quid non faciat vxor timens Dominum erga maritum ſuum, quem diligit?

Et poteſt ſane mulier benigna, comis, affabilis & iucunda, mariti quemcunque dolorem lenire rectius & multo melius, quam vel omnia omnium medicorum pharmaca.

Hæc gratioſa eſt mulier, quam ita vocat hic Salomon.

II.

At præter ea, quæ iam audiuimus, oſtendit Salomon, multum poſſe præſtare, & viro ipſi marito & toti familiæ. Dicit enim, CONSERVAT GLORIAM mulier gratioſa.

1. Et eſt quidem vxor talis gloriæ & decus mariti per ſe. Teſte Syracide cap. 26. v. 21. 22. 23.

2. Sed illa etiam gloriam mariti auget: quod propter illam bene audit. Sicut enim radiis mariti coruſcat vxor: ita viciſſim mulieris ignominia, probrum & dedecus redundat in maritum. Si enim vir, licet honeſtus, habeat vxorem moroſam, & indignabundam, omnibus ipſe etiam eſt deſpectui propter coniugem. Diuerſum euenit, ſi gratioſa mulier ſit ipſi.

3. Quin imo hoc pacto quoque conſeruat honorem mariti, ſi ille ſit auſterus, moroſus & illiberalis erga pleroſque, qualis Nabal erga Dauidem, 1. Sam. 25. & viciſſim ipſa coniunx gratioſa ſit atque benigna, ſtudioſe cauebit, ne maritus apud alios male audiat, ſed teget illius næuos, & excuſabit ad alios: ipſumque vt rectius

agat, blandis & amicis verbis monebit. **Sie würd jhne bey Ehren behalten** Sicut Abigail & vitam & omnia, quæ Nabalis erant, conſeruat, intercedens pro ipſo apud Dauidem 1. Sam 25.

4. Sed & alia ratione mulier poterit conſeruare gloriam mariti. ſi bene præſit rei familiari, & ſi liberos inſtruat, doceat orare, laborare, & honeſte viuere. **Sie muß helffen Haußehr retten.** Omnes talem tranquillam familiam laudabunt: in qua non ſunt perpetua iurgia, ritæ, &c. ſed blandiſſime viuitur. Et quæ maior eſt gloria liberorum, quam ſi ex honeſta & gratioſa matre ſint prognati? Cum prouerbio dicatur: Partus ſequitur ventrem **Vnnd griß nach grawn / die Tochter ſchlägt nach der Amm.**

Et ſi ſit gratioſa, diligetur à familia tota, tam ſeruis & ancillis, quam ab ipſis liberis. Quid autem ſæpe proſit, commode tractare domeſticos, ſeruos & ancillas, id vnum illud Abigailis exemplum docere poteſt. Si enim illa non fuiſſet gratioſa ſed ingenio mariti ſimilis, non monuiſſent illam ſerui: ſed fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent, & Nabalum cum vxore occidendos Dauidi permiſiſſent 1. Sam. 25. v. 14.

5. Quin imo ſi hanc rem acuratius velimus expendere, poteſt mulier gratioſa totius etiam patriæ interdum ſalutem & honorem conſeruare. Vide quomodo mulier prudens & gratioſa liberarit ciuitatem Abelam obſidione 2. Sam. 22. dum amice alloquitur Ioabum. Propter Eſther gratioſam Ahaſuerus conſeruat omnes Iudæos, Eſth. 7. Quid ſi nec hoc negligendum eſt, quod ipſe Deus Opt. Maximus mulieribus gratioſis non tantum vtitur ad ſeruandos bonos, ſed etiam ad perdendum malos & hoſtes populi ſui: vt gloria & honor ſuorum ſemper maneat. Sic opera Iaelis gratioſæ vtitur ad perdendum Siſſeram. Iudic. 4. Iudith ad perdendum Holofernem, & conſeruandum honorem Bethuliæ. Iudith. 13.

Vſus.

Vſus.

Dicuntur hæc in eum finem, inter cætera, vt admoneantur viri, non tantum mulieres radiis mariti coruſcare, & honoribus illius frui: ſed etiam viciſſim honorem viri aſſeri per mulierem gratioſam. Ideoque illam non eſſe contemnendam, ſed habendam in magno pretio: ſpreta & neglecta muliere, imminuatur honor mariti.

Eſt enim honor mulieris ipſius mariti honor & decus eximium. Hinc forſitan factum, vt qui ex illuſtri aut nobili genere nati ſunt, (vbi honeſtatem proſapiæ & antiquitatem atque nobilitatem generis probaturi ſunt) deducant illam ſuam gloriam, non per auos, ſed per auias, non per proauos, abauos, atauos, ſed per proauias, abauias & atauias, &c. Vt vt ſit, non eſt quod quiſquam dubitet, non minorem eſſe gloriam, quam vir ex muliere ſentiat, quam ea, quæ mulieri ex viri honoribus accedit.

Sicut enim gratiæ & gloriæ diuinæ ſunt conſortes mulieres: ita etiam mundanæ gloriæ debent eſſe participes, cum illa hanc multis paraſangis ſuperet.

Quia vero penes mulierem eſt, vel augere & cumulare gloriam mariti, vel etiam peruerſis moribus eidem infamiam attrahere, & toti familiæ maculam inurere: Dabit operam mulier honeſta, vt memor hujus Epitheti Salomonis, gratioſa ſit omnibus, & honorem mariti, filiorum, familiæque totius conſtanter aſſerat, &c. Et vel propter liberos bene agat, vt illis ſit honori, ne illis poſſit exprobari matris iniquitas. Sic viciſſim non tantum in hoc, ſed etiam in futuro ſeculo honorabitur, &c.

THE-

THEMA XXXI.

Ex Prou. 12. v. 4.

Mulier diligens corona eſt viro ſuo.

DISPOSITIO.

Legimus in hiſtoriis ſacris, Dauidem corona aurea (quæ Regi Ammonitarum adempta erat. 2. Sam. 12. honoratum à ſuis. Et Eſther Reginam diademate capiti impoſito à marito ornatam fuiſſe. Eſther. 2. verſ 17. Atqui Deum non Reges tantum, ſed etiam honeſtos maritos corona plus quam Regia donaturum, teſtis nobis hoc loco eſt Salomon: ſcilicet muliere pia & honeſta. Neque vero hæc corona tantum cum auro & gemmis comparatur, ſed quouis auro & Margaritis etiam pretioſiorem eſſe ſapiens. Syr. 7. v. 21. & Salomon ipſe corona aurea redimitus, Prou. 31 v. 10. teſtantur.

Hæc niſi à Rege ſapientiſſimo, & ipſo etiam Spiritu S. eſſent tradita, vix ſimilia vero videri poſſent. Quia vero de his dubitare non licet, agite excutiamus hanc ſimilitudinem. Dicendum ergo ex hoc loco. 1. Quare mulier corona viri dicatur. 2. quomodo. 3. & quid hac ſimilitudine Spiritus ſanctus vtrumque coniugem docere voluerit.

I.

1. Quemadmodum corona oſtendit Regem vel Reginam: ſic mulier oſtendit virum, & eſt iudicium mariti. Nam qui vxore caret, vel cœlebs vel viduus eſt. Vir autem eſt, qui habet vxorem. Ideoque à viro vxorem cognominandam teſtatur Adam, & vitam dicendam, Gen. 2 Et ſicut corona ſignum eſt regni, propterea ſæpe corona pro ipſo regno ſumitur, Eſa. 28. v. 1. & Syr. 47. v. 8. Ita qui vxorem habet, imperium habet à Domino ſibi conceſſum in vxorem.

2. Re-

2. Regis autem ornatus maximus eſt corona. Ideoque Dauid inter cætera prædicat Pſal. 21. Coronam auream impoſuiſti capiti eius.

Et paſſim in Scriptura corona pro honore & ornatu ſumitur. Prou. 16. ver. 31. Corona dignitatis canicies. Syr. 25. v. 7. Corona ſenum multa peritia.

Prouerb. 14. verſ. 24. Corona Sapientum diuitiæ eorum.

Et Viciſſim Iob. 19. ver. 9 Abſtulit coronam de capite meo, hoc eſt, nudauit me gloria mea, pro ignominia accipitur. Honoris eſt, quod Mardochai geſtat coronam. Eſther. 8. v. 15. Contra, quem Deus vult ignominia afficere, illi detrahendam coronam dicit. Ierem. 13. verſ. 18.

Hinc apparet, mulierem dari viro, tanquam inſigne ornamentum. Teſtatur id aperte præter hunc præſentem locum, Syr. 26. verſ. 21. & ſeqq. Id prima inſtitutio coniugij ſecum fert. Non ſane bonum erat, virum eſſe ſolum. Carebat enim hoc ornatu: qui magna erat pars felicitatis illius. Sicut autem Paulus auditores ſuos Philippenſes vocat gaudium, & coronam ſuam. Phil. 4. v. 1. Ita mulier viri gaudium & corona eſt.

Imo ſicut Deus ſua dona etiam (quibus ornauit ſuos) vocat coronam, Ezech. 16. v. 12. Ita etiam mulier donum & ornamentum eſt à Deo conceſſum viro. Syr. 26. verſ. 3. & 17.

II.

Atqui non de quauis muliere dicitur, quod corona & ornamentum ſit viri. Etenim hoc ipſo loco Salomon de quibuſdam pronunciat, quod ſint pus in oſſibus mariti. Et Syr. 25. verſ. 25. Ignominiam mariti eſſe mulierem malam, iracundam, & quæ furorem etiam geſtibus oſtendit Ibid. v. 31. Mulier nequam plaga mortis, facit faciem triſtem, &c.

Ideo reſtringit Salomon hoc Epitheton (quod coronam

nam viri vocat mulierem) ad certas perſonas, & tale ornamentum dicit eſſe, MVLIEREM SEDVLAM, diligentem. [Hebr. Mulier virtutis.] quæ hoc agit, vt bene præſit familiæ: vt maritum veneretur, colat, nec vnquam admittat, quod ipſum poſſit perturbare, quoad eius fieri poteſt.

Et quid intelligat per mulierem ſedulam, patet ex contrario, quod de muliere; quæ ignominia afficit maritum, affirmat, eſſe pus in oſſibus. Etnim hoc exquiſitiſſimum dolorem parit, nec vnquam ceſſat affligere hominem. Ideoque talis mulier, quæ mœrore afficit & conficit virum, non eſt corona, ſed dedecus & ignominia; imo præſentiſſimum viri venenum, quod lenta tabe conſumptum horribiliter affligit, & tandem enecat. Contra vero, quæ res ſuas in Oeconomia rite diſponit, & ita circa maritum verſatur, vt exhilaret, recreet & reficiat illum, & vitæ dies ipſi proroget. Syr. 26. verſ. 1 & 2. & 19. Et ſumma vt dicam, quæ talis eſt, qualem Salomon eſſe vult Prouerb. 31. v. 11. illa meretur hanc laudem quod ſit corona viri.

III.

Nunc tandem etiam VSVS præcedentium conſiderandus erit. Dicuntur enim hæc omnia, vt tam mulier, quam vir admoneatur officii ſui.

1. Virum quod attinet, ſciatis, mulierem ipſius capiti; tanquam coronam egregiam impoſitam eſſe, vt nobile hoc Dei donum in honore & pretio habeat, quo minus carere poteſt, quam Rex corona ſua. Etenim quomodo ſine vxore beate viuere, quomodo liberos procreare, aut in lucem editos educare, & quomodo familiæ ſuæ proſpicere poterit?

At vix agnoſcunt hoc mariti prius, quam orbati fuerint matrefamilias, corona ſua ornatiſſima. Quemadmodum enim in cæteris, tum demum noſtra bona agnoſcimus, quando ea, quæ in poteſtate habuimus, amiſimus: ita etiam fit hoc loco.

Sunt

Sunt certe vidui miſerrimi omnium, & quicunque boni ſunt, facile teſtabuntur, ſe magnam corporis ſui partem amiſiſſe.

Fit etiam non raro, vt orbati ſuis vxoribus, & bona ſua, & cum his etiam gloriam & honorem perdant Quia corona ablata eſt ab illis. Id quam graue alias ſoleat eſſe, patet Thren. 5. verſ. 16.

Ideoque habeant ſuum etiam honorem mariti vxoribus ſuis. Non enim corona proiicitur ante pedes: ſed geſtatur in capite, & in pretio eſt. Ea quanto magis ornata gemmis & auro, tanto eſt pretioſior. Et quia coronam Deus ſumit de capite Regis Ammonitarum, qui indignum indicat eſſe eum, qui hanc geſtet, & imponit capiti Dauidis (ſecundo Samuelis duodecimo Ideo cogitet maritus, ſi non pro dignitate tractet vxorem, futurum, vt Deus auferat ab ipſo hanc coronam (vxorem piam & ſedulam) & collocet alij digniori. Sicut Abigail Nabalo indigno erepta Dauidi datur à Domino 1. Sam. 25. Vel tamen poteſt illam coronam auferre de capite tuo, & perdere, hoc eſt, euocare ex hac vita vxorem tuã, vt ſic pereat tibi omnis gloria & omne ornamentum tuum. Sicut alias minatur Deus Ezech. 21. Tolle coronam. Non manebit. VANAM, VANAM, VANAM FACIAM coronam eius. v. 27. Qui enim imponit, eius etiam e t auferre. Idem plane cum hac corona fieri poteſt, de qua Salomon hoc loco loquitur.

Deinde vero, quoad mulieres attinet, non eſt, quod hoc nomine ſuperbiant, quia coronæ ſimiles ſint. Corona autem capiti imponitur. Neque ſe maritis imperare poſſe ſibi perſuadeant Atqui corona capiti Regis imponitur, vt ornet illud, non vt imperet. Neque enim rex eſt in poteſtate ſuæ coronæ, ſed corona eſt in manu Regis: qui illam geſtat pro arbitrio. Ita mulier ſciat, ſe quidem ornamentum eſſe viri, non autem Dominum, vel Magiſtrum illius. Et cum corona capiti imponitur, honoris, non oneris cauſa id ſit. Vbi vero caput onera-

Digitized by Google

onerare cœperit, deponitur. Ita ſi fœmina non bonos, ſed onus viri facta fuerit, affectans magiſterium, ibi tum ceſſat eſſe corona viri, & pus fit in oſſibus eius.

Tum autem corona erit viri, quando iuxta primam ordinationem, adiutorium ſuaue eſt viro ſuo. Et notandum, quod ſicut alias coronæ & diademata Regum non tantum ex auro conſtant, ſed etiam Gemmis & Margaritis pretioſiſſimis, patet ex 2. Sam. 12. verſ. 30. Ita Gemmis & Margaritis mulier corona viri, debet eſſe ornata. Sunt autem hæ gemmæ: 1. Timor Domini. Is enim eſt initium omnis ſapientiæ. Laudabitur mulier timens Dominum. Prou. 31. v. 29. 2. Caſtitas & pudicitia. Ideoque dicitur corona SVI viri: non alterius. Sicut corona Regis capiti ipſius, non aliorum imponitur: quia is ſolus regnat. Ita, quia ſolus & vnus maritus in vna domo rex eſt, corona hæc ad illum vnum & ſolum ſpectat. Syrach. 26. verſ. 19. 20. 3. Prudentia in adminiſtranda re familiari, & diligentia vel ſedulitas, de qua ſupra, ex hoc loco. Et Syrach. 26. verſ. 2. Et Syrach. 37. Et Prouerb. 31. 4. Virtutibus alijs debet eſſe prædita, quas recenſet Syr. 26. Et ſunt veræ Margaritæ: vt ſcil. ſit ſenſata & tacita, gratioſa & blanda: bene morata & conſtantis animi, proba &c. Vide ibi. verſ. 16. & ſeq. Si his gemmis ornata ſit, corona fuerit in capite viri. Et accipiat ipſa etiam coronam immarceſſibilem gloriæ ex manu Dei. 2. Tim. 4. 1. Pet. 5. Si minus, monile eſt (Prou. 11.) ſed collo Suis appendendum. Vel corona eſt ſpinea, quæ caput affligit, hoc eſt, maritum excruciat. Draco eſt & Leo in ædibus mariti, ignominia & dolor eſt viri ſui. Syr. 25. Vt neceſſe habeat orare maritus, à mala muliere, libera nos Domine.

THI-

Digitized by Google

THEMA XXXII.

Prou.4.v.1.

Sapiens mulier ædificat domum ſuam: inſipiens exſtructam quoque manibus deſtruet.

DISPOSITIO.

Communis hodie iuuenum querela eſt, quam periculoſum ſit nubere noſtri ſeculi mulieribus. Licet enim delectus illorum haberi poſſit, tamen in hac tanta copia interdum grauiſſime errari: propterea. quod ſæpe deligatur, quæ eſſet negligenda, & negligatur, quæ eſſet ante omnes diligenda.

Rex vero ſapientiſſimus hoc loco conſilium ſuppeditat, quam quiſque ſibi debeat deligere vxorem, ſi velit talem habere coniugem, cuius induſtria domus illius ædificetur: ſcilicet vno verbo, ſapientem Videndum ergo: 1. Quid per mulierem ſapientem intelligat Salomon. 2. Et quare ſapiens præ cæteris ſit deligenda.

I.

SAPIENTEM mulierem, non tantum commendat Salomon hoc loco, ſed alibi etiam ſcriptura, & vocatur alioquin mulier ſenſata Syr.25.v.10 **vernünfftig**: ſiue intelligens, prudens. Idem Syr.7.v.12

Non autem requirit a muliere Salomon, ſummam illam ſapientiam, vt nouerit de myſterijs diuinis: vel de rebus arduis & cauſis grauiſſimis ſapienter loqui: & vt conſiliis ſuis iuuare poſsit alios. Non enim regum curiis, aut grauiſsimis conſultationibus adhibentur mulieres: ſed viris iſta conueniunt. Ideoque Paulus & in Eccleſia & in curia vult tacere mulieres. Quod patet ex 1. Tim. 2: **Sie ſol ſtill ſein.**

... hæc ſapientia eſt mulieris, vt regendæ familiæ & curandæ rei familiari ſufficiat. Et ſic ſemetipſum explicat Salomon, addens, quod dicat ſapientem; quæ

L ædifi-

Digitized by Google

ædificat domum. Ædificare enim domum hic iuxta phraſin ſcripturæ ſignificat, domui ſuæ de omnibus rebus neceſſarijs proſpicere, vt creſcat & augeatur res familiaris. Pſal. 127. Niſi Dominus ædificauerit domum: id eſt, niſi is benedixerit, & neceſſaria dederit ad rem domeſticam, &c. Eadem eſt ſententia Prou. 24. v. 3. Sapientia ædificatur domus: id eſt, augetur res familiaris. Id enim v. ſeq. 4. ſic explicatur, Durch ordentlich Haußhalten werden die Cammern voll / ꝛc.

Ideoque ſapiens eſt, quæ eſt perita rei domeſticæ.

Quamuis autem non omnes iuuenculæ eius ſint dexteritatis, vt omnia mox intelligant, quæ ad commodum ipſorum cedunt: tamen ſi cupiant diſcere ab alijs, mox proficere poterunt. Dann eigen Nutz iſt ein böſer Butz/ dicitur Prouerbio. Nec pudor eſt nil ſcire, ſed nihil diſcere velle. Et ſi in ædibus parentum recte fuerunt inſtitutæ, non deerit talis peritia rei domeſticæ, quæ omnino eſt neceſſaria. Cætera vſus docebit.

Talis prudentia deſcribitur eleganter & prolixe Prouerb. 31. Exempla talium ſunt, Sara, Abigail, Rebecca, Martha.

II.

Quare autem ſapientem mulierem deligere ſatius ſit, quam vllam aliam, iam erit diſpiciendum.

I. Eligendam alij iudicant formoſam. Quia hæc ſit delectatio oculorum. Hanc minime faſtidiendam putant. At ſi ſtulta ſit, quid formæ elegantia proderit rei domeſticæ? Si illa, vt formæ retineat elegantiam, omnia gerat conſilio ſpeculi: nec interim perita ſit, regere familiam, & augere rem familiarem, deſtruetur domus, peribunt omnia, quæ duro mariti labore parta ſunt. Ideoque dicunt noſtrates, Lege die ſchöne auff den Tiſch vnd iſſe darab. Et hoc volunt, ex forma non ſatiari ventrem.

II. Alij eam eligendam putant, quæ ſplendidiori familia & loco honeſto nata ſit: vt ſic amicorum ope iuuari

poſſint,

poſſint, in quocunque propoſito: vt aſpirare poſſint ad honores & dignitates, &c.

1. At ſi illa elata & ſuperba ſit, cuius omnis ornatus conſiſtat in externa munditie, in tortis crinibus, auro & margaritis, &c. 1. Tim. 2. verſ. 9. 1. Pet. 3. v. 3. non augebit rem familiarem, ſed deſtruet Et quæ parata ſunt, vel à parentibus relicta, abſumet.

2. Quid ſi illa cõfidat in ſuis, quos in authoritate conſtitutos nouit, & ſit marito inobediens, detrectat omne illius imperium, & dominatur viro? Certe male illi fuerit conſultum.

3. Sed eſto; ſit hic animus propinquorum & cognatorum vxoris, te ad quoſcunque velis honores proue-here, propter coniugem: Et vero accidat tibi; quod Pſal. 146. verſ. 4. habetur. [Exibit ſpiritus hominis & reuertetur in terram ſuam, tunc perierunt omnes cogitationes illius] quomodo ſtabis? Experiere tum illud Ierem. 17. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum.

4. At poſito hoc etiam caſu, te opes a amicorum coniugis adiutum, ampliſſimos dignitatis gradus adeptum eſſe; quid tum fiet cum vxor tua inſipiens deſtructura eſt domum? id eſt, quando illius negligentia & imperitia ad extremam redactus fueris paupertatem: vt non habeas vnde viuas. Quod multis accidiſſe, experientia teſtis eſſe poteſt. Tum illa infringet dignitatem tuam: & forſitan etiam de altiſſimo dignitatis gradu deturbabit.

III. Maior autem pars iuuenum in hanc deſcendit ſententiam, eligendam eſſe vxorem prædiuitem, vt nunquam egeant. Nec cogitant, quid futurum, ſi diuitiæ pereant. Hi itaque duplici ratione miſeri ſunt. Primis annis vbi abundauerint diuitijs vxoris (antequam illæ dilapidentur) in coniugio erunt rixæ, irreuerentia, & contemptus: quia mulier, quæ opes ſubminiſtrat, dominabitur tibi. Syrac. 25. verſic. 29. Interim dum illa ſtulta eſt & imperita rei domeſticæ, diſſipabit opes & de-

 ſtruet

ſtruet (vt Salomon loquitur) domum. Sic breui temporis ſpacio, ſpe tua fruſtratus, omnibus bonis excidere poteris, & poſtmodum fortiter eſurire. Exẽpla fidem huic rei facientia, poſſent adduci, niſi illa eſſe t odioſa. Et ſi mulier inſipiens ad deſtruendam domum ſemel intendat animum, non poteris effugere paupertatem, ſi Crœſi diuitiæ & Ahaſueri regnum tibi obtigiſſent ex nuptiis illius

Hæc cum ita ſint, ex conſilio Salomonis deligenda eſt prudens, Oeconomię perita & ſedula: ſi maxime nec forma pręſtanti, nec magno loco nata, aut diues ſit. Si enim prudens, diligens, & ſedula fuerit, diuitias facile poterit acquirere, per Dei benedictionem, & laborem indefeſſum. Prou. 31. Eſt enim ſicut nauis inſtitoris. v 14. Agrũ vidit & emit. v. 16. Et bona eſt negotiatio eius. v. 18.

Et ſi maxime non ampliſſimas diuitias poſſideas; ſciendum tamen, in mediocritate optimam eſſe vitæ rationem. Diuitias & paupertatem ne dederis. Prou. 30. v. 8. Nec ex multis bonis viuit homo. Luc. 12. v. 15. Dummodo habeas victui neceſſaria Prou. 30. Sufficit ad hanc vitam. 1. Tim. 6. v. 8. Syr. 29 v. 28.

Ad id vtilis erit prudẽs Oeconomię gubernatrix, mulier, & dabit operam, ne quid rerum neceſſariarum deſit. Exemplo eſt Abigail. 1 Sam. 25. Illa certe alia quoque ratione domum Nabalis alioquin deſtruendam ædificauit.

Et non deſunt exempla mulierum, quæ non tantum ſuas domos, ſed Reſpublicas aliquando deſtruendas ædificarunt, & conſeruarunt ſua dexteritate, Debora, Eſther, Iudith, Mulier Abelites. 2. Sam. 20. Propter has autem ſermo iam non eſt inſtitutus.

Vt autem nunquam deſint mulieres ſapientes, & peritę rei domeſticæ, ſuum officium diligenter faciant parentes, inprimis vero matresfamilias, vt domui ſuæ inſtruant Filias; quo poſſint, vbi viris collocatæ fuerint, Oeconomiæ ſuæ bene præeſſe. Nec vnquam permittant illas eſſe otioſas: ſed aſſuefaciant ad labores: ſiue diuites ſint ſiue pauperes: nec prius matrimonio iungant, quam ope-

operas domeſticas facere ſint edoctæ. Sic fiet, vt olim parentibus ſint honori, habeantur à maritis in magno pretio, ſibi etiam & liberis ſint vtiles.

THEMA XXXIII.

Ex Prou. 17. v. 1.

Melior eſt buccella ſicca cum pane, [vel cum ſatietate, vt eſt in v. german.] *quam domus plena victimis* [ſeu mactatis pecudibus] *cum iurgio.*

DISPOSITIO.

Egregia & inſignis hęc eſt ſententiola Salomonis, quę ipſi Regi ſapientiſſimo ita placuit, vt non ſemel, ſed ſæpius illius ſummam repetierit, verbis etiam haud paululum mutatis. Eccleſiaſticus 4. v. 6. Melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore & afflictione animi. Prou. 15. v. 16. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni cum tumultu. Et mox verſ. 17. repetitur idem his verbis, præſenti textui ſimilimis, ſi ſententiam ſpectes: Melius eſt conuiuium oleris, vbi ſit dilectio, quam bouis ſaginati, in quo ſit odium. Prou. 16. v. 8. Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate.

Et recte hęc ſententiola nuptijs ſolennibus accommodatur. Nam plerique dum coniuges fieri volunt, hoc vnum metuunt, ne tenuiora ſint patrimonia & bona quam quæ ipſis alendis ſufficiant. Et ſi abundantiam bonorum ante oculos videant, vix Deo ſe tuto fidere poſſe opinantur. Contra hoc facit hæc Salomonis toties repetita ſententia, vt & contra omnes eos, qui modico victu ægre ſunt contenti. Cum autem tanta ſit humani cordis peruerſitas, vt vix patiatur ſibi perſuaderi, modicam rerum terrenarum facultatem magis optandam eſſe homini Chriſtiano, quam cumulum diuitiarum. Ideoque occaſione huius loci, 1. Rationes ex alijs ſen-

tentijs ſcripturæ oſtendemus, quare melius ſit buccella ſicca quam plena domus, vt verbis Salomonis vtamur.

2 Quomodo hæc vtilitati noſtræ ſeruire poſſint, dicemus.

I.

I. Ratio ab ipſo Salomone additur: Quia buccella ſicca cum pace poteſt ſumi, ſed vbi domus plena eſt mactatis, ibi iurgia ſunt, & contentiones. Nam vbi multa bona, ibi multi qui comedunt de illis. Eccleſiaſtis 5. v. 10. Vbi enim multa & numeroſa alitur familia, ibi multæ oriuntur contentiones inter domeſticos **Man hat immer dar nuhr zuſtillen.** Hæ contentiones magnas pariunt moleſtias diuitibus. Vbi autem non multi agri, non multa bona, ibi vir cum muliere, & parentes cum liberis, in pace poſſunt viuere.

2. Multa bona multæ comitantur moleſtiæ, vigiliæ, noctes inſomnes. Etenim vt Eccleſiaſtis 5. v. 11. dicitur. Abundantia diuitis non ſinit illum dormire. Melior itaque pugillus cum requie, quam plena vtraq; manus cum afflictione animi & dolore. Eccl 4. v. 6. Qui itaque cõtentus eſt pane quotidiano, optime viuit. Quia dulcis ipſi labor. & poſt laborem quies. Eccl. 5. v. 11. Neq; enim eſt illi labor grauis: quia valido eſt corpore: (Nam ſalus corporis eſt patrimonium pauperis, ait Auguſtinus) Eſtque ipſi quies noctis læta & ſomnus ſuauis, qui multo auro eſt pretioſior. Nam ſi quietem auro redimere, ſi *ἀγρυπνίαν* multis bonis pellere velis, ſæpe tamen fruſtra id tentabis. Illam autem multarum diuitiarum comitem eſſe, iam primum Salomon nobis retulit.

3. Diuites ſuſtinent inuidiam multorum: & ſæpe ipſis propter opes ſtruuntur inſidiæ à latronibus, ſicariis &c. Ideoque Eccl. 5. v. 12. ſic ait Sapiens: Eſt hæc afflictio peſſima, quam vidi ſub ſole, quod diuitiæ cedunt in perniciem Domini ſui. Certe Nabal perijſſet propter diuitias ſuas, cum nemini quicquam vellet elargiri, & iam inhiabant milites Dauidis bonis illius. 1. Sam. 25.

Mul-

Multis theſauri magni mortem accelerarunt: multi mori iuſſi fuere, vt alij bonis ipſorum poſſent frui, Experienta teſtis eſt.

At qui modico contentus viuit, non habet qui illi inuideat. Nemo inuidet miſero, inquit Auguſtinus. Tutus itaque etiam ab inſidijs eſſe poterit.

4. Sed & Deo minus inuiſus eſt, qui modico contentus viuit. Cum, teſte Paulo, qui diuites fieri volunt, incidant in tentationes varias, & in laqueos Diaboli, & deſideria multa ſtulta & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 1. Tim. 6. v. 9.

Facile enim obliuiſcuntur Dei, qui in abundantia viuunt. Iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis & abundantia. Ezech. 16 v. 49. Ideoque metuit ille ſatiatus, ne abneget Dominum, & dicat, quis eſt Dominus? Prou(30. verſ. 9. Exempla. Diuites. Luc. 12. & 16. Etenim qui abundant, non opus eſſe iudicant, vt Deum timeant, aut homines &c. Diuitię enim vrbs roboris eorum, & quaſi murus validus circa ipſos. Prou. 18. v. 11.

Ideoque nec orant, nec pietati ſtudent, vt plurimum. Qui autem minus habent, ardentius pro pane quotidiano orant: Deum timent, & homines bonos, & non offendere cupiunt quenquam. Plures poſſent adduci rationes. Sed ſufficiat hoc vnum: vbi minus moleſtiarum, & plus commodi, ibi iucundior vita. Sed quibus mediocris eſt victus ratio, illi minus moleſtiarum ſentiunt, quam qui abundant opibus. Ergo, &c.

II.

Hæc quæ diximus, ſceleratum amorem habendi ex animis piorum eijcere debent. Eſt autem magnus quęſtus pietas, CVM ANIMO SVA SORTE CONTENTO. 1. Timoth. 6. Non quæramus diuitias, ſed oremus, diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ſed tantum victui neceſſaria. Prou. 30. Et ſufficit nobis aqua, &c. Syr. 29. Nec iuſſit nos Chriſtus petere quicquam (quoad bona

terrenā) præter panem, & illum quidem non ſuperabundantem, ſed quotidianum tantum. Et Manna de cœlo non plus dedit, quam quod vni diei ſufficeret Ideo Paulus; ſi victum & amictum habeamus, nos contentos eſſe debere aſſerit. 1. Tim. 6.

Neque vitæ noſtræ quicquam accedit ex copia diuitiarum, Chriſto teſte. Luc. 12. v. 15. Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet.

Nec viciſſim quicquam decedit, ſi modico ſis contentus Quin imo natura paucis eſt contenta. Et quid proſunt diuitiæ poſſeſſori ſuo, niſi quod cernit oculis ſuis. Eccleſ. 5. v. 10.

At hæc omnium eſt maxima vanitas, quod, qui multa bona poſſidet, ſic abit, quemadmodum venit. Eccleſ. 8. verſic. 14. Quid ergo eſt, quod magnas quærit diuitias? Cum gemitu vita diuitum fugit indignata ſub vmbras. Etenim ſicut nudus venit, ita egredietur nudus. Ibidem verſ. 13. Hoc agnoſcit Iob. primo cap. Sicut nudus ex vtero matris egreſſus ſum, ita reuertar. verſ. 21. Et Paulus: Nihil intulimus. 1. Tim. 6. Hæc cum ita ſe habeant, quis dubitet, quin melior ſit eorum conditio, qui morituri tantas poſt ſe diuitias non relinquunt. Ne itaque ſit, quod te poſſit ſub extremam mortis horam affligere, non petas à Deo, nec optes tibi multas diuitias: (præſertim cum illæ nihil proſint in die iræ. Prou. 11. v. 4) Sic poteris animam tuam lætus commendare Deo, & valedicere mundo.

THEMA XXXIV.

Ex Prou. 8. v. 22.

Qui inuenit mulierem, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino, vel, lætari poteſt in Domino.

DISPOSITIO.

Breuis eſt ſententia hæc Salomonis, ſed neruoſa, & valde

valde Emphatica: docens, quam bonum ſit viro, habere vxorem. Cum itaque multi omnino diuerſum ſentiant, operæ pretium erit, hunc Salomonis locum diligentius excutere.

Hæc autem tractabimus.

1. Vtrum res bona ſit mulier.

2. Quomodo & qua ratione res bona dici mereatur.

3. Vbi talis acquirenda: & quid marito prodeſſe poſſit.

I.

Initio propter peruerſa multorum iudicia, haud immerito quæritur, vtrum res bona poſſit eſſe mulier: non tantum quia plurimæ non ſunt bonæ, experientia teſte. Ieſabel, vxor Iobis, Herodias, &c. ſed etiam, & principaliter quidẽ hanc ob cauſam, quia Eua prima vxor male egit, & cauſa omnis mali eſt. Et mirum, Salomonem dicere vxorem rem bonam, cum tamen mulieres vna fuerint cauſa Idololatriæ ipſius & peccati, atque pœnæ conſequutæ & lacerationis Regni ipſius.

Et teſtantur exempla, quod multum damni dederint ſæpe mulieres. Quæ crimina non ſunt fœminea tentata manu? Eua genus noſtrum felicibus expulit aruis Mala Delila, Athalia, Herodias. Hinc verſus:

Adam, Samſonem, Dauid, Regem Salomonem,
Fœmina decepit, quis modo tutus erit?

Hinc apud gentes male audierunt olim mulieres. Vxorem alij MALVM NECESSARIVM vocarunt. Alij exiſtimarunt, nunquam felicius viuere nos poſſe, quam ſi abſque mulieribus poſſemus viuere. Videns alius ex arbore pendere quaſdam mulieres, optauit omnes arbores eiuſmodi poma ferre, &c. Et quæ alia Gentilium deliria fuere. Atqui ad primum Creatorem reſpiciendum fuerit. Is certe Euam optimam creauit: cum

omnia creata fuerint valda bona: inprimis vero homo ad Dei imaginem creatus, placuit certe bona illa Dei Creatura ipſi Adamo optimo & ſanctiſſimo. Quod autem peccauit, & malum peccando introduxit, culpa Diaboli & ipſius vxoris factum eſt: Et quod adhuc quædam ſunt malæ, Diaboli & ipſarum eſt vitium. At Chriſtus natus ex muliere, non omnes mulieres vult damnari propter vnam: ſed quæ ipſum fide amplectuntur, ſanctæ ſunt & iuſtæ. Ideoque non licet nobis concludere, quod omnes eiuſdem ſint farinæ. Multæ enim ſunt probæ, cordatæ, virtutibus prædita, Sara, Rachel, Rebecca, Hanna mater Samuel, Abigail, Eliſabeth, Maria, Maria ſoror Lazari, Tabea, Hanna, Lydia, &c.

De his dicitur & ſimilibus, quod ſint res bona. Neque enim propter aliquas malas etiam bonæ ſunt vituperandæ: & damnandus omnis ſexus fœmininus. Quemadmodum propter aliquot ebrioſos non male audit vinum: & propter aliquos homicidas non omnes gladii abiiciuntur. Et quas bonas mulieres Scriptura vocat, ſcil. virtute & pietate præſtantes, eas in ſummo gradu, bonas eſſe demonſtrat quibuſdam ſimilitudinibus, quod auro, margaritis, &c. non tantum comparantur, ſed etiam præferuntur. Prou. 31. Syr. 7.

Notandum autem, quod non ſimpliciter de quauis muliere intelligenda ſint hæc verba Salomonis, ſed vt recte Luth. vertit, de coniuge von der Ehefraw. Sunt enim mulieres meretrices aut adulteræ, quam ſi quis inuenit, rem peſſimam inuenit: de quibus Salomon Eccleſ. 2 v. 18 Inclinata eſt ad mortem domus eius & ad mortuos ſemitæ eius. Et Eccleſ. 5. v. 5. Pedes eius deſcendunt ad inferos: Et Prou 23. v. 27. Fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena, in via inſidiatur quaſi latro, & transgeſſores inter homines colligit. Coniunx autem viri pretioſam animam capit Prou. 6. v. 27 & conſeruat gloriam Prou. 11. verſ. 16. & vitam prorogat. Syr. 26. v. 1. Coniugem igitur quæras, non meretricem, ſi bonũ pe[illegible]is.

II. Quo-

II.

Quomodo autem bona eſſe cognoſcitur vxor? aut in quo conſiſtit bonitas illius: Was iſt doch guts an jhr?

1. Non illa dici debet BONA res, quæ ad omnia mariti flagitia conniuet: quemadmodum multi illas tantum bonas eſſe prædicant. Bona autem maritum monere debet.

2. Nec illa bona eſt, quæ liberis indulget quiduis. Bona alioquin mater appellatur, quæ eſt indulgentiſſima. Sed correptione opus. Et reprehenditur Eli propter indulgentiam.

3. Nec bonitas vxoris conſiſtit in formæ elegantia. Eſt enim forma bonum fragile. Et forma annis vel morbis abſumpta, ceſſaret eſſe bona. Imo ſæpe formoſæ ſunt peſſimæ Ideoque Prou. 11 v. 22. non omnis formoſa bene audit. Et lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

4. Nec conſiſtit bonitas mulieris in Diuitiis. Sunt enim diuitiæ iniquæ, & ingenium raro bene formant. Imo ſi diuitem faciat maritum, contentioſa erit & ſuperba, atque ipſi viro peſſima. Syr. 25.

5. Nec bona ſemper eſt, quæ honeſto loco nata eſt. Multæ enim optimorum parentum filiæ nequiſſimæ ſunt. Et viciſſim ſæpe parentum viliſſimorum filiæ virtutibus ſunt præditæ inſignioribus.

Sed in quo tandem conſiſtit bonitas vxoris? Bona eſt, quæ officium ſuum diligenter facit: quod deſcribitur, Epheſ. 5. Coloſ. 3. . . Tim. 3. Tit. 2 1. Pet. 3. Et hæc præcipue bonitatem illius oſtendunt.

1. Si fidele eſt adiutorium mariti. Id Deus ipſe iudicat eſſe bonum Non enim eſt bonum hominem eſſe ſolum. Ergo adiutorium illius eſt BONVM. Geneſ. 2. Prou. 30. teſtatur Salomon, quam bonum ſit viro, habere mulierem: Reddet ei BONVM, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. Et quidni res bona ſit mulier, de qua Syr. 26. pronunciat, BEATVS vir mulieris

bonæ

bonæ. duplicat illi numerum annorum eius. Et repetit verſ. 2. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit. Et verſ. 3. Pars BONA mulier bona.

II. Bona eſt arbor, quæ bonos fert fructus. At mulier parit liberos, fructus tenerrimos, pignora chariſſima, ſalutaria Eccleſiæ, Reipub. & Oeconomię Organa. Quod ſi liberos tanti æſtimes, vt facies merito, quare non matrem optimam cenſeas? Et tam bona eſt hæc res in oculis Dei, vt ſalua ſit mulier per filiorum generationem, ſi manſerit in fide, &c.

3 Bona eſt mulier, quæ eſt, οἰκουρὸς, & rem familiarem adminiſtrat, liberos educat, & omnia rite diſponit in Oeconomia. Hæc ædificat domum. Prou. 14. verſ. 1. Et quam bona ſit hæc res, inde poteſt colligi, quod multis moleſtiis vir ſubleuatur. Inde ſingularem laudem meretur ſedula, & diligens mulier, Häußlich Weib. Syr. 16. Prou. 12.

4. Tandem in vnum congeſſit Paulus cumulum præcipuas virtutes, quibus ſi prædita ſit mulier, optima eſt. 1. Tim. 2 in fine, & ſunt hæ: 1. Fides. 2. Dilectio. 3. Sanctificatio. 4. Caſtitas. Placent enim illa Deo, & habent præmia huius & futuræ vitæ 1. Tim. 4.

Monendi ex hoc loco Mariti, ne ſint in Deum ingrati, & in coniuges iniqui, vt illas iudicent eſſe rem viliſſimam, peſſimam. Et deteſtantur eas, quibus interim carere vel nolunt, vel non poſſunt. Grauiter hi ſunt reprehendendi, & indigni, quibus tantus contingat theſaurus. Sed & alij ſunt, qui licet rem bonam eſſe intelligant mulierem, tamen ipſis nunquam venit in mentem, vt de tanto bono gratias agant. Eleaſarus exemplo ſit, qui pro ſponſa filii herilis gratias Deo agit Gen. 24 quanto magis hoc faciendnm pro coniuge propria.

Et commode etiam tractandæ bonæ coniuges, vt ſentiant præmia laboris & moleſtiarum, quas in Oeconomia coguntur deuorare.

III. Vbi

III.

Vbi autem acquiruntur bonæ eiuſmodi mulieres? Qui INVENIT mulierem, inquit Salomon Ergo ne inueniuntur? Ita ſane. Sed non ſecus viam nec forte fortuna reperiuntur tales. Man ſchüttelt ſie nicht von den Bäumen. 1. Inueniri autem dicuntur, quia bonæ ſunt quærendæ magna ſolicitudine.

Quomodo quærendæ? Precibus ardentiſſimis ad Deum effuſis, vt is mittat nobis Angelum pronubum. Gen. 24. Exemplum non ſerui tantum Abrahami, ſed & ipſius ſponſi Iſaaci hoc docet.

At vbi quærendæ? Apud parentes; curatores, &c. virgines honeſtæ quæruntur, & inueniuntur. Certe Eleaſarus emiſſus eſt quæſitum vxorem Iſaaco. Eam petit legitime à parentibus & cognatis; &c. Si legitime agant proci, ſemper inueniunt honeſtas coniuges.

2. Sed & propterea dicuntur inueniri; quia Deus tales ſæpe offert, & adducit ſponſas, nihil tale cogitantibus, & mirabiliter coniuges copulat: vt non aliter appareat, quam ſi quis inueniſſet coniugem, quam vel omnino non, aut non hoc tempore, vel hoc loco; non quæſiuit. Teſtatur id exemplum Tobiæ iunioris, qui abijt quæſitum debitorem parentis; & in via nihil tale cogitans inuenit vxorem piiſſimam. Tob. 6. Adam de ſomno expergefactus inuenit vxorem, de qua non cogitauit. Gen. 2.

SED quid inuentæ proſunt? De hoc Salamon: Qui inuenit illam, HAVRIET IVCVNDITATEM A DOMINO, vel vt verſio German. habet hoc loco, POTEST LÆTARI in Domino. Vitá enim ipſi habenti adiutorium poteſt eſſe ſuauis & iucunda. Et prolongat illi vxor vitam. De quibus ſupra, ex Syr. 26.

Et à multis curis atque ſolicitudinibus immunis eſſe poteſt maritus, qui commodam vxorem nactus eſt. Teſtabuntur id vidui, qui quam miſeram abſque coniuge

ſtruet (vt Salomon loquitur) domum. Sic breui temporis ſpacio, ſpe tua fruſtratus, omnibus bonis excidere poteris, & poſtmodum fortiter eſurire. Exēpla fidem huic rei facientia, poſſent adduci, niſi illa eſſent odioſa. Et ſi mulier inſipiens ad deſtruendam domum ſemel intendat animum, non poteris effugere paupertatem, ſi Crœſi diuitiæ & Ahaſueri regnum tibi obtigiſſent ex nuptiis illius

Hæc cum ita ſint, ex conſilio Salomonis deligenda eſt prudens, Oeconomię perita & ſedula: ſi maxime nec forma pręſtanti, nec magno loco nata, aut diues ſit. Si enim prudens, diligens, & ſedula fuerit, diuitias facile poterit acquirere, per Dei benedictionem, & laborem indefeſſum. Prou. 31. Eſt enim ſicut nauis inſtitoris. v. 14. Agrū vidit & emit. v. 16. Et bona eſt negotiatio eius. v. 18.

Et ſi maxime non ampliſſimas diuitias poſſideas, ſciendum tamen, in mediocritate optimam eſſe vitæ rationem. Diuitias & paupertatem ne dederis. Prou. 30. v. 8. Nec ex multis bonis viuit homo. Luc. 12. v. 15. Dummodo habeas victui neceſſaria Prou. 30. Sufficit ad hanc vitam. 1. Tim. 6. v. 8. Syr. 29. v. 28.

Ad id vtilis erit prudēs Oeconomię gubernatrix, mulier, & dabit operam, ne quid rerum neceſſariarum deſit. Exemplo eſt Abigail. 1 Sam. 25. Illa certe alia quoque ratione domum Nabalis alioquin deſtruendam ædificauit.

Et non deſunt exempla mulierum, quæ non tantum ſuas domos, ſed Reſpublicas aliquando deſtruendas ædificarunt, & conſeruarunt ſua dexteritate, Debora, Eſther, Iudith, Mulier Abelites. 2. Sam. 20. Propter has autem ſermo iam non eſt inſtitutus.

Vt autem nunquam deſint mulieres ſapientes, & peritę rei domeſticæ, ſuum officium diligenter faciant parentes, inprimis vero matresfamilias, vt domui ſuæ inſtruant Filias; quo poſſint, vbi viris collocatæ fuerint, Oeconomiæ ſuæ bene præeſſe. Nec vnquam permittant illas eſſe otioſas: ſed aſſuefaciant ad labores: ſiue diuites ſint ſiue pauperes: nec prius matrimonio iungant, quam

ope-

Digitized by Google

operas domeſticas facere ſint edoctæ. Sic fiet, vt olim parentibus ſint honori, habeantur à maritis in magno pretio, ſibi etiam & liberis ſint vtiles.

Thema XXXIII.

Ex Prou. 17. v. 1.

Melior eſt buccella ſicca cum pane, [vel cum ſatietate, vt eſt in v. german.] *quam domus plena victimis* [ſeu mactatis pecudibus] *cum iurgio.*

DISPOSITIO.

Egregia & inſignis hęc eſt ſententiola Salomonis, quę ipſi Regi ſapientiſſimo ita placuit, vt non ſemel, ſed ſæpius illius ſummam repetierit, verbis etiam haud paululum mutatis. Eccleſiaſticus 4. v. 6. Melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore & afflictione animi. Prou. 15. v. 16. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni cum tumultu. Et mox verſ. 17. repetitur idem his verbis, præſenti textui ſimilimis, ſi ſententiam ſpectes: Melius eſt conuiuium oleris, vbi ſit dilectio, quam bouis ſaginati, in quo ſit odium. Prou. 16. v. 8. Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate.

Et recte hęc ſententiola nuptijs ſolennibus accommodatur. Nam plerique dum coniuges fieri volunt, hoc vnum metuunt, ne tenuiora ſint patrimonia & bona quã quæ ipſis alendis ſufficiant. Et ſi abundantiam bonorum ante oculos videant, vix Deo ſe tuto fidere poſſe opinantur. Contra hoc facit hæc Salomonis toties repetita ſententia, vt & contra omnes eos, qui modico victu ægre ſunt contenti. Cum autem tanta ſit humani cordis peruerſitas, vt vix patiatur ſibi perſuaderi, modicam rerum terrenarum facultatem magis optandam eſſe homini Chriſtiano, quam cumulum diuitiarum. Ideoque occaſione huius loci, 1. Rationes ex alijs ſen-

tentijs ſcripturæ oſtendemus, quare melius ſit buccella ſicca quam plena domus, vt verbis Salomonis vtamur.

2 Quomodo hæc vtilitati noſtræ ſeruire poſſint, dicemus.

I.

I. Ratio ab ipſo Salomone additur: Quia buccella ſicca cum pace poteſt ſumi, ſed vbi domus plena eſt mactatis, ibi iurgia ſunt, & contentiones. Nam vbi multa bona, ibi multi qui comedunt de illis. Eccleſiaſtis 5. v. 10. Vbi enim multa & numeroſa alitur familia, ibi multæ oriuntur contentiones inter domeſticos Man hat immer dar nuhr zuſtillen. Hæ contentiones magnas pariunt moleſtias diuitibus. Vbi autem non multi agri, non multa bona, ibi vir cum muliere, & parentes cum liberis, in pace poſſunt viuere.

2. Multa bona multæ comitantur moleſtiæ, vigiliæ, noctes inſomnes. Etenim vt Eccleſiaſtis 5. v. 11. dicitur. Abundantia diuitis non ſinit illum dormire. Melior itaque pugillus cum requie, quam plena vtraq; manus cum afflictione animi & dolore. Eccl 4. v. 6. Qui itaque cõtentus eſt pane quotidiano, optime viuit. Quia dulcis ipſi labor. & poſt laborem quies. Eccl. 5. v. 11. Neq; enim eſt illi labor grauis: quia valido eſt corpore: (Nam ſalus corporis eſt patrimonium pauperis, ait Auguſtinus) Eſtque ipſi quies noctis læta & ſomnus ſuauis, qui multo auro eſt pretioſior. Nam ſi quietem auro redimere, ſi ἀγρυπνίαν multis bonis pellere velis, ſæpe tamen fruſtra id tentabis. Illam autem multarum diuitiarum comitem eſſe, iam primum Salomon nobis retulit.

3. Diuites ſuſtinent inuidiam multorum: & ſæpe ipſis propter opes ſtruuntur inſidiæ à latronibus, ſicariis &c. Ideoque Eccl. 5. v. 12. ſic ait Sapiens: Eſt hæc afflictio peſſima, quam vidi ſub ſole, quod diuitiæ cedunt in perniciem Domini ſui. Certe Nabal perijſſet propter diuitias ſuas, cum nemini quicquam vellet elargiri, & iam inhiabant milites Dauidis bonis illius. 1. Sam. 25.

Mul-

Multis theſauri magni mortem accelerarunt: multi mori iuſſi fuere, vt alij bonis ipſorum poſſent frui, Experienta teſtis eſt.

At qui modico contentus viuit, non habet qui illi inuideat. Nemo inuidet miſero, inquit Auguſtinus. Tutus itaque etiam ab inſidijs eſſe poterit.

4. Sed & Deo minus inuiſus eſt, qui modico contentus viuit. Cum, teſte Paulo, qui diuites fieri volunt, incidant in tentationes varias, & in laqueos Diaboli, & deſideria multa ſtulta & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 1. Tim. 6. v. 9.

Facile enim obliuiſcuntur Dei, qui in abundantia viuunt. Iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis & abundantia. Ezech. 16 v. 49. Ideoque metuit ille ſatiatus, ne abneget Dominum, & dicat, quis eſt Dominus? Prou. 30. verſ. 9. Exempla. Diuites. Luc. 12. & 16. Etenim qui abundant, non opus eſſe iudicant, vt Deum timeant, aut homines &c. Diuitię enim vrbs roboris eorum, & quaſi murus validus circa ipſos. Prou. 18. v. 11.

Ideoque nec orant, nec pietati ſtudent, vt plurimum. Qui autem minus habent, ardentius pro pane quotidiano orant: Deum timent, & homines bonos, & non offendere cupiunt quenquam. Plures poſſent adduci rationes. Sed ſufficiat hoc vnum: vbi minus moleſtiarum, & plus commodi, ibi iucundior vita. Sed quibus mediocris eſt victus ratio, illi minus moleſtiarum ſentiunt, quam qui abundant opibus. Ergo, &c.

II.

Hæc quæ diximus, ſceleratum amorem habendi ex animis piorum eijcere debent. Eſt autem magnus quęſtus pietas, CVM ANIMO SVA SORTE CONTENTO. 1. Timoth. 6. Non quæramus diuitias, ſed oremus, diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ſed tantum victui neceſſaria. Prou. 30. Et ſufficit nobis aqua, &c. Syr. 29. Nec iuſſit nos Chriſtus petere quicquam (quoad bona

terreni) præter panem, & illum quidem non ſuperabundantem, ſed quotidianum tantum. Et Manna de cœlo non plus dedit, quam quod vni diei ſufficeret Ideo Paulus; ſi victum & amictum habeamus, nos contentos eſſe debere aſſerit. 1. Tim. 6.

Neque vitæ noſtræ quicquam accedit ex copia diuitiarum, Chriſto teſte. Luc. 12. v. 15. Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet.

Nec viciſſim quicquam decedit, ſi modico ſis contentus Quin imo natura paucis eſt contenta. Et quid proſunt diuitiæ poſſeſſori ſuo, niſi quod cernit oculis ſuis. Eccleſ. 5. v. 10.

At hæc omnium eſt maxima vanitas, quod, qui multa bona poſſidet, ſic abit, quemadmodum venit. Eccleſ. 8. verſic. 14. Quid ergo eſt, quod magnas quærit diuitias? Cum gemitu vita diuitum fugit indignata ſub vmbras. Etenim ſicut nudus venit, ita egredietur nudus. Ibidem verſ. 13. Hoc agnoſcit Iob. primo cap. Sicut nudus ex vtero matris egreſſus ſum, ita reuertar. verſ. 21. Et Paulus: Nihil intulimus. 1. Tim. 6. Hæc cum ita ſe habeant, quis dubitet, quin melior ſit eorum conditio, qui morituri tantas poſt ſe diuitias non relinquunt. Ne itaque ſit, quod te poſſit ſub extremam mortis horam affligere, non petas à Deo, nec optes tibi multas diuitias: (præſertim cum illæ nihil proſint in die iræ. Prou. 11. v. 4) Sic poteris animam tuam lætus commendare Deo, & valedicere mundo.

THEMA XXXIV.

Ex Prou. 8. v. 22.

Qui inuenit mulierem, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino, vel, lætari poteſt in Domino.

DISPOSITIO.

Breuis eſt ſententia hæc Salomonis, ſed neruoſa, & valde

valde Emphatica: docens, quam bonum ſit viro, habere vxorem. Cum itaque multi omnino diuerſum ſentiant, operæ pretium erit, hunc Salomonis locum diligentius excutere.

Hæc autem tractabimus.

1. Vtrum res bona ſit mulier.

2. Quomodo & qua ratione res bona dici mereatur.

3. Vbi talis acquirenda: & quid marito prodeſſe poſſit.

I.

Initio propter peruerſa multorum iudicia, haud immerito quæritur, vtrum res bona poſſit eſſe mulier: non tantum quia plurimæ non ſunt bonæ, experientia teſte. Ieſabel, vxor Iobis, Herodias, &c. ſed etiam, & principaliter quidē hanc ob cauſam, quia Eua prima vxor male egit, & cauſa omnis mali eſt. Et mirum, Salomonem dicere vxorem rem bonam, cum tamen mulieres vna fuerint cauſa Idololatriæ ipſius & peccati, atque pœnæ conſequutæ & lacerationis Regni ipſius.

Et teſtantur exempla, quod multum damni dederint ſæpe mulieres. Quæ crimina non ſunt fœminea tentata manu Eua genus noſtrum felicibus expulit aruis Mala Delila, Athalia, Herodias. Hinc verſus:

Adam, Samſonem, Dauid, Regem Salomonem,
Fœmina decepit, quis modo tutus erit?

Hinc apud gentes male audierunt olim mulieres. Vxorem alij MALVM NECESSARIVM vocarunt. Alij exiſtimarunt, nusquam felicius viuere nos poſſe, quam ſi abſque mulieribus poſſemus viuere. Videns alius ex arbore pendere quaſdam mulieres, optauit omnes arbores eiuſmodi poma ferre, &c. Et quæ alia Gentilium delitia fuere. Atqui ad primum Creatorem reſpiciendum fuerit. Is certe Euam op t manu creauit: cum

omnia creata fuerint valda bona: inprimis vero homo ad Dei imaginem creatus, placuit certe bona illa Dei Creatura ipſi Adamo optimo & ſanctiſſimo. Quod autem peccauit, & malum peccando introduxit, culpa Diaboli & ipſius vxoris factum eſt: Et quod adhuc quædam ſunt malæ, Diaboli & ipſarum eſt vitium. At Chriſtus natus ex muliere, non omnes mulieres vult damnari propter vnam: ſed quæ ipſum fide amplectuntur, ſanctæ ſunt & iuſtæ. Ideoque non licet nobis concludere, quod omnes eiuſdem ſint farinæ. Multæ enim ſunt probæ, cordatæ, virtutibus præditæ, Sara, Rachel, Rebecca, Hanna mater Samuel, Abigail, Eliſabeth, Maria, Maria ſoror Lazari, Tabea, Hanna, Lydia, &c.

De his dicitur & ſimilibus, quod ſint res bona. Neque enim propter aliquas malas etiam bonæ ſunt vituperandæ: & damnandus omnis ſexus fœmininus. Quemadmodum propter aliquot ebrioſos non male audit vinum: & propter aliquos homicidas non omnes gladii abiiciuntur. Et quas bonas mulieres Scriptura vocat, ſcil. virtute & pietate præſtantes, eas in ſummo gradu, bonas eſſe demonſtrat quibuſdam ſimilitudinibus, quod auro, margaritis, &c. non tantum comparantur, ſed etiam præferuntur. Prou. 31. Syr. 7.

Notandum autem, quod non ſimpliciter de quauis muliere intelligenda ſint hæc verba Salomonis, ſed vt recte Luth. vertit, de coniuge von der Eheſraw. Sunt enim mulieres meretrices aut adulteræ, quam ſi quis inuenit, rem peſſimam inuenit: de quibus Salomon Eccleſ. 2 v. 18 Inclinata eſt ad mortem domus eius & ad mortuos ſemitæ eius. Et Eccleſ. 5. v. 5. Pedes eius deſcendunt ad inferos: Et Prou 23. v. 27. Fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena, in via inſidiatur quaſi latro, & transgeſſores inter homines colligit. Coniunx autem viri pretioſam animam capit Prou. 6. v. 27 & conſeruat gloriam Prou. 11. verſ. 16. & vitam prorogat. Syr. 26. v. 1. Coniugem igitur quæras, non meretricem, ſi bonū petis.

II. Quo-

II.

Quomodo autem bona eſſe cognoſcitur vxor? aut in quo conſiſtit bonitas illius? **Was iſt doch guts an jhr?**

1. Non illa dici debet BONA res, quæ ad omnia mariti flagitia conniuet: quemadmodum multi illas tantum bonas eſſe prædicant. Bona autem maritum monere debet.

2. Nec illa bona eſt, quæ liberis indulget quiduis. Bona alioquin mater appellatur, quæ eſt indulgentiſſima. Sed correptione opus. Et reprehenditur Eli propter indulgentiam.

3. Nec bonitas vxoris conſiſtit in formæ elegantia. Eſt enim forma bonum fragile. Et forma annis vel morbis abſumpta, ceſſaret eſſe bona. Imo ſæpe formoſæ ſunt peſſimæ Ideoque Prou. 11 v. 22. non omnis formoſa bene audit. Et lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

4. Nec conſiſtit bonitas mulieris in Diuitiis. Sunt enim diuitiæ iniquæ, & ingenium raro bene formant. Imo ſi diuitem faciat maritum, contentioſa erit & ſuperba, atque ipſi viro peſſima. Syr. 25.

5. Nec bona ſemper eſt, quæ honeſto loco nata eſt. Multæ enim optimorum parentum filiæ nequiſſimæ ſunt. Et viciſſim ſæpe parentum viliſſimorum filiæ virtutibus ſunt præditæ inſignioribus.

Sed in quo tandem conſiſtit bonitas vxoris? Bona eſt, quæ officium ſuum diligenter facit: quod deſcribitur Epheſ. 5. Coloſ. 3. 1. Tim. 3. Tit. 2. 1. Pet. 3. Et hæc præcipue bonitatem illius oſtendunt.

1. Si fidele eſt adiutorium mariti. Id Deus ipſe iudicat eſſe bonum. Non enim eſt bonum hominem eſſe ſolum. Ergo adiutorium illius eſt BONVM. Geneſ. 2. Prou. 30. teſtatur Salomon, quam bonum ſit viro, habere mulierem: Reddet ei BONVM, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. Et quidni res bona ſit mulier, de qua Syr. 26. pronunciat, BEATVS vir mulieris

bonæ

III.

Vbi autem acquiruntur bonæ eiuſmodi mulieres? Qui INVENIT mulierem, inquit Salomon Ergo ne inueniuntur? Ita ſane. Sed non ſecus viam nec forte fortuna reperiuntur tales. Man ſchüttelt ſie nicht von den Bäumen. 1. Inueniri autem dicuntur, quia bonæ ſunt quærendæ magna ſolicitudine.

Quomodo quærendæ? Precibus ardentiſſimis ad Deum effuſis, vt is mittat nobis Angelum pronubum. Gen. 24. Exemplum non ſerui tantum Abrahami, ſed & ipſius ſponſi Iſaaci hoc docet.

At vbi quærendæ? Apud parentes; curatores, &c. virgines honeſtæ quæruntur, & inueniuntur. Certe Eleaſarus emiſſus eſt quæſitum vxorem Iſaaco. Eam petit legitime à parentibus & cognatis; &c. Si legitime agant proci, ſemper inueniunt honeſtas coniuges.

2. Sed & propterea dicuntur inueniri; quia Deus tales ſæpe offert, & adducit ſponſas, nihil tale cogitantibus, & mirabiliter coniuges copulat: vt non aliter appareat, quam ſi quis inueniſſet coniugem, quam vel omnino non, aut non hoc tempore, vel hoc loco; non quæſiuit. Teſtatur id exemplum Tobiæ iunioris, qui abijt quæſitum debitorem parentis; & in via nihil tale cogitans inuenit vxorem piiſſimam. Tob. 6. Adam de ſomno expergefactus inuenit vxorem, de qua non cogitauit. Gen. 2.

SED quid inuentæ proſunt? De hoc Salamon: Qui inuenit illam, HAVRIET IVCVNDITATEM A DOMINO, vel vt verſio German. habet hoc loco, POTEST LÆTARI in Domino. Vitâ enim ipſi habenti adiutorium poteſt eſſe ſuauis & iucunda. Et prolongat illi vxor vitam. De quibus ſupra, ex Syr. 26.

Et à multis curis atque ſolicitudinibus immunis eſſe poteſt maritus, qui commodam vxorem nactus eſt. Teſtabuntur id vidui, qui quam miſeram abſque coniuge

iuge vitam viuant, effuſis ſæpe lachrymis & ſuſpirijs ab imo pectore ductis, quæritantur. Ideoque Mariti iuuenta tali vxore merito lætantur, ſicut hortatur Salomon Eccleſ.5. verſ. 18. Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Et ſane ſiue triſtia, ſiue læta ſint tempora, ſemper habet de quo poſſit gaudere maritus. Si enim triſtia, eſt quod gaudeat, ſe dimidium tantum calamitatis ferre: mediam enim vxor feret, & ſubleuabit illum onere. Læta ſi fuerint, habet quæ ipſi congaudeat & congratuletur. Cætera bona, quæ ex coniuge bona proficiſci poſſunt, ſupra ſunt enumerata. Et de his ſatis.

Quod ſi vir inuenit talem mulierem, quæ bona ſit, & cum qua honeſte lætari poſſit, ſtudioſe hoc agat, vt talem ſeruet, nec corrumpat mores illius, quod multi faciunt. Et fit id 1. vel nimia moroſitate. 2. vel nimia tenacitate erga vxores; & prodigalitate erga alienas atque peregrinas. 3. aut zelotypia. Syr. 9. v. 1. 4. vel morum peruerſitate & vita ſcandali plena: Et vt vno verbo omnia dicam, ſi non cohabitent illis cum RATIONE. 1. Pet. 3. v. 7.

Vbi vero vir in malam inciderit coniugem, hoc agendum, vt bona reddatur, cohabitatione honeſta; qua etiam gentiles lucrifieri poſſe ſperat Apoſtolus. 1. Pet. 3. v. 1. Hæc cum ita ſint, quanto magis debet vir honeſte conuerſari vxori bonæ, & ſua manſuetudine bonam conſeruare. At quia Satan valde inſidiatur coniugio, precibus hic multis opus.

Poſſent hæc etiam mulieribus cedere ad doctrinam; vt tales eſſe ſtudeant, ex quibus maritus iucunditatem haurire poſſit. Quæ enim inuenerit virum, rem bonam, caput & dominum ſuum inuenit.

THE-

THEMA XXXV.

Ex Prou. 19. v. 14.

Domus & diuitiæ hæreditario contingunt à parentibus, à Domino autem vxor prudens.

DISPOSITIO.

Magna laus eſt in ſacris Scripturis vxoris prudentis; quæ nouit & maritum commode tractare, & rem domeſticam prudenter curare. Illa non comparatur tantum, ſed præfertur etiam margaritis. Prou. 31. Non autem eſt dubium, quin omnes, quicunque optant fieri coniuges, talem aliquam ſint deſideraturi. At quod multos fallit expectatio, non hæc eſt cauſa, quod nullæ ſint amplius in rerum natura mulieres prudentes, ſed quod illi non ſciant, vnde neceſſe ſit illas comparari. Et quia neſciunt, vnde proueniat talis mulier, ideoque non legitimo modo acquirere ſtudent.

Dicemus ergo. 1. Vnde vxor petenda, & quibus mediis vtendum.

2. Deinde etiam, quis præterea huius tractationis vſus eſſe poſſit, oſtendemus breuiter.

I.

1. Putant quam plurimi, non niſi ex fortunæ cœco ductu obuenire prudentem vxorem. Et coniugia eſſe plane fortuita. Ideoque nihil cogitant de mediis diuinis; Et hinc natum Prouerbium: **Wer das Glück hat/ der führet die Braut heim.** Et ſi cui contigit vxor, quam illi exoptandam eſſe cenſent, dicere ſolent, Fortunam illi fuiſſe propitiam. **Der Meuſch hat gut Glück auff der Bulſchafft.**

Et quia fortuito caſu hæc putant accidere, non aliis vtuntur mediis, quam vt ſæpe veniant ſpectatum, ſpectentur vt ipſi: ſi forte fiat, vt inueniant, quæ dicat, tu mihi places. Idque fit in vtroque ſexu. Hanc ad conuiuia

tentijs ſcripturæ oſtendemus, quare melius ſit buccella ſicca quam plena domus, vt verbis Salomonis vtamur.

2 Quomodo hæc vtilitati noſtræ ſeruire poſſint, dicemus.

I.

I. Ratio ab ipſo Salomone additur: Quia buccella ſicca cum pace poteſt ſumi, ſed vbi domus plena eſt mactatis, ibi iurgia ſunt, & contentiones. Nam vbi multa bona, ibi multi qui comedunt de illis. Eccleſiaſtis 5. v. 10. Vbi enim multa & numeroſa alitur familia, ibi multæ oriuntur contentiones inter domeſticos Man hat immer, dar nuhr zu ſtillen. Hæ contentiones magnas pariunt moleſtias diuitibus. Vbi autem non multi agri, non multa bona, ibi vir cum muliere, & parentes cum liberis, in pace poſſunt viuere.

2. Multa bona multæ comitantur moleſtiæ, vigiliæ, noctes inſomnes. Etenim vt Eccleſiaſtis 5. v. 11. dicitur. Abundantia diuitis non ſinit illum dormire. Melior itaque pugillus cum requie, quam plena vtraq; manus cum afflictione animi & dolore. Eccl 4. v. 6. Qui itaque cõtentus eſt pane quotidiano, optime viuit. Quia dulcis ipſi labor. & poſt laborem quies. Eccl. 5. v. 11. Neq; enim eſt illi labor grauis: quia valido eſt corpore: (Nam ſalus corporis eſt patrimonium pauperis, ait Auguſtinus) Eſtque ipſi quies noctis læta & ſomnus ſuauis, qui multo auro eſt pretioſior. Nam ſi quietem auro redimere, ſi ἀγρυπνίαν multis bonis pellere velis, ſæpe tamen fruſtra id tentabis. Illam autem multarum diuitiarum comitem eſſe, iam primum Salomon nobis retulit.

3. Diuites ſuſtinent inuidiam multorum: & ſæpe ipſis propter opes ſtruuntur inſidiæ à latronibus, ſicariis &c. Ideoque Eccl. 5. v. 12. ſic ait Sapiens: Eſt hæc afflictio peſſima, quam vidi ſub ſole, quod diuitiæ cedunt in perniciem Domini ſui. Certe Nabal perijſſet propter diuitias ſuas, cum nemini quicquam vellet elargiri, & iam inhiabant milites Dauidis bonis illius. 1. Sam. 25.

Mul-

Multis theſauri magni mortem accelerarunt: multi mori iuſſi fuere, vt alij bonis ipſorum poſſent frui, Experienta teſtis eſt.

At qui modico contentus viuit, non habet qui illi inuideat. Nemo inuidet miſero, inquit Auguſtinus. Tutus itaque etiam ab inſidijs eſſe poterit.

4. Sed & Deo minus inuiſus eſt, qui modico contentus viuit. Cum, teſte Paulo, qui diuites fieri volunt, incidant in tentationes varias, & in laqueos Diaboli, & deſideria multa ſtulta & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 1. Tim. 6. v. 9.

Facile enim obliuiſcuntur Dei, qui in abundantia viuunt. Iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis & abundantia. Ezech. 16 v. 49. Ideoque metuit ille ſatiatus, ne abneget Dominum, & dicat, quis eſt Dominus? Prou(30. verſ. 9. Exempla. Diuites, Luc. 12. & 16. Etenim qui abundant, non opus eſſe iudicant, vt Deum timeant, aut homines &c. Diuitię enim vrbs roboris eorum, & quaſi murus validus circa ipſos. Prou. 18. v. 11.

Ideoque nec orant, nec pietati ſtudent, vt plurimum. Qui autem minus habent, ardentius pro pane quotidiano orant: Deum timent, & homines bonos, & non offendere cupiunt quenquam. Plures poſſent adduci rationes. Sed ſufficiat hoc vnum: vbi minus moleſtiarum, & plus commodi, ibi iucundior vita. Sed quibus mediocris eſt victus ratio, illi minus moleſtiarum ſentiunt, quam qui abundant opibus. Ergo, &c.

II.

Hæc quæ diximus, ſceleratum amorem habendi ex animis piorum eijcere debent. Eſt autem magnus quęſtus pietas, CVM ANIMO SVA SORTE CONTENTO. 1. Timoth. 6. Non quæramns diuitias, ſed oremus, diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ſed tantum victui neceſſaria. Prou. 30. Et ſufficit nobis aqua, &c. Syr. 29. Nec iuſſit nos Chriſtus petere quicquam (quoad bona

terrena) præter panem, & illum quidem non ſuperabundantem, ſed quotidianum tantum. Et Manna de cœlo non plus dedit, quam quod vni diei ſufficeret Ideo Paulus; ſi victum & amictum habeamus, nos contentos eſſe debere aſſerit. 1. Tim. 6.

Neque vitæ noſtræ quicquam accedit ex copia diuitiarum, Chriſto teſte. Luc. 12. v. 15. Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet.

Nec viciſſim quicquam decedit, ſi modico ſis contentus. Quin imo natura paucis eſt contenta. Et quid proſunt diuitiæ poſſeſſori ſuo, niſi quod cernit oculis ſuis. Eccleſ. 5. v. 10.

At hæc omnium eſt maxima vanitas, quod, qui multa bona poſſidet, ſic abit, quemadmodum venit. Eccleſ. 8. verſic. 14. Quid ergo eſt, quod magnas quærit diuitias? Cum gemitu vita diuitum fugit indignata ſub vmbras. Etenim ſicut nudus venit, ita egredietur nudus. Ibidem verſ. 13. Hoc agnoſcit Iob. primo cap. Sicut nudus ex vtero matris egreſſus ſum, ita reuertar. verſ. 21. Et Paulus: Nihil intulimus. 1. Tim. 6. Hæc cum ita ſe habeant, quis dubitet, quin melior ſit eorum conditio, qui morituri tantas poſt ſe diuitias non relinquunt. Ne itaque ſit, quod te poſſit ſub extremam mortis horam affligere, non petas à Deo, nec optes tibi multas diuitias: (præſertim cum illæ nihil proſint in die iræ. Prou. 11. v. 4) Sic poteris animam tuam lætus commendare Deo, & valedicere mundo.

THEMA XXXIV.

Ex Prou. 8. v. 22.

Qui inuenit mulierem, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino, vel, lætari poteſt in Domino.

DISPOSITIO.

Breuis eſt ſententia hæc Salomonis, ſed neruoſa, & valde

valde Emphatica: docens, quam bonum ſit viro, habere vxorem. Cum itaque multi omnino diuerſum ſentiant, operæ pretium erit, hunc Salomonis locum diligentius excutere.

Hæc autem tractabimus.

1. Vtrum res bona ſit mulier.

2. Quomodo & qua ratione res bona dici mereatur.

3. Vbi talis acquirenda: & quid marito prodeſſe poſſit.

I.

Initio propter peruerſa multorum iudicia, haud immerito quæritur, vtrum res bona poſſit eſſe mulier: non tantum quia plurimæ non ſunt bonæ, experientia teſte. Ieſabel, vxor Iobis, Herodias, &c. ſed etiam, & principaliter quidē hanc ob cauſam, quia Eua prima vxor male egit, & cauſa omnis mali eſt. Et mirum, Salomonem dicere vxorem rem bonam, cum tamen mulieres vna fuerint cauſa Idololatriæ ipſius & peccati, atque pœnæ conſequutæ & lacerationis Regni ipſius.

Et teſtantur exempla, quod multum damni dederint ſæpe mulieres. Quæ crimina non ſunt fœminea tentata manu Eua genus noſtrum felicibus expulit aruis Mala Delila, Athalia, Herodias. Hinc verſus:

Adam, Samſonem, Dauid, Regem Salomonem,
Fœmina decepit, quis modo tutus erit?

Hinc apud gentes male audierunt olim mulieres. Vxorem alij MALVM NECESSARIVM vocarunt. Alij exiſtimarunt, nunquam felicius viuere nos poſſe, quam ſi abſque mulieribus poſſemus viuere. Videns alius ex arbore pendere quaſdam mulieres, optauit omnes arbores eiuſmodi poma ferre, &c. Et quæ alia Gentilium deliria fuere. Atqui ad primum Creatorem reſpiciendum fuerit. Is certe Euam optimam creauit: cum

 omnia

omnia creata fuerint valda bona: inprimis vero homo ad Dei imaginem creatus, placuit certe bona illa Dei Creatura ipſi Adamo optimo & ſanctiſſimo. Quod autem peccauit, & malum peccando introduxit, culpa Diaboli & ipſius vxoris factum eſt: Et quod adhuc quædam ſunt malæ, Diaboli & ipſarum eſt vitium. At Chriſtus natus ex muliere, non omnes mulieres vult damnari propter vnam: ſed quæ ipſum fide amplectuntur, ſanctæ ſunt & iuſtæ. Ideoque non licet nobis concludere, quod omnes eiuſdem ſint farinæ. Multæ enim ſunt probæ, cordatæ, virtutibus præditæ, Sara, Rachel, Rebecca, Hanna mater Samuel, Abigail, Eliſabeth, Maria, Maria ſoror Lazari, Tabea, Hanna, Lydia, &c.

De his dicitur & ſimilibus, quod ſint res bona. Neque enim propter aliquas malas etiam bonæ ſunt vituperandæ: & damnandus omnis ſexus fœmininus. Quemadmodum propter aliquot ebrioſos non male audit vinum: & propter aliquos homicidas non omnes gladii abiiciuntur. Et quas bonas mulieres Scriptura vocat, ſcil. virtute & pietate præſtantes, eas in ſummo gradu, bonas eſſe demonſtrat quibuſdam ſimilitudinibus, quod auro, margaritis, &c. non tantum comparantur, ſed etiam præferuntur. Prou. 31. Syr. 7.

Notandum autem, quod non ſimpliciter de quauis muliere intelligenda ſint hæc verba Salomonis, ſed vt recte Luth. vertit, de coniuge **von der Ehefraw.** Sunt enim mulieres meretrices aut adulteræ, quam ſi quis inuenit, rem peſſimam inuenit: de quibus Salomon Eccleſ. 2 v. 18 Inclinata eſt ad mortem domus eius & ad mortuos ſemitæ eius. Et Eccleſ. 5. v. 5. Pedes eius deſcendunt ad inferos: Et Prou 23. v. 27. Fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena, in via inſidiatur quaſi latro, & transgeſſores inter homines colligit. Coniunx autem viri pretioſam animam capit Prou. 6. v. 27 & conſeruat gloriam Prou. 11. verſ. 16. & vitam prorogat. Syr. 26. v. 1. Coniugem igitur quæras, non meretricem, ſi bonū pe is.

II. Quo-

II.

Quomodo autem bona eſſe cognoſcitur vxor? aut in quo conſiſtit bonitas illius: Was iſt doch guts an jhr?

1. Non illa dici debet BONA res, quæ ad omnia mariti flagitia conniuet: quemadmodum multi illas tantum bonas eſſe prædicant. Bona autem maritum monere debet.

2. Nec illa bona eſt, quæ liberis indulget quiduis. Bona alioquin mater appellatur, quæ eſt indulgentiſſima. Sed correptione opus. Et reprehenditur Eli propter indulgentiam.

3. Nec bonitas vxoris conſiſtit in formæ elegantia. Eſt enim forma bonum fragile. Et forma annis vel morbis abſumpta, ceſſaret eſſe bona. Imo ſæpe formoſæ ſunt peſſimæ Ideoque Prou. 11 v. 22. non omnis formoſa bene audit. Et lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

4. Nec conſiſtit bonitas mulieris in Diuitiis. Sunt enim diuitiæ iniquæ, & ingenium raro bene formant. Imo ſi diuitem faciat maritum, contentioſa erit & ſuperba, atque ipſi viro peſſima. Syr. 25.

5. Nec bona ſemper eſt, quæ honeſto loco nata eſt. Multæ enim optimorum parentum filiæ nequiſſimæ ſunt. Et viciſſim ſæpe parentum viliſſimorum filiæ virtutibus ſunt præditæ inſignioribus.

Sed in quo tandem conſiſtit bonitas vxoris? Bona eſt, quæ officium ſuum diligenter facit: quod deſcribitur Epheſ. 5. Coloſ. 3. 1. Tim. 3. Tit. 2 1. Pet. 3. Et hæc præcipue bonitatem illius oſtendunt.

1. Si fidele eſt adiutorium mariti. Id Deus ipſe iudicat eſſe bonum Non enim eſt bonum hominem eſſe ſolum. Ergo adiutorium illius eſt BONVM. Geneſ. 2. Prou. 30. teſtatur Salomon, quam bonum ſit viro, habere mulierem: Reddet ei BONVM, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. Et quidni res bona ſit mulier, de qua Syr. 26. pronunciat, BEATVS vir mulieris bonæ

III.

Vbi autem acquiruntur bonæ eiuſmodi mulieres? Qui INVENIT mulierem, inquit Salomon. Ergo ne inueniuntur? Ita ſane. Sed non ſecus viam nec forte fortuna reperiuntur tales. Man ſchüttelt ſie nicht von den Bäumen. 1. Inueniri autem dicuntur, quia bonæ ſunt quærendæ magna ſolicitudine.

Quomodo quærendæ? Precibus ardentiſſimis ad Deum effuſis, vt is mittat nobis Angelum pronubum. Gen. 24. Exemplum non ſerui tantum Abrahami, ſed & ipſius ſponſi Iſaaci hoc docet.

At vbi quærendæ? Apud parentes; curatores, &c. virgines honeſtæ quæruntur, & inueniuntur. Certe Eleaſarus emiſſus eſt quæſitum vxorem Iſaaco. Eam petit legitime à parentibus & cognatis, &c. Si legitime agant proci, ſemper inueniunt honeſtas coniuges.

2. Sed & propterea dicuntur inueniri, quia Deus tales ſæpe offert, & adducit ſponſas, nihil tale cogitantibus, & mirabiliter coniuges copulat: vt non aliter appareat, quam ſi quis inueniſſet coniugem, quam vel omnino non, aut non hoc tempore, vel hoc loco, non quæſiuit. Teſtatur id exemplum Tobiæ iunioris, qui abijt quæſitum debitorem parentis, & in via nihil tale cogitans inuenit vxorem piiſſimam. Tob. 6. Adam de ſomno expergefactus inuenit vxorem, de qua non cogitauit. Gen. 2.

SED quid inuentæ proſunt? De hoc Salamon: Qui inuenit illam, HAVRIET IVCVNDITATEM A DOMINO, vel vt verſio German. habet hoc loco, POTEST LÆTARI in Domino. Vita enim ipſi habenti adiutorium poteſt eſſe ſuauis & iucunda. Et prolongat illi vxor vitam. De quibus ſupra, ex Syr. 26.

Et à multis curis atque ſolicitudinibus immunis eſſe poteſt maritus, qui commodam vxorem nactus eſt. Teſtabuntur id vidui, qui quam miſeram abſque coniuge

THEMA XXXV.

Ex Prou. 19. v. 14.

Domus & diuitiæ hæreditario contingunt à parentibus, à Domino autem vxor prudens.

DISPOSITIO.

Magna laus eſt in ſacris Scripturis vxoris prudentis; quæ nouit & maritum commode tractare, & rem domeſticam prudenter curare. Illa non comparatur tantum, ſed præfertur etiam margaritis. Prou. 31. Non autem eſt dubium, quin omnes, quicunque optant fieri coniuges, talem aliquam ſint deſideraturi. At quod multos fallit expectatio, non hæc eſt cauſa, quod nullæ ſint amplius in rerum natura mulieres prudentes, ſed quod illi non ſciant, vnde neceſſe ſit illas comparari. Et quia neſciunt, vnde proueniat talis mulier, ideoque non legitimo modo acquirere ſtudent.

Dicemus ergo. 1. Vnde vxor petenda, & quibus mediis vtendum.

2. Deinde etiam, quis præterea huius tractationis vſus eſſe poſſit, oſtendemus breuiter.

I.

1. Putant quam plurimi, non niſi ex fortunæ cœco ductu obuenire prudentem vxorem. Et coniugia eſſe plane fortuita. Ideoque nihil cogitant de mediis diuinis; Et hinc natum Prouerbium: **Wer das Glück hat / der führet die Braut heim.** Et ſi cui contigit vxor, quam illi exoptandam eſſe cenſent, dicere ſolent, Fortunam illi fuiſſe propitiam. **Der Menſch hat gut Glück auff der Bulſchafft.**

Et quia fortuito caſu hæc putant accidere, non aliis vtuntur mediis, quam vt ſæpe veniant ſpectatum, ſpectentur vt ipſi: ſi forte fiat, vt inueniant, quæ dicat, tu mihi places. Idque fit in vtroque ſexu. Hanc ad conuiuia

uiuia ſe vocari, & ad ſaltationes admitti petunt, qui volunt coniuges ſibi deligere.

Multi parentes ideo exponunt ſuas filias, quaſi venales, ad choreas publicas; vt forte fortuna offendant procos Multæ ex virginibus crebris circumcurſitationibus putant ſe velle inuenire; & acquirere procos. Et metuunt; ne; ſi domi maneant, & raro in conſpectum iuuenum veniant, vel neſciantur, vel negligantur ab ipſis.

At quis ſit exitus eius rei, triſtia ſæpe teſtantur exempla. Dina ſi domi manſiſſet, virginitatem rectius cuſtodire potuiſſet. Gen: 34.

Stulte ſane faciunt, quicunque (vtriuſque ſexus homines) putant, ſe ad plateas & in publicis conuentibus ita inuenire poſſe coniuges; quos deligant: ac ſi ad forum eant, vt quæcunque obuia coemere poſſint Mirum ſi non ex arboribus in viis publicis, ſe virgines vel iuuenes poſſe (vt poma) decerpere, credant: ſicut pictores interdum eiuſmodi figmentis irrident talium ſtultitiam.

II. Alij grauius peccant, & à Diabolo (horrendum) petendam coniugem putant. Deus prohibeat, inquis, ne quis ita inſaniat. Sed quid faciunt aliud, qui malis artibus procurare ſtudent coniuges? Numquid enim non malis artibus Diabolum delectari credis? Numquid Deum ab omnibus his abhorrere, tibi homini Chriſtiano eſt perſuaſiſſimum? Sed audies, quinam ſint, qui vere à Diabolo petunt coniugem ſibi dari: ſiue mares ſiue fœminæ.

1. An non audiuiſti aliquando, mendacijs matrimonia contrahenda promoueri debere. Vannis illa apportanda, & plauſtris aduehenda eſſe, aiunt. Hinc plurimi doloſe agunt, vel per ſe, vel per alios mendacia ſpargunt: Gloriantur de generis nobilitate, de induſtria, de [illegible]tiis, de rerum vſu atque experientia; &c. quæ ſciunt eſſe vaniſſima. Sic dolo inducunt iuuenes miſeras puellas;

& hæ

& hæ interdum illos. Quid hi aliud agunt, quam quod Diaboli opera quærunt coniuges? Quis enim eſt pater mendacij? quis mendax ab initio? Certe Diabolus Ioan.8. Huic ſacra faciunt, quicunque mendacijs res ſuas agere tentant.

2. Quid agunt illi, qui philtris & veneficijs, alijſque modis (quos pia mens neſcit; & animus honeſtus horret dicere) tentant ſibi iungere deſideratas perſonas? Nec vero pallantia philtra, Ouidio: Theſſalia philtra, Iuuenali tantum fuere cognita: ſed & noſtri ſeculi hominibus (proh pudor & dolor) Chriſtiano nomine turpiter abutentibus, non ſunt ignota. Teſtis eſt experientia. Exempla autem odioſa ſunt. Certe hoc eſt Diabolum pro conciliandis nuptijs rogare.

3. Non multum ab his abſunt, qui ſuperbis & exquiſitiſſimis veſtimentorum generibus vtuntur, ijſque (interdum ab alijs mutuo acceptis, interdum coemptis at non perſolutis & ære alieno grauatis) in conſpectu illorum (cuiuſcunque ſint ſexus; perinde eſt Nam vtrobique peccatur) à quibus adamari volunt, apparent: & hac munditia (verius immunditia) hocque ornatu amantium (vel amentium) oculos perſtringere, animumque percellere tentant. Taceo illas, quæ ſtibio pingunt faciem, vt amatoribus fucum faciant. Nunquid hoc eſt Diaboli opera vti, in curandis matrimonijs? ita: Quomodo enim abhorreat Deus ab omni faſtu, omni ſuperbia, omni fuco, nemini Chriſtiano ignotum eſſe debet. Vide Eſaiæ caput tertium. verſ. 16. Viciſſim quod Diabolus vt mendacij, ita ſuperbiæ author & ſtrenuus promotor ſit, quis dubitabit?

III. Tandem qui ſibiipſis rectiſſime agere videntur, & nec fortuna ductore, nec Diabolo nuptiarum procuratore vtuntur, illi tamen ab hominibus tantum petendas coniuges exiſtimant. Hinc fit, vt internuncijs & ſollicitatoribus, proxenetis varijs (mulieribus pariter & viris) comendent omnem rem ſuam: eorumque

operas, quos vel pollicitationibus fouerunt, vel honorarijs paratis, multoque ſæpe pretio ad id conduxerunt, ſibi valde vtiles fore ſperant. **Kuppler vnnd Kupplerin müſſen auff dem Seil lauffen.**

Errant vero hi omnes & ſinguli turpiſſime, dum non attendunt Salomonis noſtri ſententiam, quæ eſt hæc, NON NISI à DEO eſſe mulierem prudentem. Etenim alia ratione eſſe acquirendam vxorem (ita etiam virum) quam quæ alias in acquiſitione bonorum terrenorum obſeruetur, diſerte aſſerit ſapiens. Diuitias quidem & bona, agros, &c. poſſe vel tempore nuptiarum dari a parentibus, vel hæreditate ab illis relinqui. Vxorem autem à parentibus nec dari nec relinqui poſſe: ſed à Deo tantum.

Licet enim parentes etiam poſſint conſultare de coniugijs ſuorum liberorum, neſciunt tamen, quæ ſit futura prudens vel non. Nec poſſunt deſtinare certam perſonam, nec tempus, nec occaſionem, nec locum matrimonij præuidere: Id enim vnius Dei eſt.

Teſtantur illud exempla ſcripturæ & communis experientiæ.

Cum igitur peculiari ordinatione diuina, vxor bona contingat, colligimus, non niſi à Deo petendam eſſe. Et orandus is, vt gubernator, rector & procurator coniugij eſſe velit: vt mittat Angelum ſuum, ſicut Abrahami filio Gen. 24. Et Tobiæ iuniori. Tob. 6. per Angelum pronubum proſpexit. Orat ſeruus Eleazari. Et ipſe Iſaacus. Gen. 24.

Sed, quæ de muliere dicta ſunt, ea etiam ad virum pertinent. Vir enim prudens à Deo datur atque deſtinatur vxori.

II.

I. Licet autem diuina prouidentia nobis contingant coniuges, non tamen inde ſequitur, nos otioſos deſidere debere, ſed hoc nihilominus agendum, & parentibus

& cu-

& curatoribus, & ipſis etiam liberis, vt legitimis modis atque medijs vxorem bonam conſequantur. Orat Abrahamus & Iſaacus atque Eleazarus, nihilominus tamen ſeruus mittitur ad compellandum parentes, ſponſam, &c. Deus enim, licet iam ante præuiderit, quæ futura ſit coniunx, tamen per media agere vult.

II. Quia à Deo datur vxor, ideoque maritus hoc Dei donum grata mente debet agnoſcere, & propter Deum ipſam diligere & honeſte tractare. Sicut princeps aliquis petens ab alio conſiliarium, cuius opera poſſit vti in rebus grauiſſimis, benigne illum tractat, ſi à priori Domino ad ipſum mittatur: idque in honorem Principis magis quam ipſius Conſiliarij. Ita & hic. Petijſti à Deo vxorem. Annuit Dominus. Ergo propter Dominum illam decenter tractabis.

Poteſt enim Deus hoc ſuum donum repetere, cum magno tuo damno.

III. Si vxor Deo ita volente, incidat in ægritudinem, & varias neceſſe ſit te cum illa experiri miſerias & moleſtias, patienter id erit ferendum. Quia à Domino tibi data, non vt tantum diligas eam, quando commoda fruitur valetudine: ſed vt in aduerſis etiam, propter Deum vxorem non deſeras. Idem Deus vxori cogitandum reliquit, dum reprehendit in Scriptura vxorem Hiobis, quæ viri calamitates ægre ferebat. Hiob. 2. verſ. 9.

IV. Sed & vxor admoneatur ex hoc loco, quia Deus illam dederit marito, ideoque patienter illam ferre debere iugum mariti. Idque propter Deum, qui ſubiecit ipſam. Nec indignabunda dicat, quis me Diabolus huic viro copulauit? Deus enim & Abigailem dedit Dauidi, & Nabalum deſtinauit Abigaili. Voluntati illius, quæ non poteſt eſſe, niſi bona, nunquam reluctandum. Sicut omnis creatura propter Deum ſubiecta manet vanitati Rom. 8. ita mulier prompto animo ferat hanc ſubiectionem.

THEMA XXXVI.

Ex Prouer. 31. v. 10.

Si quis inuenerit mulierem præſtantem, ea longe eſt pretioſior margaritis.

In nuptijs M. Ioannis Theodorici Schnepffij, Affinis. Anno 1590. 1. Decemb.

DISPOSITIO.

Magnam laudem merentur mulieres bonæ paſſim in ſcriptura. Rem bonam vocat Salomon. Prouerb. 11. Inde comparantur rebus omnium præſtantiſſimis: ſcilicet auro. Syr. 7. Imo Soli ſplendidiſſimo. Syrach. 26. Sed & inter alia non eſt negligendus locus præſens, vbi Salomon mulieres comparat Margaritis pretioſiſſimis. Quod quidem hac de cauſa factum eſt, vt tam viri; quam mulieres ſui officij admonerentur. Nos itaque videbimus; quid hæc ſimilitudo de Margaritis tam (1.) mulierem quam (2.) virum monere debeat.

I.

1. Non margaritis tantum æquiparat, ſed antefert vxorem Salomon. Eſt autem Margaritarum non infima laus; ideoque in magno pretio habentur, & proxime ad gemmas accedunt. Chriſtus ipſe Regnum Dei pretioſiſſimæ Margaritę comparat, pro qua Mercator omnem ſubſtantiam dederat. Matth. 13.

Sapientiam comparat Salomon Margaritis. Prouerb. 3. v. 15.

Cleopatra Regina Ægypti duos legitur habuiſſe Viniones per manus Regum Orientis ſibi traditos: quorum quiſque centies ſeſtertium conſtitiſſe legitur, hoc eſt, centum & quinquaginta mille Coronatis: quod prope accedit ad duas tonnas auri.

Iulius Cæſar eodem pretio margaritam emiſſe legitur: Vide Plinium de margaritis lib. 9. cap. 35.

Ma-

Magnum ſane pretium. At his omnibus multo pretioſiorem eſſe vxorem teſtatur Salomon. Certe magnum ſi cum his comparentur, at longe præferuntur.

L. Magna hinc mulieribus conſolatio proponitur, quando vident, in quanto ſint pretio apud Deum. Angit hoc miſeras interdum, cum vident ſe à viris contemni, propter infirmitatem ſexus: Putant ſe etiam à Deo abiectas: preſertim cum cogitant ab ipſis peccatum proueniſſe. Et propter peccatum ſe varijs calamitatibus obnoxias ſentiunt. Viciſſim ſolentur ſe hac ſimilitudine. Et honorauit illas filius Dei natus ex muliere. Petrus vocat cohæredes gratiæ, 1. Pet. 3.

3 Verum ne hinc occaſio detur illis ſuperbiendi, notandum, dequibus mulieribus loquatur Salomon. Neq; enim omnes ex æquo margaritis ſimiles ſunt. Herodias, Iſabel, &c. tales non ſunt. Quæ vero margaritæ vocari volunt, præſtent ſe tales, quales requirit Salomon

Sed quæ ſunt ſimiles Margaritis? Num formoſæ? At Prouerb. 11. Et Prouerb. 31. verſ. 30. aliud extat. Num diuites? At Syr. 28. verſ. 29. diuerſum habet. Verum VIRTVTE PRÆDITAS AVT PRÆSTANTES tales vocat. Quapropter virtutibus operam dent; quæ in pretio eſſe voluerint.

Quas autem virtutes requirat Salomon, ipſa hæc de margaritis ſimilitudo docet.

1. Sicut enim margaritæ ſunt ornamentum, & ornatus cauſa geſtantur: ita mulier ſit ornamentum viri. Prouerb. 12. Corona viri. 1. Cor. 11. gloria viri. Syr. 26. Ornamentum in domo ſua.

Quod ſi ipſa ornamentum viri eſſe vult, neceſſe eſt, vt ſit ornata etiam ipſa, non auro & margaritis. 1. Tim. 2. 1. Pet. 3. ſed 1. Timore Domini. Laudabitur timens Dominum. Prou. 31. verſ. 30. Inde etiam liberos erudiet in timore Domini. Epheſ. 6.

2. Humilitate & obedientia erga maritum. Sara virum Dominum vocans. 1. Pet. 3.

 3. Pud-

3. Pudicitia & caſtitate, 1. Tim. 2. 1. Pet. 3. Quæ ex timore Domini ſequitur.

Sicut margaritæ in conchis ſuis naſcuntur, quibus adhærent, & à quibus difficulter auelli poſſunt (Dicuntur etiam retinere ſplendorem diutius, ſi non geſtentur ad Solem.) Ita etiam mulier debet eſſ. οἰκουρός non vagabunda: ſed quæ ægre auellatur à domo ſua. Hac de cauſa veteres pingebant mulierem inſiſtentem teſtudini, quod ſemper curam domus ſecum ferat. De quo Prouerb. 31. prolixe dicitur.

Tales eſſe ſtudeant vxores, & tum demum vere gloriari poterunt, ſe Margaritas eſſe pretioſas in conſpectu Domini. Sed pergamus ad viros.

II.

Sciant igitur viri, non propter vxores tantum hanc comparationem inſtitutam, ſed etiam propter ipſos.

I. Cum margaritæ non omnibus vbique locis reperiantur, ſed ſint rariſſimæ & propterea chariſſimæ: monentur mariti, non eſſe vulgare donum, ſi ipſis præſtans virtute mulier obtigerit. Dei donum eſſe oſtenditur, Prou. 19. v. 14. Syr. 26. v. 3. 17.

Ideoque non omnibus ſunt tales mulieres, vt quod rarum eſt, charum nobis ſit.

Sicut enim margaritæ non reperiuntur in via publica, ita nec vxor præſtans.

Pretioſas eſſe iudicemus: nec tam vili pretio vendendas ſciamus, quemadmodum nonnulli opinantur.

2. Si autem talis margarita pretioſa per Dei gratiam nobis data ſit, tractemus illam, vt decet. Chriſtus ipſe monet, Margaritas ante porcos non proijci debere. Matt. 7. ne conculcent. Ideoque maritus non ſit porcus conculcans hanc margaritam; vxorem ſcilicet, pedibus.

Cum ratione cohabitent mariti. 1. Pet. 3. Admonitio neceſſaria. Quia noſtrates multi ſimiles ſunt Iudæis & duræ ceruicis mariti, indigni, quibus talis contingat

mar-

Digitized by Google

margarita. Vnnd hat doch manche grobe Saw ein ſeine Perlin. Quod ſi indigne tractent eas, vehementer Deus offenditur, quod patet ex Malach. 2. v. 11. Et redundat illa iniuria in Deum, qui dedit hanc margaritam. Interdum iterum repetit, magno cum detrimento viri, qui tum demum agnoſcit bona ſua, cum amiſit.

THEMA XXXVII.

Ex Prouer. 31. à verſ. 10. ad finem.

ALEPH. *Si quis inuenerit mulierem præſtantem, ea precioſior eſt margaritis.*

BETH. *Confidit in ea cor viri ſui, & opes illi non deerunt.*

GIMEL: *Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ.*

DALETH. *Quæſiuit lanam & linum, & operatur cum voluptate manibus ſuis.*

HE. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum.*

VAV. *Et de nocte ſurrexit, deditque pabulum domui ſuæ, & cibaria ancillis ſuis.*

ZAIN. *Cogitauit de agro acquirendo, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.*

HETH. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum.*

TETH. *Guſtauit & vidit, quia bona eſt negociatio eius, & non extinguetur in nocte lucerna eius.*

IOD. *Manum ſuam miſit ad colum, & digiti eius apprehenderunt fuſum.*

CAPH. *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.*

LAMED. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.*

MEM. *Stragulatam veſtem fecit ſibi byſſus & purpura indumentum eius.*

NVN. *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ.*

SAMECH. *Veſtem fecit & vendidit, cingulum tradidit inſtitori.*

AIN. *Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo.*

PE. *Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.*

ZADE. *Conſiderauit greſſus domus ſuæ, & panem pigritiæ non comedit.*

KVPH. *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt: vir eius laudauit eam.*

RES. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.*

SIN. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur.*

THAV. *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.*

DISPOSITIO.

Mos erat antiquis res varias carminibus complecti. Tale carmen deſcribitur hoc loco, quod continet laudes honeſtæ matronæ. Notandum autem, quod hoc carmen eſt compoſitum iuxta numerum Alphabeti Hebraici. Tot

Tot enim continet verſus, quot ſunt literæ Hebræorum, nimirum XXII. Quod in quibuſdam Pſalmis etiam videre eſt. Et hæc fortaſſis fuit eius rei cauſa, vt ſic memoriæ poſſent mandare, honeſtæ virgines & matronæ, de quibus non eſt dubium, quin hoc carmen publice decantarint.

Quia autem prolixum eſt hoc carmen ſiue canticum, placet illud in duo capita diuidere: & ſingulos verſus hinc inde diſperſos ſingulis capitibus ſubiicere.

1. Dicendum, quis ſit labor, & quæ induſtria ſit vxoris prudentis & præſtantis.

2. Ad quos pertineat fructus huius laboris: ſcil. 1. Ad maritum. 2. Liberos 3. Domeſticos. 4. Pauperes. 5. Et tandem ad ipſam quoque matrem familias. Poſt etiam vſum horum omnium demonſtrabimus.

I.

Mulier prudens nunquam eſt otioſa, ſed ſemper inuenit, quod agat in Oeconomia ſua. Et quidem ad hoc requiritur ante omnia, vt ſit ſtrenua & ſedula, **die ein Sach friſch angreiffe.** Hinc verſ. 17. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium Heth. v. 15. Et ideo etiam de nocte ſurrexit. **Sie läſt jhr den Schlaff nicht zu lieb ſeyn.** Vau. Non extinguitur lucerna illius v. 18. Teth. Nec tantum alios iubet laborare, ſed ipſa etiam ſuis manibus laborat: & quidem cum voluptate. verſ. 13 Daleth. Neque vero tractat non neceſſaria, ſed quæ decent mulierem, & quæ pertinent ad rem domeſticam.

Quærit lanam & linum. v. 13. Daleth.

Manum ſuam miſit ad colum, & digiti eius apprehenderunt fuſum. v. 20. Iod.

1. Sed quid inde acquirit? Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. v. 22 Mem. Ergo ſibi veſtes comparat & ſuis; vt non neceſſe ſit, emere ab aliis magno pretio.

 2. Verum

2. Verum non omnia ad veſtitum abſumit, ſed conficit etiam ex lana linoque, quæ aliis diuendat.

Veſtem fecit & vendidit, & cingulum tradidit inſtitori ſeu mercatori. v. 24 Samech.

3. Nec eſt quod exiſtimes, vile eſſe lucrum id, & non tale quod multum afferat commodi: ideoque dicitur, BONA EST NEGOCIATIO EIVS. verſ. 18. Teth.

Etenim & agros & vineas de illa pecunia emit. Cogitauit de acquirendo agro & emit eum, & de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. verſ. 16. Zain.

Summa, nihil eſt, quod non poſſit acquirere ſua dexteritate atque induſtria. Quia facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. verſ. 14. He.

4. Etenim nihil intermiſit, quod poſſet facere ad augendam rem familiarem. Conſiderauit greſſus domus ſuæ. PANEM PIGRITIÆ NON COMEDIT. v. 27. Zade. Intenta eſt in omnes occaſiones augendæ rei familiaris: & ipſa omnia ſtrenue aggreditur, & facit operas ancillarum. Imo multæ non poſſent tantum præſtare, quæ ea dexteritate non pollent, quantum ipſa vna. Ideoque ſequitur: Multæ filiæ quidem congregant diuitias: Tu autem ſupergreſſa es vniuerſas. verſ. 29. Res.

Vides quid poſſit præſtare mulier, virtute & peritia rei domeſticæ prædita.

II.

Quod ſi vero multum lucrata fuerit vxor, at maritus nihil inde ſentiat commodi, parum fuerit, ſiue talem habeat vxorem, ſiue non. Quid iuuabit, ſi ipſa marito inuideat fructum laboris ſui?

I. Atteſtatur Salomon, præſtantem virtute mulierem ita tractaturam eſſe maritum, vt ipſi omnia bona vxoris ſint communia. Etenim ſi talis marito ſit vxor. 1. NON DEERVNT illi opes, verſ. 11. Beth. Et tuto poteſt illi mari-

maritus concredere omnem rem familiarem. Certus enim eſt, quod nihil damni ſit datura Confidit, ideoque in ipſa cor viri ſui. v.11. Beth.

2. Quod ſi maxime maritum participem faciat bonorum, at alia ratione ipſi ſit moleſta, ſit obmurmuratrix, & quæ quotidie exprobret ipſi ſuos labores? maritus certe nihilominus miſer erit, licet non egeat. Sed ne hoc faciat, prohibet virtus illius & bonitas Ideoque reddet marito BONVM & non malum, OMNIBVS DIEBVS vitæ ſuæ. v.12 Gimel. Blande & benigne tractabit ipſum, quæ talis eſt.

3. Neque vero ſatis. Habebit maritus laudem ex illa vxore & coruſcat radiis eius Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ. v. 23 Nun. Erit illa mulier ſapiens honori: & marito ſuo & liberis. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. v. 25. Ain.

Annon igitur laudanda vxor talis? Mulier certe timens Dominum laudabitur. v. 30. Sin. Et ipſe vir merito laudabit illam. v.28. Kuph. Eſt enim pretioſior margaritis. v. 10. Aleph.

II. Sed nondum ſatis. Experientur etiam domeſtici illius induſtriam, fruentur inprimis hoc labore matris, filij eius. Illi hereditatem inde ſperabunt ampliſſimam. Ideoque merito dicitur, ſurrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicarunt. v. 28. Kuph. Et grata mente hoc agnoſcunt merito. At maius eſt id, quod inſtruit liberos. Os enim ſuum aperuit in ſcientia, & lex in lingua eius. verſ. 26. Pe.

III. Neque filij tantum, ſed & omnes domeſtici fruentur hac induſtria matrisfamilias. Etenim illa etiam ſeruis & ancillis proſpicit de neceſſariis. Et de victu pro illis eſt ſolicita. De nocte ſurrexit, & dedit pabulum domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. verſ. 15. Vau.

Nec de victu tantum, ſed & de amictu illis proſpicit quam

quam optime Non enim frigore ſinit perire ſuos. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim DOMESTICI EIVS VESTITI SVNT DVPLICIBVS Fida certe materfilias.

IV. Quin etiam extranei participes fiunt laboris illius, non tantum domeſtici. Non enim auara eſt, quæ manum tantum habeat apertam, & parata ſint ſemper accipere, nunquam autem dare. Etenim MANVM SVAM aperit inopi (iuxta id Eſa. 58. v. 7. Frange, &c.) & PALMAS SVAS EXTENDIT ad pauperem: iuxta Regulam Paulinam, laboret manibus, vt poſſit dare egentibus, Epheſ. 4. v. 27.

R. Sed nunquid ipſa omnibus proderit: ſibi autem minime? Imo. 1. Date illi (etiam) de fructu manuum ſuarum. verſ. vlt. Thau. Habebit ſemper vnde viuat, nec quæret panem.

2 Bona ipſi negociatio: Et hoc videbit atque guſtabit. verſ. 18. Theth. Nihil peribit in Oeconomia illius Omnia cedent ad commodum ipſius.

3. Et quod maximum eſt, perpetuam habebit laudem. Ridebit in die nouiſſimo. v. 25. Ain. Laudabitur. 1 à viro. v. 28. Kuph. 2. à filiis. v. 28. Kuph. 3. à domeſticis. verſ. 21. Lamed. 4. Et ab omnibus, inprimis vero Senatoribus & Primatibus eius loci, vbi ſuum habebit domicilium. v. 23. Nun.

Et vere erit pretioſa in conſpectu omnium, qui illam omnibus margaritis præponent. Et cuiuſcunq; ſit formæ (ſi maxime neglectæ etiam) tamen propter inſignes has virtutes, (quarum omnium fundamentum eſt timor Domini) laudabitur ab omnibus bonis. v. 30. Sin.

III.

At quorſum hæc omnia? Multum ſane poterunt docere vtrumque coniugem.

I. Maritus admonetur, ne vilipendat omnem ſuæ vxoris laborem & induſtriam: ſicut multi faciunt. Inuenias

uenias enim tales viros, qui ſuum laborem & ſudorem magnopere prædicant, ſummisque laudibus ad cæli ni ſemetipſos euehunt atque extollunt: Interim omnia vxoris negocia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt. Nec cogitant, quod ipſi nolint, vel pro mille florenis, vnius anni moleſtias, vxori deuorandas ſubire, cum pleræque illarum continuis ſæpe annis; (iiſque non paucis) ſint liberis pariendis, lactandis, lauandis, tergendis: Idem coquendo; domum purgando, omnes ædium ſordes eliminando, &c. occupatiſſimæ. Ideoque iniqui ſunt duri Nabalis ſocii, qui hæc non agnoſcunt. Prædicanda hæc ſunt Salomone teſte; (hoc loco) non contemnenda, annihilanda, explodenda.

Quin imo vt maritus idem faciat, quod vxor; monendus. Si enim infirmum vas tantum præſtat, quare non idem faciat validius? Si membra, cur non potius caput. Curet ne vxori deſint neceſſaria. Reddat illi bonum, non malum. Similis ſint naui mercatoris De nocte ſurgat; nec comedat panem pigritiæ. Vt agrum & vineam emat, plantet: accingat brachia ſua ad laborem: Proſpiciat liberis & domeſticis: Et miſereatur inopis. Prou. 19 v. 17. Sic & ipſe laudabitur in porta; propter opera ſua.

II. Deo agendæ gratiæ, ſi marito talis vxor detur, in qua cor viri poſſit confidere, id eſt, qui certus eſſe poſſit de fideli bonorum diſpenſatrice. Certe margaritis multo pretioſior eſt, & Dei ſingulare donum. De hoc ſæpiſſime alias.

III. Diſcunt etiam viri, quid in delectu mulierum potiſſimum ſpectandum ſit, non opes non forma, non affinitas, &c: ſed ante omnia virtus & pietas. De diuitiis hodie prima ſolet eſſe quæſtio; de pietate vltima. Hinc fit, quod paucis tales contingunt vxores. Licet autem non omnes mulieres, quantumuis bonæ & probæ, his omnibus (quæ hic Salomon prædicat) poſſint ſatisfacere; tamen ſi pro poſſe & noſſe ſuum faciant officium; nec

nec vllam occaſionem de marito & familia bene merendi prætermittant, debet maritus contentus eſſe. Vltra poſſe enim nemo obligatur.

V. Sed & vxores diſcant, quibus virtutibus ornatæ eſſe debeant, ſi velint pro margaritis & in pretio haberi. In hoc ergo, quaſi ſpeculo ſeſe contemplentur.

Et ſtudeat vxor præſtans. 1. Eſſe timens dominum. Hic erit fons omnis boni

2. Reddat marito bonum & non malum. v. 12. Non inuideat illi, ſi ipſa manibus ſuis quæſtum fecerit. Vxor Tobiæ. Tob. 2. v. 19.

3 Panem pigritiæ non comedat. v. 27. Ne dilapidet ipſa ſudorem mariti.

4. Non liberis tantum, ſed & famulis proſpiciat de victu, & amictu, & omnibus vitæ neceſſariis.

Sic laudabitur à ſuis & alienis. Et laudem quoque à Deo reportabit: præſertim, ſi etiam pauperibus benefaciat. Inprimis vero notabit, non aliena eſſe tractanda, aut curanda vxori, ſed tantum ea, quæ requirit vocatio. Nihil illa ſit ſolicita, quid agatur in curiis, quid hic vel illic fiat: ſed lanam & linum tractet, & apprehendat colum ac fuſum. Et recte dicitur conſiderat greſſus DOMVS SVÆ. Wie es in JHREM Hauſe zugehe. verſ. 27. Non curat quid fiat in aliena domo. Et non in publico loqui illas vult Paulus 1. Corinth. 14 Nec, licet opulentæ aut nobiles ſint, ſubterfugere laborem debent. Et ſunt colum & fuſus arma mulierum, quæ tractare debent. Auguſtus & Carolus Magnus docuiſſe filias ſuas lanificium leguntur. Mater & ſoror Alexandri veſtes conficiunt, quas Alexander Reginis monſtrat.

THE-

Thema XXXVIII.

Ex Prou. 31. verſ. 30.

Fallax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier autem timens Dominum ipſa laudabitur.

DISPOSITIO.

Mirum forſitan alicui videri poſſet, quod cum Prouerb. 31. capite, omnes præſtantis & excellentis mulieris virtutes, quæ vnquam poſſunt deſiderari, tam acurate deſcriptæ ſint: tamen de formæ elegantia plane mutus fuerit author illius Encomii ab initio capitis per verſus viginti. Nec alibi per totum librum legitur, quod formæ elegantia in muliere ſingulariter commendata fuerit. Longe igitur diuerſum ſentit à noſtris iuuenibus, qui formam virginum cæteris omnibus corporis & animi bonis longiſſime interdum præferunt. Fortaſſis igitur formarum ſpectator vel Lamuel vel Salomon non fuit, aut aliud aliquid formam illi fecit ſuſpectam.

Verum ex verbis prælectis intelligimus, quæ eius rei cauſa: videlicet, quod de forma mulieris parum ſenſerit, ſed animi dotes potiſſimum requiſiuerit.

Hoc itaque iudicium præſens, cùm ab aliorum iudicio valde ſit diuerſum, erit aliquanto accuratius expendendum.

Examinandæ igitur. 1. erunt. cauſæ. ob quas author hoc loco mulieris formam plane nihili fecerit

2. Quid is potiſſimum in muliere ſpectandum eſſe iudicauerit, audiendum.

I. Pars.

Verba Regis ita habent: Fallax & vana eſt gratioſa pulchritudo: vel, pulchritudo & iucunditas nihili facienda eſt. Loquitur autem de mulieris iucunda & accepta pulchritudine. Non autem hoc vult, formoſitatem & elegantiam non eſſe habendam pro dono Dei.

(cum

(cum Scriptura hæc etiam in mulieribus piis, tanquam ſingulare Dei donum commendet, vt in Abigaile, Rachele, Rebecca, Eſther, Sara, &c.) Verum hæc eſt ſententia illius: Reſpectu aliarum virtutum, quæ potiſſimum exornant animam, & ad ſalutem proſunt, formam plane nihil valere. Quin etiam inter externa dona corporis, formam vltimum locum obtinere.

Cauſas eius rei audituri, animum præiudicijs vacuum habete.

1. Eſt autem forma apta quædam membrorum figura, cum coloris quadam ſuauitate. Ideó additur **lieblich vnd ſchön.** Interdum corporis conſtitutio formam probat, interdum color. Quæ ſi coniuncta ſint, tanto maiorem præbent excellentiam. Abſque colore ſuaui tamen forma nunquam putatur eſſe ſatis elegans

Iſtud vero bonum eſt fragile & caducum. Seneca vocat BONVM ANCEPS MORTALIBVS: ET BREVE DONVM exigui temporis. Non autem dicemus de colore fucato, qui vel ſpongia abſtergitur Fucus enim deformat faciem, & facile deprehenditur: niſi Tiræſia cæcior ſit, qui præſens contemplatur pictam

De forma naturali & eleganti ſermo eſt nobis Sed ea facile euaneſcit: & leuiſſima occaſione 1. Si vel victus ratio non ſit moderata aut ſufficiens. 2 Vel ſi morbi ingraueſcant Imo febricula vnius aut alterius diei formam immutat facillime. 3. Vel ſenium aufert formæ dignitatem. 4. Imo curæ etiam & ſolicitudines. 5. Tandem mors appropinquans omnem deſtruit formam, & omnes æquat.

2. Quod ſi vero forma ſemper maneat conſtans, nihil tamen illa facit ad mores formandos, vel ad pietatem Quia tam cadit in impios, quam in pios: Et poteſt etiam formoſa eſſe impudica. Ideoque non magis tum ornat illam forma, quam monile aureum Suem exornat. Prou. 11 Sæpe magnum ſub forma eleganti latet monſtrum.

3. Quia

3. Quinimo, formæ elegantia interdum damnum dat poſſeſſoribus. Eſt enim plena periculi. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. 1. Multi propter formam ſolicitantur ad ſtuprum. Ioſephus. Idem accidit virginibus & fœminis. Dina, Suſanna. 2. Aut ſunt, qui inſidiantur formoſis. Et cupiunt illas ad ſe rapere, præter voluntatem illarum. Exempla: Sara. Geneſ. 12. & 20. Rebecca. Geneſ. 26. 3. Vel formæ elegantia ſuperbire docet & contemnere alios. Abſolon ſuperbia elatus propter formæ elegantiam ſibiipſi pulchre placet, rebus ſtudet nouis, & tandem miſere perit. Bathſeba, dum formæ elegantiam nimis ſolicite curat, ſeque alijs ſpectandam incauta exhibet, fit adultera. Ieſabel faciem ſtibio vel pictura aut alio fuco exornans, dum animum Iehu venuſtate percellere tentat, mortem ſibi fœdiſſimam accelerauit. 2. Reg. 9. verſ. 30. Hieronymus in Malach. 2. Forma meretricibus apta eſt, non vxoribus. Quid ergo vxorum pulchritudinem quæritis? Fit hoc non ipſius formæ vitio; ſed quod Diabolus quærit occaſionem nocendi illis; propter hoc donum; quod à Deo datum eſſe nouit. Et plus inſidiatur formoſis, vt deſtruat donum Dei, vtque iſtud multa deformitate commaculet.

Hæ ſunt cauſæ, propter quas Rex hoc loco haud dubie elegantiam formæ (ſi cum cæteris virtutibus conferatur) nihili faciendam iudicauit.

DOCEMVR autem, multorum opiniones præſenti loco plane eſſe contrarias, eorum ſcilicet, qui mulierem ante omnia formoſam eligendam eſſe exiſtimant. Perſuadent hi interdum ſibiipſis; formæ elegantiam, quam ſæpius ex intuitu pulcherrimæ fœminæ ſint conſideraturi, hoc effecturum, vt minus eſuriant in menſa. Hinc ſtulte dicitur: **Ein hüpſch Weib iſt halb Brott im Hauß.** Rectius illi ſentiunt, qui ex forma ventrem non ſaturari experti fatentur. Alij dicunt, ſi non minus requiratur ad alendam formoſam, quam ad deformem, quorſum

ſum

ſum opus deformem ducere? Puerilia hæc ſunt & viliora, quam quæ refutatione indigeant.

II. Nemo confidat in formæ elegantia, nemo glorietur de illa: cum ſit bonum alienum, & fragile atque euanidum. Nemo ob amiſſam formæ elegantiam odio habeat coniugem: quia in ipſius poteſtate non erat, illam retinere. Nemo amiſſam formam ægre ferat, aut propterea triſtetur. Cum animum nihil iuuet forma.

III. Quæ deformes ſunt, quoad faciem, ſtudeant illud compenſare morum elegantia, & animi pulchritudine, quæ vera eſt. Ampla ſatis forma pudicitia, ait Propertius. Solus ſapiens pulcher.

IV. Qui formæ elegantia à Deo ſunt donati (viri vel fœminæ) caueant, ne quid ſua pulchritudine indignum committant. Alioquin ſimiles erunt ſepulchris dealbatis Matth. 23. Et externam faciei pulchritudinem interna animi fœditate deformabbnt, vt Abſolom.

II. Pars.

Cum externam corporis pulchritudinem nihili faciat Sapiens, videndum porro, qualem is aliam venuſtatem in muliere ſpectandam exhibeat. Sic autem ait: Mulier TIMENS DOMINVM, IPSA LAVDABITVR.

Hic eſt mulieris ornatus ſplendidiſſimus, auro & gemmis pretioſior. Et ſi hic vnus inueniatur in muliere, ſatis eſt, licet externa bona deſint, vt ſunt diuitiæ, forma, familiæ ſplendor, &c.

Etenim Timor Domini, vt eſt initium ſapientię, Prouerb. 1. verſ. 7. Syr. 1. verſ. 16. ita eſt fons & origo aliarum omnium virtutum.

Quæ Deum timet, pietatem & honeſtatem ſequetur. Et laudabitur, quia erga Deum & erga maritum ſeſe laudabiliter gerit.

Sic enim cauebit peccata primæ & ſecundæ tabulæ. Si Deum timet, non offendat maritum, caput ſuum à Deo ſibi datum. Epheſ. 5. Agnoſcet ſe eſſe debere adiutorium.

Gen 2.

Gen. 2. Si Deum timet, ſeruabit pudicitiam & caſtitatem, & quia Deus caſta mens eſt, ſeruabit vas ſuum in honore, ne Deum offendat: & contra ſextum Præceptũ agat. 1. Theſſ. 4. Si Deum timet, liberos educabit in timore & correptione Dei, ad laudem gloriæ illius. Eph. 6. quia agnoſcet dona Dei. Si Deum timet, nemini erit offendiculo, nec filijs, nec domeſticis, nec alijs. Scit enim illud, væ homini, per quem venit offendiculum. Matt. 18. Si Deum timet, nõ erit ignauiæ & ocio dedita, non comedet panem pigritiæ. Prou. 31. v. 26. Scit enim id Pauli, qui non laborat, non manducet. 2. Theſſ. 3. Et in ſudore Gen. 3. Si Deum timet non cum impatientia gignet liberos, non inuita moleſtias matrimonij feret. Nouit enim id oneris eſſe mulieribus impoſitum. Gen. 3.

Summa, mulier timens Deum cauebit peccata, & faciet bonum: quantum hæc carnis infirmitas permittit.

DOCENTVR itaque iuuenes & viri pariter, in deligenda vxore ante omnia ſpectandam eſſe pietatem, & plus eam, quam diuitias vel formam, vel quicquid aliud de bonis externis commendationem habere ſolet. Talis enim reddet, vt habet locus Prou. 31. marito bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ. verſ. 12. Quid igitur poteſt illi eſſe gratius, quam ſi in coniugio perpetuò iucundam tranſigat vitam? Certe eſt hæc quędam imago vitę æternæ: ſi ita viuant coniuges, vt alter alteri vitam faciat iucundam.

Quod ſi propter teipſum nõ velis tanti æſtimare coniugem timentem Dominum, tamen id propter liberos eſſet faciendum. Nam ſi mater erit timens Dominum, bono ſuo exemplo inuitabit etiam ad timorem Domini: quo nihil eſt pretioſius apud Deum.

Et quia Spiritus ſanctus laudandam eſſe talem diſertis verbis oſtendit, non debet vel maritus, vel quiſquam alius laudem honeſtæ mulieri derogare. Quod ſi ita fiat, tamen laudem reportabit à Domino.

THEMA XXIX.

Ex Eccleſiaſtis. 3. c.

Tempus ſaltandi.
Tempus lugendi.

DISPOSITIO.

Solent varia in Feſtiuitatibus nuptiarum obſeruari; quorum alia ſpectant ad matrimonij honorem, vt ſunt conciones nuptiales, præſentia honeſtorum hoſpitum, preces & gratulationes, veſtes nuptiales, annuli, &c. Alia vero ad hilaritatem dierum nuptialium ſunt inſtituta: vt ſunt Conuiuia, Inſtrumenta Muſica, & inter cætera etiam ſaltationes & choreę. Quia autem multi ſunt, quibus ſaltationes omnino diſplicent, inter antiquos & inter recentiores, quorum illi Diabolo originem ſaltationum adſcribunt, hi verò rem eſſe Chriſtianis indignam cenſent: Salomon autem hoc loco medium teneat, nec ſemper ſaltandum, nec omnino abſtinendum ſuadeat, nos occaſione præſentium verborum & nuptiarum de ſaltationibus aliquid dicemus.

Et hæc quidem tractabimus.

1. Vtrum Chriſtianis ſaltare, & choreas ducere liceat.
2. Quando & quo tempore liceat ſaltare.
3. Quomodo ſaltationes Chriſtianorum inſtitui debeant.

I. *Pars.*

Saltationes ſunt corporis commotiones, inſtitutæ ad lætitiam. Et antiquus eſt mos ſaltationum. Exod. 15. Sequuntur mulieres Miriam cum tympanis & choris, quod nunnulli intelligunt fuiſſe ſaltationes. Leguntur etiam ſaltaſſe Iſraelitæ circa vitulum aureum, & choros duxiſſe. Et ſolebant inter ſaltandum canere. Exod. 32. verſ. 18.

Sal-

Digitized by Google

Saltauit etiam Dauid ante arcam Domini. 2. Sam. 5. 1. Paralip. 15. idque totis viribus.

Saltaſſe legitur filia Herodiadis. Matth. 14. Mar. 6.

Salomon hoc loco meminit ſaltationum. Sed & Chriſtus ipſe teſtatur, ſolitos illos fuiſſe ad cantum tibiarum ſaltare. Cantauimus vobis tibia, & non ſaltaſtis, Matthæi 1. & Lucæ 11. Vt autem maxime ſaltationes illæ Exod 32. & Matth. 14. atque Marc. 6. male ceſſerint, non tamen inde colligitur, cæteras etiam ſaltationes reprehendendas, aut omnem ſaltationem illicitam eſſe. Cum enim nuſpiam legatur, in ſcriptura omnes differenter ſaltationes prohibitas fuiſſe, non poteſt nec debet vniuerſalis regula extrui, ex vno aut altero actu illicito aut inhoneſto.

Quanquam hoc etiam notandum, tum aliam fuiſſe rationem ſaltandi, quam apud nos. Solebant enim tum viri ſeorſim, & mulieres ſeorſim ſaltare: vt patet ex 2. Sam. 6. & Marc. 9. Matth. 14.

De eo igitur conſtat, quod ſaltare per ſe non ſit illicitum aut inhoneſtum: cum Salomon dicat, eſſe tempus ſaltandi, ſicut tempus ridendi, plantandi, ædificandi ſit. Quemadmodum enim ridere, plantare, ædificare, per ſe non eſt inhoneſtum aut illicitum: ita nec ſaltare.

Nec diſplicet Deo hilaritas honeſta, ſiue in conuiuijs, ſiue in choreis, aut alibi. Non enim vult nos ſemper eſſe triſtes & Melancholicos, ideoque non ſemper mittit tempus planctus & lamentationis, ſed etiam riſus & gaudij.

II.

Quando autem liceat ſaltare, notandum. Etenim hoc innuit Salomon, non licet tempore omni ſaltare, ſicut nec ridere, nec amplexari liceat omni tempore. Etenim tempus etiam lugendi & plangendi interdū venit, quando valedicendum hilaritati & lætitiæ.

Et docet hoc Propheta, eſſe tempus, quando egredi

debeat ſponſa de thalamo ſuo, & ſponſus de cubili ſuo. Ioel. 2. verſ 16. Tum ſcilicet, quando publicæ ſunt calamitates, vbi precibus & lachrymis opus: ibi ceſſare debent fiſtulæ & inſtrumenta Muſica. Recte etiam Magiſtratus tempore luctus & triſtitiæ prohibet, ne paſſim audiantur tympana, & fiſtulæ, &c. Eſtque pars pœnæ diuinæ, quando Deus aufert vocem ſponſi & ſponſæ. Ierem. 7. verſic 34. Et 16. verſ. 9. Et 25. verſ. 10. Et 33. verſ. 11.

Sed extra hunc caſum, Deus etiam tempus ſaltandi venire ſinit.

Et ſi tempora antiqua ob oculos ponamus: tum ſolebant ſaltare. 1. Vel ad cultum ſacrum. 2. Vel quando publica oriebatur lætitia. 3. Vel quando conuiuia fuere celebrata ſolennia.

I. Saltabant pij ad cultum. Vt Iud. 21. In feſto quod celebrarunt in Siloh, exierunt virgines ad ducendas choreas.

2. Sam 6. ſaltabat Dauid in deductione arcæ.

Vbi notandum, quod vſus Deo probatus ſemper abuſum habet comitem. Diabolus etiam ad templum Domini ſuum collocat ſacellum. Iſraelitæ enim ſaltant etiam ad Idololatriam. Exod. 32.

II. Exempla ſaltationum in publica lætitia ſunt. Exod. 15. vbi Miriam poſt tranſitum maris egreſſa eſt cum tympanis. Iudith. 15. cum obſidione liberata eſſet Bethulia, occiſo Holoferne, cantabant ſaltantes viri pariter & iuuenes. In fine hiſtoriæ. Pſal. 68. ſimile aliquid prædicatur de his qui lætantur in Deo. v 26. Præcedunt cantores, ſequuntur inſtrumentales muſici, in medio ſunt virgines tympaniſtriæ.

1. Sam 18. Occiſo Goliatho egrediuntur cum tympanis, & varijs inſtrumentis ducentes choros. Ierem. 31. v. 4. Ædificaberis virgo Iſrael, adhuc ornate incedes cum Tympanis, & egredieris in choro ludentium. Ita Zach. 8. v. 5. plateæ ciuitatis complebuntur puellis ludentibus in

in eis. Ludere autem Exod. 32. pro ſaltatione accipitur, vt clare patet ibi.

III. Sic etiam ad conuiuia ſolennia ſaltabant. Quod patet ex Luc. 15. vbi legitur, quod frater filij perditi audierit in domo chorum & Muſicam, vbi filius perditus redijt. Tempore Chriſti ſolebant in foro inuicem ita compellare: Cantauimus vobis tibia, & non ſaltaſtis. Matth. 11. v.17. Et ſaltauit etiam filia Herodiadis ad conuiuium. Marc. 6. Quamuis illa ſaltatio propter conſequentem Herodiadis crudelitatem fuerit infauſta & maledicta. Sicut ſemper choreæ aliæ ſunt honeſtæ, aliæ impudicæ: aliæ fauſtæ, aliæ infauſtæ.

Ex his patebit, tum eſſe tempus ſaltandi, quando Deus nos afficit lætitia ſingulari beneficio: Ideoque in nuptijs honeſtis choreas non poſſe penitus abrogari, aut improbari. Propterea ſuum tempus habere ſaltationes, affirmat Salomon.

III.

Atquia plerunque quod ſua natura bonum eſt, & non illaudabile, improbitate hominum fit malum, idemque etiam fiat circa choreas noſtro tempore, ideoq; hoc agendum, ne quicquam leuitatis vel obſcœnitatis admittatur inter ſaltandum. Tanta autem mult[illegible]m iuuenum noſtri ſeculi nequitia eſt, vt non honeſte velint aut cupiant ſaltare, ſed multi more furioſorum hinc inde diſcurrunt, puellas raptant ſecum per quæuis obuia, menſas, ſcabella, &c. tranſiliunt: interdum etiam nihil obſcœnitatis intermittunt, &c. Hæ non ſunt ſaltationes honeſtæ, ſed meretriciæ, & Herodianis haud paulo meliores: vbi audiuntur clamores, rugitus, boatus inſanorum hominum: qui omnem honeſtatem exuerunt. Has itaque obſcœnas, inſanas & furioſas ſaltationes fugiant virgines honeſtæ. Multa enim inde ſequuntur mala: vel homicida, ſtupra, vel rixæ & contentiones, &c.

Parentes etiam ſtudioſe caueant, ne admittant ſuos

Digitized by Google

liberos ad tales choreas: in quibus certe Diabolus Choragus eſt. Da hat freylich der Teuffel den Vortantz. Magiſtratus quoque ad tantam impietatem non debet conniuere, ſed grauiſſime in piloſos illos ſaltantes (de quibus Eſai. 13. v. 21) Faunos & Satyros amentes animaduertere. Es iſt je ein Teuffelstantz/wanns alſo zugehet.

Honeſte autem cum honeſtis & bene inter bonos agier oportet. Qui volunt lætari, & delectantur ſaltationibus, faciant id iuxta præceptum Pauli, vt lætentur in Domino. Phil. 3. Et ſicut in timore Domini celebrari poſſunt honeſta conuiuia, ad hilaritatem inſtituta, ita etiam in timore Domini caſte & honeſte, iuuenes pij cum virginibus pudicis choreas ducere poſſunt. Vbi tamen modus (qui in omnibus rebus pulcherrima virtus eſt) ſeruandus, ne ſaltationes fiant cum perſonis non laudatæ famæ, locis ſuſpectis: Nec protrahendæ ſaltationes in multam noctem: nec fiant tantum ex laſciuia & ebrietate (nunquam enim ebrius putatur caſtus) ſed decorum & honeſtas ſpectentur in omnibus. Ante omnia ſtudioſe cauendum, ne cuiquam ſimus offendiculo. Væ homini. Matth. 18. v. 6.

Honeſtas autem & decentes choreas, quæ raræ & breues ſunt viris bonis, nemo accuſabit, niſi Anabaptiſta & Euthu[illegible]ta ſit melancholicus. Hæc hactenus.

THEMA XL.

Ex Eccleſ. 4. cap.

Melius eſt eſſe duo, quam vnum, habent enim emolumentum laboris ſui. Si vnus ceciderit, ab altero erigetur: Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem ſe, &c.

In nuptijs Ioan. Ritteri Secretarij. Anno 98. 13. Febr.

DISPOSITIO.

Cum Deus Adamum creaſſet in magna ſanctitate & perfe-

perfecta iuſtitia, omniaque ſub poteſtate illius ſubdidiſſet, quæcunque creata erant in terra, mari, & aere, pronunciata tum fuit à ſanctiſſima Trinitate hæc ſententia: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Hanc ſententiam Salomon repetit hoc loco alijs verbis: Melius eſt eſſe duo, quam vnum. Et, Væ ſoli. Quamuis autem generaliter Salomon de omni ſocietate humana loquatur: inprimis tamen hæc de arctiſſima maris & fœminæ coniunctione ſunt intelligenda, quæ eſt in matrimonio: ex qua omnes reliquæ ſocietates humanæ oriuntur.

Ex verbis prælectis itaque 1. audiamus, vtrum & quare melius ſit eſſe duo, quam vnum in coniugio.

2. Quis labor duorum coniugum; de quo Salomon.

3. Quis fructus laboris eorum.

I. Pars.

Satis quidem eſſe debebat audire, Dei & Salomonis hanc eſſe ſententiam: Non eſſe bonum, hominem eſſe ſolum: ſed melius eſſe duo, quam vnum. At quia multi ſunt in contraria ſententia, ideoque operæ pretium erit, non tantum quod melius ſit, eſſe coniugem, quam cœlibem aſſeuerare, ſed etiam eius rei cauſas oſtendere.

Etenim nonnulli tum ſe rebus ſuis peſſime conſulere putant, ſi coniuges fiant. 1. Quia in cœlibatu poſſint ad libitum viuere, cum non ſint alligati vxoribus.

2. Sic ſe vnius tantum corporis curam facilius putant gerere: cum alioquin etiam pro vxore & liberis ſoliciti eſſe debeant.

3. Quod ſi ingruant calamitates & miſeriæ, facilius ſe, ſi ſoli ſint, cruci poſſe ſubtrahere ſperant, quam ſi ſint coniuges.

Quin imo ſunt, qui ſpirituales videri volunt, quibus vxorem ducere nefas eſt.

4. Et ſane multa ſæpe mala patraret vir, ſi non haberet vxorem & liberos. Vel ludendo, orando, vel alias res parum honeſtas tractando, ſeipſum perderet, ſi non retraheretur ab vxore.

II. Aliam cauſam, quare melius ſit eſſe duo, Paulus aſſeruit. 1. Cor. 7. Ad vitandam fornicationem, &c Hoc eſt remedium, quod prauis concupiſcentiis cohercendis Deus ſingularis beneficij loco ordinauit.

III. Quod ſi hæc non ita eſſent Deus tamen optime intellexit, abſque vxore viri felicitatem non eſſe perfectam. Quia non haberet, qui ipſi ſincero animo congauderet rebus ſecundis; nec qui ipſi in aduerſis compateretur. Hæc iam ſufficiant.

II.

Sed cum laboris etiam, qui coniugibus incumbit, hic fiat mentio, videndum quis iſte labor: qui partim ante, partim poſt peccatum coniugibus erat deſtinatus.

I Præcipuus quidem coniugum hic eſſe debebat labor, vt Deum Creatorem laudarent & celebrarent: quod is pro inſigni ſua bonitate & ſapientia hunc coniugi ſtatum ordinauerit: vt poſſent ſuauiter viuere Inprimis vero poſt lapſum gratiæ agendæ Deo, quod is in cœlo nobis proſpexit de coniugibus.

Adamus certe grata mente agnoſcit, quod illi carnem de carne ſua dederint. Gen. 2.

Iſaacus orat ad Deum. Gen. 24. 25. Idemque ipſi gratias agit: ſicut ante fecerat ſeruus. Gen. 24. A precibus enim inchoandum matrimonium.

II. Alius labor coniugum eſt, procreare liberos. Hic finis erat matrimonij inter præcipuos etiam ante lapſum. Geneſ. 1. Creſcite. Idem poſt etiam repetitur Geneſ. 8. Et hinc tres hominum ſtatus extruuntur Ex coniugio enim procedunt, qui eccleſiæ Reipublicæ & Oeconomiæ ſeruiunt. Et magna, ceſſante coniugio, eſſet vaſtitas in orbe Chriſtiano.

Errant

Errant enim grauiſſime, qui per vagas libidines non minus, quam per coniugium propagari poſſe genus humanum opinantur. Raro enim laudabiles ſunt ſpurij. Ideoque illos Deus officijs publicis præfici vetat. Deut. 23. Vide & Sap 3. Et cum cæterorum animantium eſſent paria genera, (Par vnd Par) quæ ſemper inuicem iuuabant, voluit Deus etiam par coniugum facere.

III. Labor coniugum eſt liberorum pia educatio, Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Eſtque hic labor non minimus Multum hic parentes vel laborare vel negligere poſſunt. Vide Prou. 13. 19. 23 29 Et qui hic ſunt ocioſi, grauiſſimas Deo dabunt pœnas. Deut. 6. Acue filijs. Salomon traditur Nathano. 2 Sam. 12 v. 25.

IV. Laborare debent etiam coniuges, vt habeant, quod manducent. Gen 3. In ſudore. Pſal. 128. Laborem manuum manducabis. Sic etiam mulier prudens victui neceſſaria acquirit Vide Prouer. 31. v. 10. & ſeqq Et mutuas debent tradere operas.

III.

Sed quid laborare iuuat? Imo vero multum. Sic enim Salomon: EMOLVMENTVM MAGNVM HABENT DE LABORE. Etenim benedicetur homo, inquit Pſal. 128. At quomodo? 1. Vt videant filios filiorum, & bona Hieruſalem, multis diebus. Erunt enim filij ſuauiſſimi, cara pignora, magna delectatio. Sicut oliuæ. Pſal. 128. Sicut ſagittæ. Pſal. 127. Incredibile enim, quantum gaudium ſit, ſi liberi pii contingant parentibus. Beatus vir Pſalm. 127. Et ſaluatur mulier per filiorum generationem. 1. Tim. 2.

2. Si ſe mutuo (vt debent) ament, quam erit vtrique vita iucunda? Videre poſſumus id ex Syrach. 26. quam iucundam vitam viuat, cui vxor benigna, & viciſſim: Deo placent & hominibus, Syr. 25.

3. Et ſi maxime ſudor ſit & labor, tamen de labore manuum ſuarum viuent. De hoc Pſalmus 128 Beatus es, bene

bene tibi erit. Etiam in aduerſitatibus, ſi ſe mutuo conſolentur, quam ſunt beati. De quo ſupra parte prima. Et ſicut hic ſunt conſortes omnium bonorum, ita illic etiam vna erunt conſortes gratiæ & vitæ æternæ.

THEMA XLI.

Ex Eccleſ. 9. cap.

Perfruere vita cum vxore tua, quam diligis, cunctis diebus vanitatis tuæ, qui tibi dati ſunt ſub ſole, omni tempore vanitatis tuæ: hac eſt enim pars in vita tua, & in labore tuo, quo laboras ſub Sole.

DISPOSITIO.

Non negari poteſt, in coniugio multum eſſe miſeriarum & moleſtiarum propter peccatum. Protoplaſtis enim mox poſt lapſum triſtis denunciata fuit ſententia, quæ etiam in nos redundat. Atqui miſericors Deus talia coniugibus ordinauit remedia, quibus miſerias huius vitæ poſſint ſuperare. Tale aliquid oſtenditur etiam hoc loco, vt ſcil. ſuauiter viuat vir cum coniuge chariſſima: ſic futurum, vt iucundior illis ſit vita, in omni tempore vanitatis huius.

Quia vero ſingula pene verba ſingularem habent emphaſin, illa omnia ſigillatim excutere, operæpretium erit, & ſingulis ſuas etiam ſubiicere doctrinas non inutile

Videamus.

1. PERFRVERE VITA CVM VXORE. Non vult virum impuris libidinibus deditum eſſe, ſed caſte, vt decet, viuere cum vxore. Non enim vxorem vt meretricem debet habere, ſed vtatur ea hac ratione, quæ Deo poteſt placere: vt finem matrimonij ſpectent, ſcil. prolis generationem.

DOCEMVR. Maritum cum vxore poſſe & debere hila-

Errant enim grauiſſime, qui per vagas libidines non minus, quam per coniugium propagari poſſe genus humanum opinantur. Raro enim laudabiles ſunt ſpurij. Ideoque illos Deus officijs publicis præfici vetat. Deut. 23. Vide & Sap 3. Et cum cæterorum animantium eſſent paria genera, (Par vnd Par) quæ ſemper inuicem iuuabant, voluit Deus etiam par coniugum facere.

III. Labor coniugum eſt liberorum pia educatio, Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Eſtque hic labor non minimus Multum hic parentes vel laborare vel negligere poſſunt. Vide Prou. 13.19.23 29 Et qui hic ſunt ocioſi, grauiſſimas Deo dabunt pœnas. Deut. 6. Acue filijs. Salomon traditur Nathano. 2 Sam. 12 v. 25.

IV. Laborare debent etiam coniuges, vt habeant, quod manducent. Gen 3. In ſudore. Pſal. 128. Laborem manuum manducabis. Sic etiam mulier prudens victui neceſſaria acquirit Vide Prouer. 31. v. 10. & ſeqq Et mutuas debent tradere operas.

III.

Sed quid laborare iuuat? Imo vero multum. Sic enim Salomon: EMOLVMENTVM MAGNVM HABENT DE LABORE. Etenim benedicetur homo, inquit Pſal. 128. At quomodo? 1. Vt videant filios filiorum, & bona Hieruſalem, multis diebus. Erunt enim filij ſuauiſſimi, cara pignora, magna delectatio. Sicut oliuæ. Pſal. 128. Sicut ſagittæ. Pſal. 127. Incredibile enim, quantum gaudium ſit, ſi liberi pii contingant parentibus. Beatus vir Pſalm. 127. Et ſaluatur mulier per filiorum generationem. 1. Tim. 2.

2. Si ſe mutuo (vt debent) ament, quam erit vtrique vita iucunda? Videre poſſumus id ex Syrach. 26. quam iucundam vitam viuat, cui vxor benigna, & viciſſim: Deo placent & hominibus, Syr. 25.

3. Et ſi maxime ſudor ſit & labor, tamen de labore manuum ſuarum viuent. De hoc Pſalmus 128 Beatus es, bene

bene tibi erit. Etiam in aduerſitatibus, ſi ſe mutuo conſolentur, quam ſunt beati. De quo ſupra parte prima. Et ſicut hic ſunt conſortes omnium bonorum, ita illic etiam vna erunt conſortes gratiæ & vitæ æternæ.

THEMA XLI.

Ex Eccleſ. 9. cap.

Perfruere vita cum vxore tua, quam diligis, cunctis diebus vanitatis tuæ, qui tibi dati ſunt ſub ſole, omni tempore vanitatis tuæ: hæc eſt enim pars in vita tua, & in labore tuo, quo laboras ſub Sole.

DISPOSITIO.

Non negari poteſt, in coniugio multum eſſe miſeriarum & moleſtiarum propter peccatum. Protoplaſtis enim mox poſt lapſum triſtis denunciata fuit ſententia, quæ etiam in nos redundat. Atqui miſericors Deus talia coniugibus ordinauit remedia, quibus miſerias huius vitæ poſſint ſuperare. Tale aliquid oſtenditur etiam hoc loco, vt ſcil. ſuauiter viuat vir cum coniuge chariſſima: ſic futurum, vt iucundior illis ſit vita, in omni tempore vanitatis huius.

Quia vero ſingula pene verba ſingularem habent emphaſin, illa omnia ſigillatim excutere, operæpretium erit, & ſingulis ſuas etiam ſubiicere doctrinas non inutile

Videamus.

1. PERFRVERE VITA CVM VXORE. Non vult virum impuris libidinibus deditum eſſe, ſed caſte, vt decet, viuere cum vxore. Non enim vxorem vt meretricem debet habere, ſed vtatur ea hac ratione, quæ Deo poteſt placere: vt finem matrimonij ſpectent, ſcil. prolis generationem.

DOCEMVR. Maritum cum vxore poſſe & debere hila-

hilarem atque iucundam, abſque læſione Dei & conſcientiæ, tranſigere vitam, vt muliere vtatur tanquam adiutorio, in procreandis liberis, &c. & viciſſim illa marito tanquam capite Debent inuicem illi exhilarare quacunque poſſunt honeſta ratione.

Et non peccat contra Deum, ſi vir vxori debitam præſtet beneuolentiam: & ſimiliter vxor viro. Sic enim Paulus 1. Cor. 7. explicat nobis, quid ſit, frui vita cum vxore. Non enim debet vir defraudare mulierem, niſi ad tempus ex conſenſu vtriuſque, propter certas cauſas: inprimis, vt vacare poſſint ieiunio & orationi. Sic nec mulier debet defraudare maritum, & ſeſe ſubtrahere illi. Peccant enim grauiſſime, quæ ideo debitam obedientiam & beneuolentiam denegant viris, ne grauidæ fiant ex illis, & cogantur moleſtias & miſerias partus atque educationis ferre: & quod πολυτεκνίαν oderint. Punit illos Deus ſæpe alia ratione multo grauius, quam ſi aliquid moleſtiæ deuoraſſent liberis educandis.

II. Notandum autem, quod hic dicitur: Perfuere vita cum vxore TVA Multi enim delectantur alienis ſuas interim, quas diligere debebant, oderunt. Frembd Brot ſchmeckt jhnen beſſer / dann jhr Hauſzbrot. AT TVA, vxore vtaris, inquit Salomon.

DOCET, adhærere debere maritum ſuæ vxori, iuxta Dei ordinationem. Gen. 2. Eleganter hac de re Salomon Prou. 5. v. 19. Satiabit te amor illius, & delectare in ea iugiter. Quare amplexus quæris in ſinu alterius? Cum tibi tua vxor ſufficiat. Ideoque nec immerito dicitur, Heb. 13. Iudicabit illos dominus. Hanc enim tibi Deus copulauit, non aliam.

III. Cum vxore tua, inquit, QVAM DILIGIS. Non quod cum illa non debeat lætari, quam odit Sed nec odiſſe debet SVAM, qualiſcunque illa ſit, ſi pia ſit. Deformem enim Liam, ſi TVA ſit, non minus debes diligere, quam ſi Rachelem formoſam haberes.

Do-

Docet Salomon idem, quod Paulus Epheſ. 5. viri diligite vxores. Nemo carnem ſuam odit. Idem Coloſſ. 3. Diligite vxores, & Ne sitis amarvlenti erga illas. Non autem debet amor eſſe fucatus, ſed verus, ex corde: opere & veritate diligas, & amorem facto comprobes. 1. Ne deteſteris illam, ſi fuerit neglectioris formæ: quia nihilominus tua coniunx eſt. Nec virtus vlla conſiſtit in forma. 2. Non odio habebis illam, ſi ſuis etiam vitiis laborauerit, & ex infirmitate humana peccauerit aliquando: vt ſit vel moroſior, vel loquacula, &c. Onus illius portandum Gal. 6. Et alter alterum, ſi præoccupatus fuerit in aliquo delicto, ſpiritu manſuetudinis debet inſtaurare, Gal. 6. verſ. 1. Et cogitandum, nulla eſt, quæ ſine crimine viuit. Omnes ſumus homines. Multas illa etiam moleſtias, quas ipſi maritus creabit, cogitur deuorare. Nec tu Angelum te eſſe, & Angelicum exiſtimes. Et ſi amici vitia nouiſſe, non odiſſe debes: quanto minus coniugis vitia odiſſe debes? Cogita eſſe vas infirmum, & tamen conſortem gratiæ diuinæ: quare igitur non ſit particeps beneuolentiæ tuæ. 1. Pet 3.

Viciſſim vero mulier obſeruet hoc, quod dicitur, vt ameris amabilis eſto. Et ita conuerſetur marito, vt ſit illi cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus Prou 5.

IV. At quamdiu debet vir diligere vxorem? Quamdiu debet perfrui vita cum vxore iucunda? Dum illa eſt iuuenis, formoſa, elegans & ſedula, agilis, &c. Aut vſque dum virum illius capiat ſatietas? Minime vero. Inquit enim Salomon hoc loco, Cvnctis diebvs vitæ tvæ, qvi dati tibi svnt svb sole. Non annis decem vel viginti, ſed per omnem vitam.

Docet Salomon, non debere maritum elapſis aliquot menſibus aut annis faſtidire, quam olim dil[illegible]rat, cum ferueret adhuc deſid[illegible]ium vxoris. Wann die Küßmonat auß ſeyn/ ſol er nicht wünſchen/ ſie were ein Wolff/ vnd

vnd lieſſ im wilden Wald. Caninum hoc eſt & beſtiale, non humanum, nec Chriſtianum. Quia enim Deus illam tibi dedit adiutorium, quamdiu vixerit, ideo etiam per omnem vitam illius debes diligere eam. Nec quidem in honeſtis coniugibus amor ille decreſcit vnquam, ſed decreſcit perpetuo. Etenim Iacobus non tantum dilexit Rachelem. 7. annis, ſed & 14. & vſque ad mortem illius. Vide enim quam luctuoſa mors illius Gen. 35: Abraham diligit Saram omni tempore: **Je länger je lieber ſol es heiſſen.** Eſt enim amor coniugalis omnium maximus, ſi ſit ſincerus: nec vllis temporum interuallis imminuitur. Debet autem tantus eſſe amor, vt alter pro altero non dubitet mori, ſi caſus ita ferat. Exemplum, Michal. 1. Sam 19. Metus enim eſſe poterat, ne inſanus pater ipſam occideret; quod maritum ſeruaſſet. Alcæſtis Regina, vxor Admeti Regis Theſſaliæ.

V. Et quid ni diligat maritus vxorem? 1. Cum viuat in magna vanitate & inſtabilitate huius ſeculi? Quare oderit vxorem, cum tamen mox vitæ finis inſtet, vbi illa vel nos deſeret, vel à nobis deſerenda erit. Sicut igitur neminem debemus odiſſe, quia ſumus in via ad mortem (de quo Chriſtus Matth. 5.) ita omnium minime coniugem. Et quia dati ſunt tibi dies vitæ à Deo, & ab eodem etiam coniunx; quare non ſicut vitam, ita etiam diligis coniugem: cum vtrumque ſit Dei donum?

2. Deinde hæc etiam eſt pars tua, in vita tua: vt ſcil: cum vxore viuas ſuauiſſime. **Du bringſt ſonſt nichts daruon.** Quare enim tibi & vxori vitam vis facere acerbam? Si Deus vobis largitur iucundam vitam: quare non grato animo fruimini hoc Dei dono?

DOCEMVR: Non vſque adeo graues ſemper fore moleſtias in coniugio, ſi ipſi coniuges velint inuicem vitam facere (quod poſſunt & debent) ſuauem & iucundam. Fauet enim Dominus piis coniugibus hanc for-

fortunam : & hanc illis partem iucunditatis in vita ſua largitus eſt, vt ſit ſuaue coniugium. Sicut enim Deus amaram aquam Iſraelitis fecit dulcem, immittendo in illam arborem, Exod.15.25. ita Deus coniugij amaritudines dulces reddere vult, inſtillando coniugibus pijs amorem ardentiſſimum. Ille amor ſanare poteſt omnes acerbitates, ſicut Eliſæus ſcaturiginem fontis iniecto ſale ſanauit. 2. Reg.2. Certiſſimum enim eſt, quod ſi maxime multa & vitæ & victui neceſſaria deſint, tamen ijs coniuges pij præ amore ardentiſſimo non videntur carere. Sie nemen mit einander für gut/ es gehe wie es wölle Nec ſi communicatis viribus duo onus diuinum ferant, tam graue illis eſſe poteſt, quam vni. Ideoque Salomon Eccleſ. 4. dicit, væ ſoli. Melius eſt eſſe duos, quam vnum. Quia ſentient emolumentum laboris ſui. Das Leben würdt ihnen nicht ſo ſawer/wann ſie es einander nicht ſelbſt verbitterten. Quod ſi igitur eis coniugium acerbum eſt, hi ſciant, non Deo culpam eſſe tribuendam, ſed ipſorum ingratitudini, qui gratia Dei nolunt vti.

THEMA XLII.

Ex Cantic.8. verſ. 6.

Fortis vt mors eſt dilectio : dura ſicut infernus æmulatio: lampades eius lampades ignis & flammæ Domini : Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, nihil tamen faciet illud.

In nuptijs M. Stephani Zaanij. &c. Anno 95. 13. Maij

DISPOSITIO.

Amorem coniugij fœdere contineri omnes Boni indicant. Hinc Prouerbio dicitur Es gehet mehr Lieb zur Kirch/ als ſchöne Geſtalt. Qualis autem & quantus ſit ille amor, non omnes intelligunt. At Salomon vim

illius inuictam & pene ineffabilem, eleganter hoc loco deſcribit. Ideoque in honorem præſentium nuptiarum dicemus.

1. Quantus ſit amor coniugalis.

2. Et quis fructus illius.

I.

Quanta vis amoris coniugalis ſit, ſimilitudinibus oſtendit Salomon. Fortis ſicut mors eſt dilectio.

1. Mors vincit omnium hominum fortitudinem. Samſon, & Dauid heroes vincuntur & ſuperantur à morte. Ita amor vincit omnia.

Lampades illius ſicut flamma ignis. Ignis omnia conſumit. Ita amor vim quaſi facit cordi etiam duriſſime. Eſtque ignis ardens in corde coniugum, vt omnia ſuperent, quæque alioquin videntur coniugium impeditura, vt deformitas, inopia, &c. hæc omnia conſumit ignis dilectionis coniugalis.

Patet id in Adamo. Qui magis diligit Euam factam coniugem, quam cum eſſet coſta in latere ſuo. Et fuiſſet ſane tum amor perfectiſſimus, ſi Adam non peccaſſet. Sed nec in ſtatu reparationis intercidit hic amor: verum curat etiamnum. Et maior eſt amore liberorum erga parentes. Relinquet homo patrem & matrem. Geneſ. 2. Maior quam parentum erga liberos. Nam propter coniugem diligunt liberos. Et niſi amor coniugalis præcederet, nunquam eſſet talis amor erga liberos. Maior, quam amor fratrum & conſanguineorum. Qui enim ex primis patribus, (vt Seth & alij) duxerunt ſuas ſorores, magis illas dilexerunt, vt coniuges, quam vt ſorores. Et vt eſt antiquiſſimus, ita maximus & diuiniſſimus. Chriſtus ſuum amorem erga genus humanum, qui fuit maximus, comparat amori coniugali, & myſterium magnum id vocat Paulus Epheſios 5.

2. Non autem eſt amor ille naturalis, ſicut apud animantia irrationalia: ſed à Deo eſt ſingulari conſilio inſtillatus.

Digitized by Google

ſtillatus. Hinc Salomon dicit, non auro & argento poſſe illum comparari, nec omni ſubſtantia domus, hæc enim eſſe minora quam quæ amori ſatisfaciant.

Videmus hinc fieri, quod ſæpe parentes filios vel filias volunt alijs iungere matrimonio, quibus non deſunt honores, nummi, formæ elegantia, &c. tamen liberi non poſſunt adduci, vt conſentiant: quia amor nullus hic eſt coniugalis.

Viciſſim nubunt ſæpe talibus perſonis, ſuper quibus mirantur parentes (cum nihil in ipſis appareat, quod gratum eſſe poſſit) cur delegerint: vna autem cauſa eſt, amor inſtillatus diuinitus. Exemplum habemus in Samſone. Iudic. 14.

Et eſt vere amor coniugalis mirabilis.

3. Atteſtatur experientia, ſæpe primis menſibus amorem eſſe flagrantiſſimum, qui tamen mox deferueſcit. At ſi id fiat, amor non fuit coniugalis, ſed meretricius, qualis ille Amnonis. 2. Sam. 13. Coniugalis enim eſt conſtantiſſimus. Ille enim manet vſque ad mortẽ, & in morte etiam. Et hoc Salomon innuit: Ignis quidem extinguitur, ſi aquarum copia ſit: at amor coniugalis fluminibus etiam non poteſt extingui. Et quia amor ille habet zelum, ideoque ſicut infernus eſt zelus ille: ſicut infernus omnia retinet: ita amor coniugalis nunquam remiſſior eſt, ſed conſtanter retinet, quod reprehendit ſemel.

Ideoque non ſunt coniuges dicendi illi, qui ſuas vxores non amant. Imo non ſunt Chriſtiani, quia nullum in ipſis apparet veſtigium animi honeſti.

Et vehementer conqueritur Deus, Malach. 2. quod deſpiciant coniuges. De quo alias.

4. Vnum hoc loco diligentius penſitandum venit quod flumina aquarum non poſſint extinguere dilectionem coniugalem.

Aquæ in Scriptura plerunque ſignificant tribulationes. Liberat me de aquis multis. Pſal. 18. v. 17. Aquæ intrauerunt vſque ad animam. Pſal. 69. v. 2.

Ideoque aquæ tribulationum, vt ſunt inopia, morbi, ægritudo, & infinita alia: non debent te permouere, vt remittas aliquid de amore tuo erga coniugem, nec extinguere flammam illam diuinitus accenſam in cordibus coniugum debent. Diabolus quidem riuos & flumina ſtudet eo deducere, vt obruant & extinguant hunc amorem. Tu vero illum ignem foueas verbo Dei, & aſſiduis precibus.

II Pars.

Quia amor coniugalis tantus eſt, & Deum habet authorem, nemini debet eſſe dubium, quin ex hoc amore fructus vberrimi proueniant.

Neque vero dicemus de hoc, quod per amorem illum coniugalem conſeruatur genus humanum: ſed de his vtilitatibus dicemus, quæ principaliter redundant ad ipſos coniuges. Suntque hi potiſſimum.

I. Cum coniugium varijs ſit obnoxium calamitatibus, facit hic amor, vt ſe mutuo ſolentur, & onus illud qualecunque ſit, inter ſe partiantur, ne illis ſit grauius quam vt poſſint patienter ferre. Ideoque mulier dicitur adiutorium. Vir caput, quod membris proſpicit Non grauis eſt viro labor quia coniugem ex eo alit. Non graues ſunt mulieri dolores, quia virum amat, ex quo ſuſcepit prolem.

Iacobo non eſt ſeruitus grauis, quia pro Rachel ſeruit, quam impenſe diligit. Geneſ. 29.

Certe, ſi Iobi vxor maritum fuiſſet verbis blandis conſolata multo fuiſſet illi morbus tolerabilior. Iob. 2.

II. Amor coniugalis multa impedit peccata. Non tantum eſt remedium contra fornicationem. 1. Cor. 7. ſed frænum etiam eſt, quo retrahitur maritus ſæpiſſime, ne limites honeſtatis tranſiliat. Sæpe enim maritus ludendo, potando, pulſando alios, & perpetraret facinus aliquod, cuius ipſum poſt pœniteret: ſi non parceret vxori & liberis. Quod multi fatebuntur.

Amor

Amor coniugalis conſeruat famam, bona, imo vitam quoque ipſorum coniugum. Michal ſeruat Dauidem. 1. Sam. 19. Nabal ſeruatur per Abigail. 1. Sam. 25. Ahaſuerus propter Eſther chariſſimam, totam gentem Iudaicam omni metu & præſentiſſimo mortis periculo liberat. Eſth. 8. Vt & ipſe ſeruatus erat, proditione per indicium Eſther patefacta. Eſth. 2. v. 22.

III. Promouet etiam amor coniugalis (ſua quadam ratione) ſalutem æternam. Mulier enim virum, & vir mulierem monet de hæreditate cœleſti acquirenda, de Sacramentis vtendis, de precibus fundendis ad Deum, de faciendis omnis officijs pietatis. Commonefaciunt ſeipſos coniuges: de omnibus ad ſalutem neceſſarijs. Ioſephus cum Maria aſcendit ad Templum. Luc. 2. Regulus credit cum tota domo: & abſque dubio fidelem facit ante omnes vxorem. Ioan. 4. Exempla poſſent adduci, quibus manifeſtum fieret, quomodo vel maritam vir, vel vxor maritum ad religionem Chriſtianam adduxerit. Monica mater Auguſtini maritum ad fidem perduxit. Auguſt. lib. 9. Confeſſ. c. 9.

Petrus mulierem poſſe virum lucrari aſſerit: & viciſſim. 1. Pet. 3

Abſque dubio Abrahamus Saram, Moſes Zephoram, Ioſephus Aſnath vxorem filiam Sacerdotis On, Mahlon ſuam Ruth Moabitiden, & alij alias eo perduxerunt, vt verum Deum Iſraelis colerent.

Nec debet coniunx intermittere, quin idem tentet, ſi habeat coniugem infidelem & errantem.

Hoc cum ſciat Diabolus, & regnum ſuum imminui per coniuges pios metuat, ideo amorem coniugalē quoquo poteſt modo, conatur turbare. Is perſuadet vxori Iobis, vt afflicto addat afflictionem. Samſonis, vt prodat maritum. Michal eo adducit, vt derideat Dauidem.

Tentat etiam Saram & Rachelem, vt maritos ad iracundiam prouocent. Geneſ. 16. & 30. & id quidem curauit primum, vt Adamus Euam proderet & trade-

ret ad necem. Geneſ. 3. Mulier, quam dediſti mihi, &c. Hoc qui animaduertit, pellat Diabolum pijs precibus, nec patiatur, vt Diabolus infundat aquàm ſuper ignem amoris coniugalis, &c.

THEMA XLIII.

Ex Ezech. cap. 24. verſ. 19.

Ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga.

DISPOSITIO.

Mirabuntur ex vobis forſitan non pauci, quę cauſa ſit, quod lætis his nuptijs præſentibus prælegatur Textus hic, qui funeri potius accommodari debeat. Etenim legitur hæc verba Deus ad Prophetam Ezechielem loquutus ea die, qua vxor illius moriebatur. Et hoc quidem prædixerat ipſi Dominus, ego tollam illam in plaga. At hoc non eſt nobis propoſitum, in præſentia tractare lugubria & funebria: ſed tempori ſeruire ſumus parati. Quid igitur volunt ſibi verba prę̨lecta? Reſpondeo: Duo tantum ipſe textus funebris continet vocabula, quæ nuptijs præſentibus & quibuſcunque alijs ſeruire poſſunt, hæc ſcilicet, vbi mulier Prophetæ vocatur DESIDERABILE OCVLORVM ipſius. Qualis enim fuit in oculis huius Prophetæ vxor illius, talis etiam eſſe debet quæcunque alia in oculis ſui mariti, vel Sponſi. Videamus itaque 1. Quare mulier vocetur, & quomodo etiam eſſe poſſit deſiderium oculorum. 2. Et quid ipſum etiam maritum moneat hic titulus.

I.

1. Syr 40. v. 22. ait: Oculus deſiderat videre gratioſam ſpeciem: & magis virides ſationes. Hinc poſſet forſitan aliquis colligere, mulierem ideo dici deſiderabile oculorum, quod formoſa ſit At non conſtat, cuius formæ fuerit vxor Prophetæ, neglectæ, an elegantis.

2. Quia

2. Quia vero hoc ipſum ſecunda vice de alijs rebus iucundis pronunciatur hoc eodem capite, ideoq; inde videtur optime colligi poſſe, quid per deſiderium oculorum hic intelligatur. Ego polluam, inquit, verſ. 21. gloriam fortitudinis veſtræ, & deſiderium oculorum veſtrorum, & ſuper quo oblectatur anima veſtra, &c. Et verſ. 25. Tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis & deſiderium oculorum eorum, ſuper quo eleuatur anima eorum. In Germanic. verſ. legitur, jhres Hertzens Wunſch.

Inde patet, quod deſiderabile oculorum non dicatur id tantum, quod oculis propter externam venuſtatem placet: ſed omne id, quod gratum, charum & acceptum eſt, in quo delectatur anima noſtra.

1. Dicitur itaque hic mulier deſiderabile in oculis viri, vt admoneatur ſui officij, & ſtudeat virtutibus, quę ipſam facere poſſint acceptam. Quales recitantur Syr. 26. vbi dicitur: Mulier ſedula gaudium eſt viri. v. 2. Prudens mulier ſemper lætificat cor mariti. v. 4. Mulier benigna exhilarat sor mariti & recreat. v. 16. Summa: Nihil eſt charius aut pretioſius muliere pudica. verſ. 20. Syr. 37. Mulier, ſi proba & benigna, chariſſima eſt. Prou. 31. Reddet bonum & non malum marito Intelligis, quid agendum, vt ſis deſiderabilis in oculis mariti tui: Sis pia, ſedula, amabilis, prudens & benigna. Tunc ſatis eris formoſa in oculis tui viri.

2. Quoad externum ornatum, non prohibet quidem Paulus omnino, ne mulieres ſeſe exornent auro & margaritis: ſed hunc non præcipuum ornatum debere eſſe mulierum contendit, nec ſolum hunc adhibendum, vt forinſecus ſplendeant, ſed animum exornandum, vt placeat Deo. 1. Tim. 2. verſic. 9. Eadem eſt ſententia Petri. 1. Pet. 3.

Licet ergo honeſtis matronis, ſi animum pietate & virtutibus exornent prius, vt tum etiam ſeſe ita ornent quoad externam faciem, ne faſtidium excitent vel primo aſpe-

mo aſpectu viris ſuis. Quod multæ faciunt, quæ ſicut in Oeconomia nō ſunt ſedulæ & diligentes: ita etiā corporis omnino nullam curam agunt. **Faule Schlutten ziehen ſie / daß einem Mann für jnen grawet / vnnd hat genug geeſſen / wann er ſie anſihet.** Hoc non poteſt probari. Eſt enim indicium mulieris ignauæ & ſordidæ, quæ nulla delectatur munditia. Cum Paulus hoc non reprehendat, ſi carnis & corporis curam agamus: dummodo non ad concupiſcentiam id fiat. Rom. 13 Nec improbat Paulus id, quando mulier ſedulo curat, vt placeat viro ſuo. 1. Cor. 7 v. 34.

3. Poſſunt itaque omnes honeſtæ matronæ ſuis viris eſſe deſiderabile oculorum; ſiue deformes ſint, ſiue formoſæ. Si deformes, ſtudeant animum oſtendere formoſum & virtutibus ornatum. Deinde poſſunt etiam veſtitus rationem & ornatum corporis honeſte (modo non ad luxum) attemperare, vt in conſpectum viri non veniant ſordidæ, impuræ, immundæ, ſqualidæ & inquinatæ. **Wie ein vnflättiger Suppenwuſt.**

Sint formoſæ, ſtudeant bonis moribus, vt animi pulchritudo reſpondeat faciei. Si ita coram viris ſuis apparuerint, deſiderium oculorum erunt.

4. Hoc vero inprimis notabunt fœminæ, non neceſſe eſſe, vt ſeſe exornent propter alios viros, vt ſcilicet eos alliciant, & oculos illorum nequam faciant. **Sie ſoll ſich nicht auff andere mutzen.** Sufficit vt ſuo viro placeat. Prophetæ enim vxor dicitur deſiderium oculorum ſui viri. TVORVM OCVLORVM. Ideoque operam det, vt viro ſuo, & inprimis Deo ſuo placeat. Quod ſi enim maxime non placeat in oculis aliorum virorum, nihil plane refert.

II.

Sed & viris hæc dicuntur, quod mulier ſit deſiderabile oculorum. Monentur enim, vt imitentur optimum Prophetam Ezechielem, & mulieres ſuas habeant chariſſi-

riſſimas: in quibus delectetur anima illorum: Sicque illas ament, vt neceſſe ſit illis prohibere, ne lugeant vltra quam par eſt; quod hoc loco fit (Noſtro ſeculo non omnes mariti hoc mandato Dei opus haben. Sie können ſelbſt für lachen das weinen niche herauß bringen/ wann jhnen die Weiber ſterben.) At honeſti viri oculis chariores habere debent coniuges, vt ſint ipſis deſiderabiles, & delectatio animæ. Neque vero debent tales eſſe ſpectatores formarum, vt non placeat oculis, niſi quæ ſit formoſa. Eſt enim forma bonum fragile. Et ſi tantum formam velit ſpectare vir, mox odio habebit illam, quam prius amauit: cum videlicet, elegantia externa vel per morbum, vel per ſenium, aut alia accidentia fuerit ablata.

Animi formoſitatem ſpectet, pietatem, prudentiam, ſedulitatem, &c. Hanc deſiderent oculi eius. Si virtutibus his prædita ſit, vere deſiderium fiat oculorum illius. Et quia amor inter honeſtos coniuges merito cœcus eſt, qualiſcunque ſit vxor illam tamen formoſiſſimam eſſe iudicet vir: ex amore illo, qui ſincerus eſſe debet. Et licet ſit deforme pecus, ipſe tamen iudicet eſſe decus.

Et quid ni ita ſentiat? Cum mulier ſedula (licet deformis) ſit corona viri. Prou. 12. ver 4. Et ornamentum maximum Syr. 26. ſicut ſol ſplendidiſſimus. Auro mundiſſimo nobilior. Syr. 7. verſ. 21. & margaritis pretioſior. Prou. 31.

Placet Deo talis, ergo placeat etiam viro ſuo. Et ſtudeat ipſe etiam placere vxori ſuæ. 1. Cor. 7. Hoc deſiderabile in oculis eius, quantumuis vehementer placeat, non offendet Deum.

Verum alia eſt concupiſcentia oculorum, 1. Ioan. 2. quam ſtudioſe cauere debet maritus. Propriam enim vxorem deſiderabilem vult eſſe in oculis eius, non alienam. Et qui aſpexerit aliam ad concupiſcendum eam, adulter eſt in oculis Dei, Matth. 5. At ſi oculus tuus ne-

O 5 quam

Digitized by Google

quam ſit, erue illum. Ibid. verſ. 29. Et cogita, ſi Deus pro Prophetæ nihil tale peccanti (quod hodie multis eſt ſolenne) plaga quadam ſubitanea eripuit coniugem chariſſimam & deſideratiſſimam. non abſque gemitu & ſuſpiriis illius, atque ita maximo ipſum luctu affecit: quid aliquando ſit futurum de te? Poteſt enim fieri, vt cum coniuge, quam deſpicis (Malach. 2.) & quam non abſque offenſa Dei, extinctam cupis, amittas ſimul famam & exiſtimationem, atque bona etiam tua: & ſi in illegitimo alienæ deſiderio permanſeris æternam etiam ſalutem tuam. Heb 13.

THEMA XLIV.

Ex Malach. 2. cap. verſ. 15.

Cauete ergo à ſpiritu veſtro, & vxorem adoleſcentiæ tuæ deſpicere.

DISPOSITIO.

Comparat Salomon vxorem iuuenculam ceruæ & capreolo, & iucundam atque ſuauiſſimam eſſe illam teſtatur Prou. 5. Nec eſt qui hoc negare velit iuuenis. At quid ingraueſcente ætate futurum ſit, vbi vxor ſenio & curis confecta, nō in modum capreoli ſaltabit, ſed membra languida trahens lento incedet gradu, de hoc iuuenis ducens vxorem non multum cogitat. Atqui Propheta Malachias nonnullos, diuino afflatus ſpiritu, grauiter reprehendit, qui mulieres olim in iuuentute gratas & acceptas, in ſenectute deſpiciant. Hæc Prophetæ verba quid ſibi velint, primum expendendum, cum paucula ſint: & quid nos moneant, oſtendendum.

Videamus.

Vt inſtitutum Prophetæ intelligamus, ſciendum, quod Iudæi reuerſi ex Babylonica captiuitate, non contenti ſuis cōiugibus, quibus olim iuuenculis nupſerant, alias vxores ſuperinduxerint, eaſque Ethnicas: vt patet Eſdræ

Eſdræ 9. & 10. Illas mulieres gentiles, vt pote iuniores, amabant mariti Iudæi impenſe ſpretis & neglectis illis, quas olim duxerant iuuenes. Hinc Propheta dicit, quod primæ coniuges ſenio iam confectæ & à maritis neglectæ, venerint ad ſacra templi cum gemitu & ſuſpiriis. Etenim cum de ſacrificijs oblatis bona pars ipſis ſacrificantibus cederet, de quo poſtmodum læti veſcebantur in conuiuijs iuxta legem, ibi tum optimam partem dabant mulieribus Ethnicis, & cum illis lætabantur: miſeras vero Iudaicas, olim gratas, aſpernabantur. Illæ ergo iniquiſſimam hanc fortunam dolentes, Altiſſimo rem multis cum lachrymis commendarunt, & rogarunt, vt ſaniorem mentem daret maritis.

Domino itaque illarum calamitatem miſerante, mittitur Propheta ad obiurgandum ipſos: quod pluribus fecit verbis, & his quidem totius dehortationis ſummam breuiſſime complexus eſt. Quia vero adhuc de bonitate cauſæ & conſcientiæ gloriabantur, nec perſuaderi ipſis patiebantur, quod grauiter peccent aduerſus Dominum, ideoque inquit Propheta primum, cuſtodite vos, & cauete ab hoc veſtro ſpiritu. Qui enim vobis hæc dictat, non eſt Spiritus ſanctus, ſed malus aliquis Genius. Neque decet vos iam faſtidire eas, quas olim iuuenes accepiſtis, ſed cum vtriuſque fortunæ vobis fuerint comites, iam magis feruere debebat amor, quam olim. Et hoc illis ſerio atque altera vice inculcat. Si enim hæc porro faciant. Deum illis vehementiſſime, iraſci ſciant, & indignabundum duriorem laturum aliquando ſententiam.

Eſt itaque hæc vxor iuuentutis, quæ olim iuuencula, & à iuuenibus ducta, & hactenus multo tempore ſeruata fuerat. Ea in ſenectute non negligenda aut contemnenda.

Doctrina. Egregius eſt hic locus, & facit contra multorum noſtratium ſummam ingratitudinem, qu cum iuuenes matrimonio ſibi iunxerint iuuenculas, eaſque cum adhuc corporis & animi vires eſſent integræ

græ, impenſe amarint, atque in pretio habuerint: tamen poſt aliquot annorum interualla eaſdem vel curis, vel morbis, vel annis confectas, faſtidiunt, contemnunt, & indignas iudicant, quibus cum porro viuant.

Huc etiam pertinent illi, qui cum eſſent iuuenes pauperes, duxerunt viduas diuites, & bene dotatas alias: vt de bonis vxorum gaudere, & in ocio vitam ipſi tranſigere poſſint. Sperantes interim tacite, fore, vt mox ex hac vita diſcedant, ipſis bona ſua relinquant: quibus locupletati poſſint poſtmodum ducere iuuenculas, cum quibus velint hilarem degere vitam. Quod ſi vero ſpe ſua fruſtrati, (Deo diuerſum ab illis prouidente) cogantur ſuas vetulas diutius habere in matrimonio, quam ipſi ſperarunt, ibi tum faſtidire non tantum illas, ſed & pulſare & contemnere, & diris deuouere ſolent. Ibi rixæ perpetuæ. odia, ſimultates. inuidia, æmulationes, & quid non? Interdum etiam Deo ſic diſponente, ipſi multis annis coniugibus minores indignabundi cum fremitu deſcendunt prius ad Orcum, quam mulieribus (quas extinctas optarunt) oculos cum gaudio claudentes, de ſecundis nuptiis (vel inter triſtitia funera læti) ſibi poſſint proſpicere [Sie haben zuvor nach dem Gelt gegriffen / ſo hat jhnen Gott den Sack gelaſſen.] Grauiſſime autem ſupradicti, vtrique pariter, peccant, & fœdera coniugii ſanctiſſimi violant: cum ſancte promiſerint, coram Eccleſia Chriſti, ſe non tantum iam illis primis poſt nuptias annis, ſed omnibus diebus vitæ, triſtia ſiue ſecunda ſint tempora, cohabitaturos, neque vnquam deſerturos. Quod etiam Salomon requirit Eccleſ. 9 Perfruere vita cum vxore tua omnibus diebus vitæ tuæ, quos dabit Dominus. De quo ſupra ſuo loco.

Indignum hoc Chriſtianis, qui Iudæis, duræ ceruicis hominibus, debebant eſſe manſuetiores & mitiores.

Et qua fronte ipſi orabunt (ex Pſalmo 71.) Ne proiicias

ćias me in diebus ſenectutis meæ: cum illi nolint hoc facere erga proprias vxores.

Cogitent, quid Christus fecerit erga Eccleſiam. Illam certe peccatis & iniquitatibus contaminatam non abiecit, ſed ſibi mundauit atque ſanguine ſuo redemit.

Quæ autem hæc eſt gratitudo, ſi eam, quæ tibi loco ancillæ per multos annos, non abſque grauiſſimis moleſtiis fideliſſime ſeruiuit, poſtea velis perditam, vbi præmium laboris à te debebat exſpectare?

Et cum tibi idem non velis fieri a Domino, cui multis annis fideliter ſeruiſti, idipſum etiam vxori ne feceris, iuxta Christi & charitatis regulam. Matth. 7. v. 12. Hæc lex & Prophetæ.

Quod ſi inſuper neglecta & ſpreta vxore tua, vel cum ancillis tuis, vel aliis mulieribus commiſcearis, non potes quicquam exſpectare à Domino præter graue & horrendum iudicium. Heb. 13.

II. Vxores vero quod attinet, ſi tales nacti ſint viros, qui exemplo nequiſſimorum Iudæorum, illas ſenio & annis, aut ægritudine confectas, aſpernantur, & deteſtantur, cogitent, quid faciendum. Id vero vxores Iſraeliticæ docebunt, quæ cum gemitu & ſuſpirijs veniunt ad templum Domini, ibique haſce iniurias in ſinum Domini effuderunt, & apud ipſum depoſuerunt. Ita mulieres, quæ eandem experiuntur fortunam, non exiſtiment, ſi obmurmuratrices ſint, & conuitium conuitiis rependant, ſe tum maritorum importunitatem vel exæquaturas, vel à ſe propulſuras, & ſic rebus ſuis conſulturas optime: Hæc enim non ſunt media, quibus huic malo poſſint mederi. Impatientia enim non facit onus leuius, ſed grauius. Quod ſi & ipſæ Deum hac ratione offendant, non auferet ab illis hoc malum. Si vero patienter tulerint hanc calamitatem, & Deo ſuam cauſam commendarint, colliget ille lachrymas ipſarum in vtrem ſuum, Pſal. 56. & aliquando abſterget ab oculis earum. Apoc. 21. Eſa. 25.

THE-

Vſvs huius vel Epitheti vel tituli oſtenditur ab ipſo Propheta, hoc ipſo capite, noli ergo deſpicere vxorem tuam. Peſſime itaque agunt, & Dei indignationem incurrunt grauiſſimam (Sie machen jhn vnwillig/ vt eſt hoc c. verſ. 17.) quicunque contemptum de vxoribus ſuis vel loquuntur vel ſentiunt: exiſtimantes illas non eiuſdem eſſe cum ipſis dignitatis & conditionis, ſed multo vilioris & deterioris conditionis, &c. Atqui Deus illam ſociam tuam habet, & talem à te etiam vult haberi. Et niſi id fiat, teſtificabitur contra te, ſicut hoc loco dicitur.

Sciasipſam eſſe partem corporis tui, coſtam chariſſimam, carnem de carne tua Et exemptam circa cor, atque de medio corporis tui. Non itaque eſt vlla ratione re ignobilior. Ideoque illam nunquam potes auerſari, ſed quia tibi à Domino conſociata eſt, agnoſcas illius adiutorium, quod tibi præſtat grata mente. Sic Deus tibi erit propitius. Placet enim id vehementer Syrac. 25.

II.

Audiamus etiam de fœdere, quod eſt inter maritum & vxorem: quia illa dicitur vxor fœderis. Quale hoc fœdus? Multi dum coniuges copulantur, aſtant, nec cogitant, quid inter ipſos fiat. Nec ipſi ſemper coniuges de hoc cogitant. Putant enim ceremoniam eſſe antiquitus ita introductam, vt in ſignum coniunctionis, præſente & verbis præeunte miniſtro Eccleſiæ, manus coniungant Neogami & fidem matrimonij dent. Nec multum in hac re ſitum nonnulli opinantur.

1. At docemur hoc loco, tum iniri fœdus inter coniuges, & fieri pactum, quod nunquam vel poſſit, vel debeat fieri irritum.

2. Neque hoc prætereundum, quod fœdus illud feriatur tum, non tantum coram hominibus honeſtis, qui eius rei teſtes ſint, ſed coram facie Dei, præſente & inſpe-

inſpectante Sacroſancto Trinitate & Maieſtate diuina. Sic enim hic Malachias verſ. 14. Dominus teſtificatus eſt inter te, & vxorem tuam. Inuocatur ergo Deus, vt ſyt huius pacti nunquam reſcindendi teſtis.

3. Capita autem huius fœderis præcipua ſunt hæc: 1. Velle ſe mutuo diligere: fidemque coniugalem ſancte ſeruare, & debitum coniugii præſtare (Quæ ſingula comprehenduntur ſub amore.) 2. Crucem & calamitates coniugij coniunctis viribus patienter portare

4 Perpetuo iuxta inſtitutionem diuinam inuicem ſibi adhærere, nec vnquam, ſiue triſtia ſiue ſecunda fluant, inuicem deſerere.

5. Et hæc ſe velle firmiſſime ſeruare, ſtipulata quaſi manu vtrinque promittunt: miniſtro Eccleſiæ authoritate diuina hoc confirmante. Eiusque rei teſtem eſſe volunt ipſum Creatorem Cæli & terræ, & vniuerſam Eccleſiam præſentem.

Vsvs. Hinc monemur, quanta & quam enormis ſit perfidia, ſi coniuges fœdus hoc frangant & (quacunque ratione id fiat) violent. Rumpitur autem hoc fœdus ſacroſanctum 1. Si inuicem odiſſe & faſtidire cœperint. 2. Si calamitatibus coniugij tentati à Domino, alter deſerat alterum 3. Si alter alteri debitum coniugale detrectet, aut deneget. 4. Si adulterijs polluant thorum coniugalem.

Quia vero Deum in teſtimonium huius pacti vocarunt: at nomen illius ſacroſanctum in vanum aſſumunt, ideoque ſciant ſe hoc non impune laturos. Sic enim Deus mentem ſuam explicuit. Exod 20 Non habebit Dominus inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.

Cumque nec Deus velit coniuges ſeparari, nec homo poſſit ſeparare, quos ipſe Deus coniunxit, non debent illi etiam vlla de cauſa ab inuicem diſcedere, niſi id fiat his conditionibus, de quibus 1. Cor. 7. v 5. Sed mox reuertantur, ne Satan ipſos tenet Ibid.

Et

Et quale teſtimonium contra hoſce periuros & perfidos maritos dicturus ſit, qui leuiſſima de cauſa, deſerta coniuge abeunt in militiam, vt ibi ſecure ſcelera committere, nec tamen pœna magiſtratus (quam domi ſi manerent, infligendam ſciunt) cohercerі poſſint, facile eſt conijcere. Propterea plerique ibi pereunt miſere, & per quæ peccarunt, per eadem iuſto Dei iudicio puniuntur. iuxta id Sap. 11. v. 17.

Iudicium grauius portabunt, qui ſiue domi, ſiue foris ſint, adulterijs ſeſe polluunt, & fidem coniugii frangunt, Hebr. 13. 1. Cor. 6. Gal. 5.

Et teſtantur exempla, Adulteros nunquam etiam in hac vita eſſe fœlices, ſed diuinam maledictionem ſentire. Expertus loquitur nobis Dauid, qui licet culpam ſerio deprecatus fuerit, & peccati remiſſionem impetrarit, pœnas tamen ſceleris dedit grauiſſimas, & multiplices: quod hiſtoria 2. Sam a 12. cap. ad 21. luculenter teſtatur, Quid igitur fiet de alijs?

THEMA XLVI.
Ex Iudith. 8. v. 29.

Dixerunt Ozias & Presbyteri ad Iudith: *Mulier ſancta es, & timens Deum.*

Hoc Thema nuptijs honeſtiſſimarum vidaarum aptari poteſt.

DISPOSITIO.

Viduæ Iſraeliticæ (vxoris olim Manaſſis) nomine Iudith, illud eſt, quod audiuiſtis, encomium, auditores chariſſimi, quod ſi his titulis inſignita fuiſſet Iudith ab hominibus parum laudatæ famæ, non eſſet hoc tantopere curandum. At cum à laudatis laudari laus ſit, ipſa vero Iudith & à Principe ciuitatis Bethuliæ Ozia & Presbyteris, hoc eſt, ſenioribus & optimatibus, his encomijs ornata fuerit, non abſque cauſa illud nobis accuratius perpendendum erit.

P Audia-

Audiamus igitur encomion Iudith: & vnde hanc laudem habuerit: & apud quos. 2. Quid nos illud omne, quod de Iudith prædicatur, poſſit erudire, videamus.

I.

Duo ſunt, quę de Iudith dicuntur. Sancta es & timens Deum. An non erat aliud, quod poterat commendari in ipſa? Imo maxime.

1. Fuit enim elegans aſpectu nimis. Hoc cap. verſ. 7. & fatentur ſerui Holofernis cap. 11. verſ. 19. Non eſt talis mulier ſuper terram, in aſpectu & pulchritudine. Bella vidua.

2. Sed & diues erat. Vir enim reliquerat ei diuitias multas, & familiam copioſam, & poſſeſſiones armentis boum, & gregibus ouium plenas.

3. Erat adhuc iuuencula vidua, annis tribus cum dimidio viduata marito. Nec legitur habuiſſe liberos.

4. Inſuper & diſerta erat atque facunda, quod referunt illius ſermones, quos cum Holoferne contulit. Nam laudatur à pueris illius cap 11 v. 19. quod non ſit talis mulier ſuper terram, in pulchritudine & IN SENSV VERBORVM.

At ſi pulchra, diues, iuuenis, diſerta eſſet, ſed non pia, nihili facienda eſſent illa omnia. Ideoque minora illa iudicant Ozias & Presbyteri, quam vt de Iuditha prædicentur: Id igitur quod maximum erat, in vidua illa referunt, timens Deum es & ſancta.

Iuxta id Prou. 31. Fallax pulchritudo, mulier autem timens Dominum laudabitur. Eſt itaque hæc timens Dominum. Timor enim Domini, vt initium eſt omnis ſapientiæ, ita etiam omnis virtutis in hac muliere.

1. Facit enim timor Domini, vt Iudith pro patria ſua quiduis tentet.

2. Excitat timor Domini ipſam ad preces, & facit ardentiſſimas precationes illius.

3. Timor Domini caſtam facit; Legitur enim quod

ad vir-

Digitized by Google

ad virtutes alias caſtitas acceſſerit (quam in viduis iuuenculis raram eſſe Paulus innuit. 1. Tim. 5. v. 11.) quodque præter maritum ſuum Manaſſe non cognouerit virum. cap. 19. v. 29.

Quam timentem Dominum, eam etiam SANCTAM vocant mulierem Ozias & Seniores populi: Ideoque rogant, vt illa etiam preces ad Deum fundat pro ſalute Ciuitatis obſeſſæ. Etenim (vt Lyra annotat ſuper hunc locum) ex ſanctis eius verbis colligere potuerunt, gratiam Dei in illa eſſe, & propterea orationem illius Deo acceptam ſperauerunt. Deſcripta enim eſt in præcedentibus exhortatio illius, facta ad ſeniores Ciuitatis, quæ pijſſima, & fidei pleniſſima eſt, quod etiam euentus comprobauit.

Eſt igitur ſancta, non quod ſit abſque peccatis, ſed quod plena fidei, adeoque ſanctificata per Meſſiam. Fidem enim & inſignem πληροφορίαν teſtatur factum, & quod ipſa diſerte innuit: Exaudi me de miſericordia tua præſumentem, vel in miſericordia tua confidentem. v. 17. c. 6. & c. 13. v. 7. Da vt perficiam hoc, quod credens, per te fieri poſſe cogitaui.

Deinde ſancta dicitur, quod caſte & pie viueret, & corde fide purificato, magis magiſque virtutes fidei oſtenderet. Sancti enim dicuntur in Scriptura, qui auerſi à peccato per pœnitentiam, per Spiritum ſanctum renouari cœperunt: licet ſe multis peccatis contaminatos agnoſcant. Hoc ſenſu vult Deus nos eſſe ſanctos. Leuit. 16. verſ. 2. Et patet ex 1. Corinth v. 6. 1. (apud Sanctos) quod pij omnes in hoc ſeculo etiam ſancti nominentur, vt qui per Spiritum Domini ſanctificati vitæ ſanctimoniæ ſtudent.

Vnde autem Iudith hanc laudem meretur apud Principem & Seniores ciuitatis? Notum eſt illis, quod honeſte cum ſuis ancillis in viduitate viuat, & domi ſuæ hæreat ſemper, nec hinc inde diſcurrat. Conſtabat etiam, quod ieiunijs & orationibus vacaret, atque luxui &

2. Sit οἰκουρὸς & clauſa commoretur in domo ſua, vt Iudith cap. 8. verſ. 5. Non ita intelligendum, quod nunquam liceat egredi domo, ſed quod vagari non debeat hinc inde ad explendam omnem curioſitatem. Quod Paulus etiam reprehendit in viduis. 1. Tim. 5. v. 13. Commendat Scriptura eam, quæ curat, quid in SVA DOMO fiat, non quid in aliena. Prouerb. 37. verſ. 26. 1. Tim. 2. v. 21 ſtill ſeŋ.

3. Non ſit ſuperba neque in corde, neque in veſtitu, ſicut Iudith. Sicut enim honeſtus veſtitus non improbatur, quæ perſonæ & vitæ generi conueniens eſt, (quemadmodum etiam Iudith extra luctum habet veſtes iucunditatis. c. 10. v. 3. Ita viciſſim omnem luxum deteſtatur Dominus. Eſai. 3. v. 16. & ſeqq.

4. Adiuncta ſit virtuti caſtitas & pudicitia, quod de Iudith dicitur, c. 16. v. 26. Hic eſt maximus ornatus mulierum. Syr. 26. v. 19.

Quæ ſic viuit, laudabitur ab omnibus. Prou. 31. v. 29. Nec erit qui loquetur de ea verbum malum. Et ſi maxime ſit homo nequam, qui id faciat, tamen benefactis os illi facile obturabitur. 1. Pet. 2. v. 15. Et laudem habebis à Deo, atque gloriam ab omnibus bonis.

THEMA XLVII.

Ex Tob. 1. v. 9.

Cum [Tobias] *factus fuiſſet vir, accepit vxorem Annam de tribu ſua, genuitque ex ea filium, nomen ſuum* [Tobiæ] *imponens illi, quem ab infantia timere Dominus docuit, & abſtinere ab omni peccato.*

DISPOSITIO.

Commendatur nobis Tobias ab inſigni pietate, in hoc capite. Neque tamen Monachus, vel Eremita fuiſſe legitur. Sed nec tantum in cœlibatu pietati ſtudet, & timori Domini: verum etiam in coniugio, quod hic paucis

verbis deſcribitur: in quibus circumſtantiæ plures conſiderandæ veniunt, quę ſuas ſingulæ doctrinas cõtinent.

1. Quando nupſerit Tobias.
2. Cui nupſerit.
3. De filio, quem ſuſcepit ex coniuge ſua.
4. Quomodo illum educauerit.

Cum vero hæc in omni matrimonio ſpectentur potiſſimum, de his ordine dicendum.

I. Parss

Tempus annotat Spiritus ſanctus, quod Tobias obſeruat, initurus matrimonium. Cum factus eſſet vir. Potuiſſet vtique citius nubere: quia ſic de ipſo legitur (quod rarum alioquin eſt) v. 4. cum eſſet iunior omnibus in tribu ſua, nihil tamen puerile geſſit in opere. Exſpectat nihilominus tempus legitimum.

L. Exemplum Tobias adoleſcentibus præbet, vt maturo & iuſto tempore coniugium adipiſcantur.

Bifariam peccatur hoc loco. 1. Alij nimium maturant nuptias, & vix Ephebi nubunt. Ehe ſie trucken hinder den Ohren ſeynd. Exemplum veterum Patriarcharum diuerſum docet. 2. Alij nimium longas moras nectunt, & tum demum nubunt, quando ad matrimonium vix amplius ſunt idonei. Porro, quia Prouerbio dicitur, cito nubere non pœnitebit (frůe freyen / ſolle niemand gerewen) ideo ſciendum, hoc in caſu tempus legitimum non annis, ſed iudicio & induſtria nubentium metiendum eſſe. Cani enim puerorum in animis puerorum naſcuntur, nõ in capite. Hoc & parentibus, qui elocaturi ſunt liberos ſuos: & ipſis etiam liberis vtriuſque ſexus, probe conſiderandum erit, niſi pœnitendas ſperare velint nuptias.

II.

Cui nupſit Tobias? Annæ. Anna autem ſignificat gratioſam vel miſericordiam. Vnde illa? Ex tribu Naphtali, ex qua ipſe etiam oriundus erat. Idque fit iuxta legem.

Num.

Digitized by Google

Num 36. v. 7. Atque certo conſilio à Domino erat mandatum: vide ibi. Hac de cauſa etiam Ioſeph nupſit Mariæ. Et Zacharias Eliſabethæ. Luc. 1.

L. Quamuis hac lege Moſis Chriſtiani non teneantur, hanc tamen inde colligere licet Regulam: Nunquam fœliciora contrahi coniugia, quam cum paribus. Qui cupis egregie nubere, nube pari. Sic minus erit rixarum. Sicut diſcordes in eodem iugo boues omnia perturbant, ita & hic. De his ſæpius, Syr. 26.

III.

Sentiunt Tobias & Anna benedictionem Domini in coniugio, prolem ſcilicet. Non enim ſine cauſa addit Spiritus ſanctus, genuit ex illa filium, quem ſuo nomine Tobiam nominauit. Etenim illud fuiſſe tum parentibus vſitatum, patet ex Luc. 1. v. 6.

L. Liberi ex coniugio legitimo nati donum Dei ſunt non vulgare. Pſal 147. v. 3. Pſal. 128. v. 4.

Agnouerunt id veteres. Abraham, Iſaac, Elizabeth. Noſtrates vero multi diuerſum ſentiunt. Licet enim alij vnum filium (vel etiã filiam cum filio) non faſtidiãt **Wolteſt nun gern eine Hoffart/ ein Herlin/ vnd Fräwlin haben/** πολυτεκνίαν tamen plurimi, in Deum ingrati, pro maledictione habent. Alij filios exoptant, & filias faſtidiunt. Nota Syr. 36. v. 23. Hi ſtulte, cæteri impie agunt. Cum nec Deo quicquam præſcribendum: nec benedictio pro maledictione reputãda ſit, quocunq; nomine a Deo ꝓueniat.

IV.

Nõ ſatis eſt habere liberos, niſi illos pie educare velis. Ideoq; Tobias commendatur etiam hoc nomine. 1. quod docuerit filium timere Deum. 2. & abſtinere à peccato. Idque ab infantia. Et hoc docuit verbis atque exemplo.

L. I. Magna cura educandi liberi. In timore Domini. Epheſ. 6. v. 4. Et vt abſtineant à peccato, monendi. Tob. 4. ad fin. Si verba nihil effecerint, verberibus opus. Prou. 22. v. 15. Syr. 30. v. 1. & ſeqq. ad 14.

Huc 1. requiruntur preces aſſiduę pro incremento noſtræ educationis. Niſi enim Deus incrementum det, labor inanis eſt. 1. Cor. 3. v. 7.

2. Multum faciunt exempla parentum. Nihil enim præcepta ipſorum valent, ſi ipſi parentes offendant liberos morum prauitate. Tobias pij patris pius filius. Vę qui offenderit. Matth. 18. Et magis væ parentibus.

3 Notandum, ab infantia Tobiam edoctum timere Dominum. Etenim à teneris aſſueſcere multum eſt. Syr. 30. v. 12. & 7. v. 25. Inprimis aſſuefaciendi ab incunabilis ad audiendum verbum Dei. Exemplum parentum Chriſti. Luc. 2. v. 42.

L. II. Peccant grauiter indulgentiſſimi quidam parentes, qui cum vnicum habent filium, non iudicant ſeueriori diſciplina corrigendum eſſe, nec vel ad labores, vel ad ſtudia honeſta aſſuefaciendum. Sic Satanę tradunt filium (non ſecus ac illi, qui Idolo Moloch ſuos immolarunt) æternis ignibus vſtulandum. Diuerſum ſentit Tobias. Cogitent illi hoc Syracidis. c. 16, v. 4. Præſtat mori ſine liberis, quam liberos habere impios.

THEMA XLVIII.

Ex Tob. 2. v. 9.

Anna vxor eius [Tobiæ ſenioris] *ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum ſuarum, victum quem conſequi poterat, deferebat* [marito.]

NOTA.

Hoc Thema nuptijs pauperum & miſerorum aptari debet: vbi vna pars contrahentium, alteram, vel ſenio, vel morbo, vel laboribus, confectam, labore manuum ſuſtentare cogetur.

DISPOSITIO.

In præcedentis Thematis tractatione diximus, Tobiam ſenſiſſe benedictionem Domini. Nunc vero crucem

Digitized by Google

temeriam & miſerias experitur: ſed interim tamen Dominus proſpexit illi de vitæ neceſſarijs. Igitur primum illius paupertas atque miſeria. 2. Vnde fuerit ſuſtentatus, conſideranda erunt.

I.

Tobias oculorum cæcitate à Domino tentatus legitur. De hac calamitate iam non dicemus, quæ certe magna fuit. Sed accedit, quod miſeriam auget, paupertas ſcilicet. Id enim textus innuit, quod ex laboribus manuum vxoris neceſſe habuerit victitare. Ipſe quidem prius, quæcunque poſſederat, fratribus concaptiuis impertiri ſolitus erat. Iam vero nemo eſt, qui illi vel teruncium reddat inopi.

Locus. Non rara eſt calamitas coniugum, inopia. Vinum ipſo die nuptiali defecit in Cana, Ioan. 2.

1 Hæc vero indigentia, vt non impedire coniugium, nec id diſſoluere debet: Ita etiam non eſt indicium irati Dei. Ioſeph & Maria pauperes, qui tamen piiſſimi erant, Deoque chariſſimi: Tentatio Dei eſt. Tob. 2. v. 12.

2. Si Chriſtum inuocauerint vera fide, & fecerint officium, ex aqua fiet vinum. Semper dabit Dominus victui neceſſaria. Non vidi iuſtum derelictum. Pſal. 37. 1. Patientia hic vero opus eſt. 2. Et precibus aſſiduis: 3. Et vt contenti ſua ſorte viuant. Syr. 29. v. 28. 1. Tim. 6. verſ. 8.

II.

Diuina prouidentia oculatiſſima eſt, quæ cæco & inopi Tobiæ iam olim de alimentis proſpexit, cum Annam vxorem illi aſſociaret. Fuit enim illa marito Tobiæ vere Anna, id eſt, gratioſa, & miſericors.

1. Etenim non deſerit cæcum & inopem maritum, à quo non habet ſubſidia vitæ amplius.

2. Sed ſuis manibus victum quærit, locando ſuas operas cæteris matronis, exercendo textoriam, &c.

3. Et quem ita duro manuum labore quæſtum faciebat, non ſibi reſeruabat, verum ad maritum deferebat, vt ille etiam ex labore vxoris victitaret.

L. Docere Anna voluit ſuo exemplo, 1. Coniuges miſeros & pauperes, ne mox inuicem deſerant, ſi vnus illorum vel ægritudine corporis, vel annis confectus, aut alio calamitatum genere ad paupertatem redactus ſit, vt alteri victum, vel vitæ neceſſaria porro ſubminiſtrare non poſſit. Tum enim maxime alter alterius adiutorio opus habet. Et ſi omnibus dictum eſt: Inuicem alii aliorum onera portate. Gal. 6. maxime hoc ad coniuges pertinet.

2. Nec graue ſit alteri coniugium, laboris manuum ſuarum participem facere eum, quem ſibi vitæ ſocium delegit, triſtitia, ſiue ſecunda fluant tempora. Præſertim ſi id beneficij prius ſenſerit à coniuge, viribus vtrinque integris.

3. Vt autem hoc caſu alter alteri ſubuenire poſſit, adſuefaciendi liberi ab ineunte ætate ad labores, tam fœminini ſexus, quam maſculini. Quia incertum eſt, vtrum vir laboribus vxoris alendus, an vero vxor ex ſudore viri, (vbi aliquando coniuges futuri ſunt) victura ſit. Sunt enim rerum variæ viciſſitudines, vide quid poſſit vxor diligens præſtare. Prou. 31. ver. 12. & ſeq. Et Syr. 36. verſ. 26. & 27.

4. Quod ſi nihil tale contingat, mutuas tamen ſemper tradere operas tenentur. Huc pertinent ea, quæ Eccleſiaſtis 4. v. 9. & 10. exſtant.

THEMA XLIX.

Ex Tob. 4. v. 13.

Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, nec committe, vt omiſſa vxore tua cum alia iungaris.

DISPOSITIO.

Variis præceptis mores filii informare ſtudet Tobias ſenior,

ſenior, capite quarto Inter alia haud poſtremum eſt hoc, quod hortatur ad caſtitatem. Paucis vero verbis Tobias grauiter inſtruit filium. Quod cœlebs adhuc iuuenis antequam iungatur matrimonio, caſtitati ſtudere debeat. 2. Quomodo factus maritus viuere debeat.

I.

Non contemnendum pij patris præceptum Fili mi, Paterno plane adfectu, & ex cordis intimis penetralibus hortor, moneo, mando: Caue tibi â fornicatione Et quidem ab omni fornicationis genere. 1 Nec accedas ad Thorum alterius 2. Nec cum ſoluta miſcearis. 3. Ab omni plane fœditate abſtineas: quæ partim prauis concupiſcentijs cordis, partim ore & turpiloquijs, partim etiam geſtibus impudicis committitur. Vide Epheſ. 4. & 5.

L. Neceſſaria omnino noſtro tempore admonitio. Multis enim illud Terentianum frequens in ore, vel in corde eſt Non eſt flagitium ſcortari adoleſcentem. Putant facile excuſari hoc poſſe, ſi ſolutus cum ſoluta rem habeat. At Scriptura plerumque adulterium & ſcortationem coniungit, pari pœna mulctanda ſcelera. 1. Cor. 6. v. 9. Gal. 5. v. 19 Heb. 13. v. 4.

Quantum vero ſcortatio ſit peccatum, ex euentu facile eſt conijcere.

1. Facultates abſumit. Iob. 31. v. 12. Prouer. 23. v. 27. & 29. v. 3. & 31. v. 3. Syr. 9. v. 6.

2. Corpus eneruat, & morbos accerſit. Syr. 19. v. 3.

3 Cor aufert. Syrach. 19. v. 2. Hoſ. 4. v. 11. Syrach. 9. ver. 9.

4. Infamiam attrahit Syr 42. Erubeſcunt pater & mater. Sap. 3. v vltim.

5. Iram Dei & mortem accelerat, Deut. 22. ver 21. Ierem. 5 v. 8. & 9. Exempla Simri. Casbi. Num. 25. Filij Eli. 1. Sam. 2.

6. Animam perdit. 1. Cor 6. Gal. 5. Heb. 13.

Ideoq;

Ideoque caſtè viuendum. 1. Theſſ. 4. v. 3. Exemplum Ioſephi. Et occaſiones etiam ſcortationis vitandæ. Syr. 9. v. 3. & 5. Exempla punitæ ſcortationis paſſim ſunt obuia Gen. 19. 34. Num 25. Iud. 20.

II.

Sed quid faciat iunior Tobias, homo cum ſit, & humani ab ipſo nihil alienum, quomodo ſemper caſte viuere poterit? Ducat vxorem, & legitimo iungatur Thoro. Ideo Tobias pater non perpetuo cœlibem vult viuere filium, ſed vt tanto melius caſte viuere poſſit, coniugem fieri iubet. Eſt enim remedium contra prauas libidines coniugium.

At ſi maritus factus fuerit, coniugi ſuæ adhæreat. Halte dich zu jhr. Et ſufficiat tibi tua coniunx: nec appetes alienam. Adulterium caue. Halte dich zu keiner andern. Eſt enim horrendum crimen, quod ex prædictis patet..

L. I. Multi vagas ſectantur libidines, nec vti volunt remedio diuinitus ordinato, licet dono cōtinentiæ præditi non ſint. De quo Paulus, melius eſt nubere, &c. 1. Cor. 7. Nec grate mente id agnoſcunt mediū, quo Deus animæ, & corpori illorum conſulere voluit: vel quod onera coniugij, crucem Chriſti ferre nolint: vel quod vnica coniuge contenti eſſe non velint. Grauiſſime hunc contemptum ordinationis ſuæ ſapientiſſimæ vlciſcetur Dominus καρδιογνώστης πάντων.

L. II. Qui vero coniugem habent, non appetant plures. Gen. 2. Duo erunt in carnem vnam, non plures. Vnum maſculum, & vnam fœminam creauit, & copulauit Dominus. Matth. 19 Melius eſſe duo (non autem plures) quam vnam. Eccl. 4 Salom. author eſt Sufficit enim viro vna coniunx. Et vnus maritus vxori honeſtæ.

Huc pertinet id Prou. 5. v. 19. 20. & Eccl. 9. v. 9.

THE-

THEMA L.

Ex Tob. 6. v. 10. & ſeqq. ad 14.

Et dixit Tobias [Angelo] *vbi vis, vt* [hac nocte] *maneamus. Reſpondenſque Angelus ait : Eſt hic, Raguel nomine, vir* [tibi] *propinquus, & de tribu tua. Et hic habet filiam* [vnicam] *nomine Saram, ſed neque maſculum, neque fœminam vllam habet aliam, præter eam. Tibi debetur omnis ſubſtantia eius, & oportet te eam accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam vxorem.*

DISPOSITIO.

Elegans eſt hiſtoria, vbi Tobiæ, nihil tale cogitanti, per Angelum ductorem ſponſa offertur honeſtiſſima & ditiſſima. Tria hic potiſſimum notanda erunt.

1. Dicendum de Angelo pronubo, qui de nuptiis Tobiæ refert.
2. Audiendum, quomodo & parentes ſponſæ, & ipſa ſponſa deſcribantur.
3. Inſtructio Angeli notanda : quomodo nuptias filiæ ambire debeat.

I.

Tobias cum comite tendit ad Gabelem, habitantem in Rages, Regione Medorum, nec de vxore ducenda, ſed de pecunia ad parentem cæcum, miſerumque deferenda eſt ſolicitus. Cum autem in itinere propoſito, prope Ecbatanam veniſſent, quærenti Tobiæ de hoſpitio, Angelus non ſolum hic apud cognatum quendam Tobiæ pernoctandum, ſed & nuptias Tobiæ ibidem curandas reſpondit. Rem miram. Tobiæ nihil tale cogitanti coniugem obferri honeſtiſſimam, ditiſſimam.

L. I. Diſcimus, non tantum generaliter iſtud, rerum eſſe

eſſe, quod dicitur. Fato connubia fiunt: Fato iunguntur amici. Et quod in cœlis de matrimoniis noſtris tractari credimus, Deo ſc. virum & mulierem copulante [Gen. 2. v. 22. & adduxit illam Dominus ad eum] ſed & in ſpecie hic docemur, Miniſterio Angelorum nuptias piorum procurari. Id quod Abrahamus ſibi firmiſſime perſuaſum habet Gen. 24. v. 7. Angelus etiam Ioſephum monet. Matth. 1. v. 20. Sunt enim Spiritus miniſtrantes, in omni diuina ordinatione noſtros conatus adiuuantes Heb. 1. Pſal. 91.

L. II. Iuxta tamen monemur, quia Angeli Domini non niſi bonorum, & caſtiſſimorum contortio delectantur, & incircuitum TIMENTVM DOMINVM, caſtrametantur. Pſalm. 34. v. 8. ne quid tale committamus, quod Angelos, Spiritus mundos & caſtos poſſit contriſtare, vt diſcedant à nobis. Illis enim diſcedentibus mali Angeli ſuccedunt.

II.

Ne vero Tobias exiſtimet comitem incertam illi ſpem facere, & vana ſpe lactare velle: ideoque Angelus & parentes, & ſponſam deſcribit Tobiæ, vt omnem illi dubitationem præcidat.

I. Nominat parentem, Raguel. Eundem cognatum Tobiæ dicit, De eadem tribu, ita, vt poſſit iuxta legem cum filia ipſius matrimonium contrahere: Quia autem ſecundum legem Dei hoc fit. ideoque nec parentibus tuis poteſt eſſe ingratum. De quo Tobias ſollicitus eſſe poterat. Illos contriſtare nolebat, vt patet ex ver. 15 infra.

II. Deinde ſponſam deſcribit 1. Nomen illius, Sara: 2. Vnica filia. 3. Diues. Hæres omnium paternorum bonorum. 4 De dote refert. Illa omnis hæreditas præter omnes ad te vnum ſpectat. Plurima hoc loco notanda ſunt ad coniugium pertinentia.

L. I. Stulte ſimul periculoſe agunt, quicunque cæco amore alicuius perſonæ illecti, mox vbi inuicem à ſpe-

xerint, prius de nuptiis tractant, quam de parentum cõditione, honeſtate, vel ipſius etiam perſonæ contrahentis origine, vitæ rationibus, &c. quidquam compertum habeant. Hinc ſe plurimi in pœnitendas nuptias coiiciunt: Qui promiſſionem ſemel factam poſtmodum nimis ſero reſcindere cupiunt, ſed fruſtra. Quod enim ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

Iuniores igitur, ſed & omnes alii caute mercari diſcãt, ne accidat illis, quod Syr. 20. v. 12. legitur. Contracturus enim matrimonium non debet eſſe ignarus conditionis illius perſonæ, cum qua contrahit. Qua in parte ſæpe parentes & liberi, ſæpe etiam hi, qui internuncios, Proxenetas, & paranymphos agunt, grauiter peccant, & nimis craſſe errant.

Angelus hoc loco Tobiæ, & cognationem Saræ, & cætera refert, antequam nuptias Saræ illi perſuadeat. Tobias vero (vt ſequens hiſtoria habet) prius ſollicite omnia inquirit, quam ſeſe iungat matrimonio.

L. II. Vltimo loco hic Angelus de dote & diuitiis Saræ refert: De his apud nos prima quæſtio eſſe ſolet. Male hoc fit. Pietas cum honeſtate primum ſpectanda:

L. III. Fruſtra ſperari, vel quæri diuitias mediante matrimonio, niſi Deus hæreditatem illam, quam contrahentes quærunt, alicui certo decreto & conſilio deſtinauerit, teſtantur verba Angeli hoc loco. Experientia huius rei teſtis eſſe poteſt locupletiſſimus. Mancher greifft nach dem Gelt / ſo läſt jhm Gott nur den Sack.

III.

Porro, quo pacto nuptias Saræ ambire debeat; Angelus Tobiæ auctor eſt, Pete, inquit, eam, à patre eius. Parentes primum compellandi, vt illi dent Saram in vxorem. Non rapere illam debet, nec dolo inducere, vt ipſa quidquam inſciis vel inuitis parentibus promittat.

L. I. Peccant hi grauiſſime, qui, inſciis & inuitis parentibus, de matrimonio cum his clam tractant, quos

adhuc ſub poteſtate parentum eſſe ſciunt. Vere hi plagium committunt, homines furantur. 1. Tim. 1. verſ. 10. quod ſub grauiſſima capitis pœna prohibuit Dominus Exod. 21. v. 16. Nec minus illi peccant, qui, vbi diſſenſum parentum animaduertunt, tum demum adamata perſona ſe facilius potiri poſſe ſperant, ſi prius carnalis copula interueniat. Hoc vero infauſtum conſilium non à bono Angelo Tobiæ, ſed à Satana coniugij hoſte, ipſis ſuggeritur. Hi proprium Thalamum commaculant. **Ein böſer Vogel iſt / der ſein eigen Näſt beſchmeiſt.** Non mirum, ſi poſtea maledictionem Domini ſentiant.

L. II. Ex verbis & dabit tibi eam vxorem, monendi parentes, ne ſint difficiles in elocandis filiabus, ſi honeſti & pij atque matrimonio apti iuuenes ipſos ſæpe compellauerint, & cauſæ diſſenſus euidentes non poſſint allegari. Hoc vult Sapiens Syr. 7. v. 27. Non priuati commodi cauſa vltra legitimum tempus detineant filias. Solent enim triſtes illam moram ſequi euentus.

THEMA LI.

Ex Tob. 7. verſ. 10. & ſeqq. ad 13.

Dixit Tobias [Rague1i] *Hic ego hodie non manducabo, nec bibam, niſi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo, Raguel expauit, ſciens, quid euenerit illis ſeptem viris, qui ingreſſi ſunt ad eam, & timere cœpit, ne forte & huic ſimiliter contingeret. Et cum nutaret, & non daret petenti vllum reſponſum; dixit ei Angelus: Noli timere, dare eam iſti: Quoniam huic timenti Deum dabitur couiunx filia tua, propterea alius non potuit habere illam.*

DISPOSITIO.

Prouerbio dicitur: Non eſt ſalutare conſilium, ſi illi pare-

Digitized by Google

patere non velis. Tobias igitur, monitus ab Angelo, vt Saram petat à Raguele, obtemperat conſultori optimo. Docet enim primo hæc hiſtoria, quomodo Tobias Raguelem de filia ipſi matrimonio iungenda rogauerit. Secundò. Deſcribitur Raguelis tergiuerſatio, vel potius dilatio & penſatura. Tertio, Angeli pro Tobia interceſſio, & votum additur.

I.

Rogatum Raguelem vult Tobias, & ne repulſam patiatur, orat ſedulo. Eſt autem hæc ſumma petitionis, vt promittat ipſi Raguel, dare filiam Saram in vxorem. Non autem tum de ſponſalijs tractat, vbi largius bibit, & ex vino incaluit; ſed bene ſobrius. Imo non vult prius manducare aut bibere, quam res ſuas exequutus fuerit.

L. I. Bene facit Tobias, quod ordinaria via procedit: & Saram ſibi dari rogat. Noſtrates multi longe aliter agendum cenſent: inprimis vbi amplæ ſperandæ diuitiæ. Saram ipſi prius, quam parentes conueniunt: ipſam blandis verbis ſibi conciliant, promiſſionem aliqualem (captioſis interdum verbis) extorquent, eandem poſtea largiſſime interpretantur, aureos illi viciſſim montes pollicentur: multum prolixe de parentum celebritate nugantur, de magnis diuitijs gloriantur: & nihil non mendaciorum proferunt.

Hæc & alia iam ſunt in vſu. Multæ & honeſtæ ſepe virgines doloſe inducuntur, parentes triſtitia afficiuntur. Quis ergo fœlix coniugij talis euentus ſperandus? Hinc tot & tantæ paſſim querelæ audiuntur. Ideoque neceſſe eſt, vt Magiſtratus pij ſeueriſſima pœna in mendaces & ſceleſtos tales procos animaduertant, ne malitiam iſtam impune ferant. Recte etiam in ordinarijs & ſincerìs conſiſtorijs matrimonialibus eiuſmodi promiſſiones illegitimæ, vel extortæ, vel doloſæ, aut neſcijs parentibus clam factæ, reſcinduntur.

L. II. De ſponſalijs & matrimonio tractaturi, faciant

Q id ſo-

Digitized by Google

id ſobrij: & caueant, ne Ebrij quidquam promittant; quod pœnitere poſſit ſobrios. Teſtatur enim experientia, multos, vbi vinum merarius ſumpſerunt, ſtulti amoris flammas compeſcere non poſſe: qui tamen poſtea de matrimonio pœnitentes, nec conſilium mutare, nec promiſſionem ſemel factam retractare poſſunt. Aliter hic Tobias, & ſeruus Abrahami. Gen. 24. v. 33. agunt. Deliberandum enim bene, quod hic ſtatuendum. Nec patitur ludum fides coniugij.

II.

Raguel petitionem Tobiæ audiens, cogitat, quam infauſtæ fuerint nuptiæ ipſius filiæ Saræ, ſeptem ſponſis, qui ſinguli prima nuptiarum die à ſpiritu maligno, Aſmodæo illo occiſi fuere. Quia igitur metuit, ne idem accidat cognato, contribuli ſuo, optimi patris vnico filio, contriſtatur ſup hac petitione, nec mox annuit illius precibus, ſed reſponſum differre, atque moras nectere cogitat. Optaret vtiq; bonus Raguel Tobiæ de alio coniugio proſpici, vbi minus eſſet periculi. Et mallet filiam cœlibem mori, quam octauum ſponſum, pium Tobiam perire, & ipſius honeſtiſſimos parentes mœrore affici.

L. Laudabilis ſane eſt hic Raguelis candor. Inuenias enim hoc tempore, qui venales extrudant, & iuuenibus (præſertim ijs, de quibus magna ſpes eſt) offerant filias ſuas, eas potiſſimum, quas infauſtas coniuges futuras, ipſi parentes diuinare poſſunt. Quomodocunque poſtea cum Generis ſuis agatur, ipſi parum ſunt ſoliciti. Dummodo ædibus paternis abſint filiæ infœlices, vel deformes; aut tales, quas nemo in matrimonium accipere cupit. Quinimo non pauci parentes, procos ipſi laceſſere, ijſdemque inuitis, & (interdum, proh pudor, vino ſomnoque ſepultis) filias ſuas importune obtrudere non verentur. Certe Laban fraudulenter neſcienti & inuito Iacobo filiam Liam obtrudit. Gen. 29.

Grande hoc peccatum parentum maledictionem meretur.

tetur Si enim in quocunque alio contractu, pie & candide agendum, maxime hic: cum hic contractus perpetuus eſſe debeat, nec reſcindi poſſit vnquam.

III.

Cum Raguel metu periculi (vt dictum eſt ſupra) & exemplis triſtiſſimis territus, non ſtatim conſentiret in nuptias Tobiæ, monet ipſum Angelus, Tobiæ pronubus, vt fideliſſimus ſollicitator, ne ipſi filiam ſuam in vxorem dare grauetur.

Adducit autem rationes duas. 1. A Domino illi deſtinata eſt filia tua. 2. Es pius iuuenis timens Deum. Non poteris ergo recuſare filiam.

Et quamuis nullam Raguel prætendat cauſam ſuæ tergiuerſationis, ſcit tamen Angelus, quis illum ſcrupulus pungat. Hunc eximere vult Ragueli, ideoque addit: Nihil hic amplius periculi. Propterea autem cæteros fuiſſe occiſos a Cacodæmone, quia non illis, ſed Tobiæ Dominus deſtinauerit Saram.

L. I. Coniugia eſſe fatalia, Angelus ipſe Raphael teſtatur aperte, dum Tobiæ vni præ omnibus alijs Saram diuinitus deſtinatam aſſerit: Sicque docet ſimul, non poſſe alium accipere eam, quæ tibi deſtinata eſt. Idem Prou. 19. v. 14. De quo ſæpe alias.

L. II. Coniugem piam deſtinari timentibus Dominum Angelus pronunciat, & conſentit cum hoc Syr. 26. verſ. 3. Quod ſi interdum Deus ab hac regula diſcedit, ſicut hiſtoria Iobis docet, Iob. 2. verſ. 9. ſciendum: tum id fieri, quando Dominus ſuos tentare, probare & cruce atque aduerſitatibus exercere decreuit. Diligentibus autem Deum omnia cooperantur in bonum. Et nouit Dominus, in cuius manu ſunt corda filiorum hominum, ex Iſabella facere Abigailem.

L. III. Exemplum Angeli pronubi docet, eum, qui Proxenetam, internuntium & ſolicitatorem (**Küppler**) agit, veracem eſſe debere, nec more noſtri ſeculi, cum

de ſponſalijs tractatur, plauſtra mendaciorum aduehenda eſſe: quod adeo ſolemne eſt, vt in prouerbium abierit. Angelus vero Tobiam, quod ſit timens Deum, commendat. Idem alij faciant: ne mendacijs honeſtos viros circumueniant. Id enim nulla ratione excuſari poteſt.

THEMA LII.

Ex Tobiæ 7. verſ. 14. ad 18.

Tunc dixit Raguel: non dubito, quod Deus preces & lachrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit. Et credo, quod ideo vos facit venire ad me, vt iſta [filia mea Sara] *coniungeretur cognationi ſuæ, ſecundum legem Moſis. Et nunc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, & impleat benedictionem ſuam in vobis. Et accepta charta fecerunt conſcriptionem coniugij. Et poſt hæc copulati ſunt benedicentes Deum.*

DISPOSITIO.

Inuitati ad ſponſalia Tobiæ hodie læti compareamus: & quia hic omnia rite & pie fiunt, quæcunque ad legitima ſponſalia requiruntur; agite obſeruemus ſingula. Poterunt enim ad informationem noſtram non parum facere, quæ hic deſcribuntur. Quatuor autem notanda ſunt hoc loco.

1. Parentis Raguelis aſſenſus, qui Saram promittit, & tradit Tobiæ.
2. Ceremoniæ quibus copulantur futuri coniuges.
3. Pacta dotalia conſcribuntur.
4. Conuiuium celebratur.

I.

1. Agnoſcit Raguel Tobiam eſſe, cui diuinitus deſtinata

nata ſit filia, quia ſit de tribu ſua oriundus. Ideoq; illos ſecundum legem Moſi, Num. 36. rite cõiungi poſſe nouit.

2. Oſtendit ſe ardentiſſimis hactenus precibus cum effuſis lachrymis Dominum fatigaſſe, vt filiæ Saræ fœlix largiretur coniugium: licet infauſtæ hactenus ſepties cum illa celebratæ nuptiæ, omnem pene illis de fœlici matrimonio ſpem ademerint. Nunc vero re ipſa teſtatum facere Dominum, quod preces illius in conſpectum ſuum admiſerit, cum Tobiam generum exoptatiſſimum de eadem cum ipſo Tribu adduxerit propterea, vt Saræ coniungeretur.

3. Ideoque cum honeſte non poſſit Tobiæ denegare petitionem, niſi diuinum decretum irritum facere velit, promittit ſe ipſi iam præſenti Saram filiam ſuam deſponſaturum.

L. I. Docet Raguel à parentibus requiri, vt ardentes ad Deum preces fundant, pro fœlici ſuorum liberorum matrimonio. Si enim ſeruus Abrahami tam anxie orat, quid non faciant parentes ipſi, quorum intereſt? Geneſ. 24. verſic. 12. Propterea Iſaacus orat, cum de ſponſalijs ſuis in Meſopotamia tractari ſciret. Geneſ. 24. verſic. 63. Nec dubium, quin idem fecerit optimus pater Abrahamus. Geneſ. 24.

L. II. Quando parentes ſentiunt & agnoſcunt, diuina voluntate corda liberorum ſyncero & honeſto amore erga bonos & honeſtos procos accendi, non quærant, quomodo tale coniugium impedire poſſint. Sic Laban. Geneſ. 24. v. 25. ſeruo Abrahami reſpondet: A Domino factum eſt illud, ideoque non poſſumus quidquam contra ipſum loqui. Idem ſentit hoc loco Raguel.

L. III. In matrimonijs principaliter & ante omnia ſpectanda pietas contrahentium, & honeſtas tum ipſorum, tum etiam familiæ. Id vnum Raguel hoc loco conſiderauit. Ad id enim, quod hoc ipſo capite, verſu 7. fatetur, acceſſit etiam hoc, quod Angelus Tobiam commendat: Eſt timens Dominum: Non diuitias Tobiæ,

Digitized by Google

quæ nullæ erant) ſpectare potuit: nec de his vllum verbum facit.

II.

Promiſſum cadit in debitum. Quia igitur Raguel Saram Tobiæ promiſit, videamus, quo ritu ſolemni copulati fuerint.

1. Dextram filiæ ſponſæ dextræ Tobiæ ſponſi iungit parens, quod ſignum eſt promiſſionis & coniunctionis arctiſſimę, & quod porro nemo illos ſeparare poſſit. Conſtat autem iam ante patri de voluntate, & conſenſu filiæ Saræ.

2. Accedit pium votum: 1. Deus Abraham, Iſaac, & Jacob vobiſcum ſit. 2. Ipſe coniungat vos, qui ſolus coniuges rite copulare ſolet. 3. Is ſuam benedictionem clementer & largiſſime ſuper vos effundat.

L. I. Licet conſenſus verbis expreſſus faciat nuptias, ſi maxime manuum coniunctio non accedat, tamen non immerito hic ritus etiam adhuc hodie apud nos ſeruatur, vt dextra dextrę iungatur. Quamuis enim pauci de hoc cogitant, tamen non caret hæc res myſterio. Quemadmodum enim id quod charũ eſt, vbi manu dextra prehẽdimus, firmiſſime retinemus, nec è manibus nobis excuti patimur, ita quam ſemel manu dextra prehenſam ſpõſam tibi copulaſti, nunquam neq; ex corde euelli, nec ex manibus tuis excidere patiaris. Præter Deum enim non ſit, qui vos ſeparare & diuellere ab inuicem poſſit. Ideoque recte fidas manus coniungere iubentur copulandi.

L. 2. Omnium autem maxime in copulatione horum Neogamorum ſpectanda eſt benedictio illa Raguelis, ſiue congratulatio: quæ ſingularem habet efficaciam. Fuit hęc apud veteres vſitatiſſima, vt patet ex Gen. 24. v. 60. Gen. 31. v. 55. Ruth. 4. v. 11. Ideo non parentes & cognati tantum, ſed quicunque præſentes nuptijs vel ſponſalijs adſunt, faciant, vt pia vota cum ipſis coniungant. Hoc præcipuum eorum eſt officium, qui inuitati ſunt.

Ipſi

Ipſi vero Neogami hanc benedictionem & congratulationem ſiue à miniſtro Eccleſiæ, ſiue à parentibus & cognatis proueniat, magnum apud Deum pondus habituram nihil dubitent, ſiquidem ipſi benedictione digni fuerint.

Inſtar precum enim ſunt tales piorum acclamationes. Huc pertinet id Matth. 10. v. 12.

L. III. Hæc autem eſt benedictio vera Neogamorum. 1. vt Dominus ſit cum ipſis, & benedicat omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus. 2. Vt largiatur ipſis Dominus victui necesſaria. Pro his ipſi etiam Dominum rogent.

III.

Peractis his, quę in coniugio primitus ſpectanda ſunt, cætera etiam expediuntur hoc loco. Pacta dotalia conſcribuntur, de quibus etiam nonnihil Tob. 8. v. 23.

L. Multa incom̃oda præcaueri poſſunt, ſi de bonis etiam inter partes contrahentes certis pactis conueniat. Et ſi fieri poteſt, pacta quoq; talia in tabulas referenda, præſertim apud honeſtiores & ſplẽdidiores familias, ne poſt obitum coniugis alterius partis cõtentionibus locus eſſe poſſit. Abſit autem fraus & dolus omnis quam longiſſime. Huc referri etiam poteſt id. 1. Theſſ. 4. v. 6.

IV.

Poſt hæc epulati ſunt, habet textus, Conuiuium apparatum fuit confirmatio tractationis matrimonialis. Ad hilaritatem, non ad ebrietatem inſtitutum. Additur enim benedicentes Dominum æpulati ſunt, Deum laudant, qui inſtituit coniugium, & haſce etiam nuptias conciliauit.

L. Antiquus mos conuiuiorum nuptialium. Exempla Gen. 24 v. 54. & 29. v. 22. Iud. 14. v. 10. Eſth. 2. v. 18. Ioan. 2. v. 1. Hoſpites autem propterea ſe inuitatos ſciant, non tantum vt hilariter bibant: ſed vt benedicant Domino, cum ipſis Neogamis. Cauenda ebrietas.

vtriuſque coniugis precationem Spiritus ſanctus deſcriptam extare voluit ad noſtra vſque tempora: adeoq; non tantum coniuncta vota viri pariter & vxoris, ſed etiam quid quiſque illorum dixerit, ſeparatim huic hiſtoriæ inſeruerit: non eſt dubitum, quin hæc Deo vehementer placuerint. Placeant itaque etiam nobis.

Dicemus 1. Quomodo ſeſe mutuo ad pias preces fuerint hi noui coniuges exhortati.

2. Quibus partibus iſta precatio conſtet.

I. Pars.

Singulari varo coniuncti Tobias & Sara nolunt coniugali vti conſeruatione prius, quam Deum fuerint ardentiſſime deprecati. Hortatur itaque Sponſus Sponſam ad preces: quam primum peruenere ad thalamum. Scit enim quid anteceſſoribus acciderit, & quid conſilij acceperit a comite Angelo. Nec volunt ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. Et ſponſa ſimiliter paratiſſima eſt ad preces & lachrymas fundendas, coram Deo. Nouerat enim quantum mali hactenus perpeſſa fuerit. Ideoq; precibus omnino opus eſſe iudicat, ne huic ſponſo idem accidat, quod prioribus ſeptem viris. Surgunt itaque mox de lecto pariter vterque coniunx. Nec moram vnus nectit: quia ambo erant piiſſimi, & timentes Deum.

Surgentes autem orant ad Dominum. Precibus ordiri volunt coniugium.

Et orant inſtanter. INSTANTER inquit. Non vno aut altero verbo Deum rogant, ſed ardenter & cum ſuſpiriis atq; gemitibus ſeriis. Sciunt enim periculum imminere à ſpiritu Aſmodæo, niſi prohibeatur à Deo. Sicq; orant inſtanter. AMBO SIMVL. Coniunctis votis rogant Dominum, vt à ſpiritu malo cuſtodiat.

LOCVS. NOTANDVM NON DECERE CHRISTIANOS, ſed gentium hoc eſſe, vt matrimonii initium faciant à cohabitatione & conſeruatione coniugali.

Digitized by Google

Cum enim multa immineant coniugibus pericula, ab Aſmodæo, hoc eſt, Diabolo, neceſſe eſt, vt ardentibus coniugum precibus pellatur. Et ſi in vllo vitæ genere neceſſe eſt orare pro pace, maxime orandum pro pace domeſtica, contra Diaboli inſidias. Si pro ſanitate, maxime hic, cum iam maritus, iam vxor, mox liberi ſentiant ægritudines varias. Sic de cæteris. Eſt enim Satan acerrimus & infenſiſſimus hoſtis coniugij, propterea quod nouit ex hoc vitæ genere iuxta diuinam ordinationem, prodire homines, qui in Eccleſia, Republica & Oeconomia Deo ſeruiant, ipſi vero Diabolo damnum dent. Hæc cum ita ſint, primum omnium vbi pij coniuges de more vſitato conuenerint, preces arripiant.

Orent autem ambo pariter, vt Deus communia illorum vota citius audiat & exaudiat. Nam ſi duo conſenſerint ſuper quacunque re oraturi ad Deum, continget illis hoc à patre cœleſti, Chriſto teſte. Matth 18. v. 19.

Et ſicut coniugum debet eſſe vnum Cor, & vna anima, in cæteris omnibus, ita etiam communes debent illorum eſſe preces ad Deum.

Quod ſi filij ſanctorum ſint, quemadmodum hi coniuges, non opus erit multis admonitionibus, ſed ipſimet ſe inuicem exhortabuntur ad mutuas preces, vt ſit hoc loco.

Orandum autem inſtanter & ardentiſſime. Non enim ſemper annuit Deus mox ad primum Pater noſter. Sed inſtanti orationi, Rom. 12 Col. 4. ſine intermiſſione orandum, 1. Theſſ. 5. Nec prima tantum die nuptiarum orandum: ſed in oratione perſeuerandum omni tempore coniugij. Semper enim ſeſe offeret occaſio talis, quæ nos iubeat orare.

De effectu autem precum minime dubitandum. Nam & hoc loco ſequitur optatus euentus. Ita Deus nunquam repudiaturus eſt noſtras preces, ſi fuerint ex fide profectæ, ſi ardentes, ſi inſtantes ſint. Antequam clamant, ergo audiam, Eſa. 65. Voluntatem timentiũ ſe faciet

ciet, Pſalm. 145. Etſi non audit ad voluntatem, tamen audiet ad vtilitatem.

II.

Videamus iam argumentum huius orationis, quod eſt tale: VT CVSTODIRET ILLOS DOMINVS. Illud pluribus verbis petunt à Deo. Et præcedit quidem Tobias Saram verbis, & facit initium Orationis: Illa vero ſequitur, & orationem petitione duplici claudit. Continent autem hæ precationes coniunctæ 4. membra.

1. Gratias agit Deo Tobias, quod pro clementiſſima ſua voluntate inſtituerit coniugium: & adamo à ſe creato adiunxerit adiutorium: ſicque coniugium ſanciuerit & mandauerit. Ideoque Deum Creatorem perpetuis laudibus non tantum ab hominibus, ſed etiam ab omnibus alijs creaturis celebrandum eſſe.

2. Proteſtationem adiungit Tobias: cum diuina voluntate ſit factus iam coniunx, ſe non luxuriæ aut libidinis cauſa duxiſſe vxorem: ſed prolis amore: vt ſemper ſint, qui benedicant Dominum. Hunc enim finem coniugij potiſſimum eſſe. Ideoque etiam ſecundum legem iniiſſe hoc coniugium, & duxiſſe hanc ſororem, hoc eſt, contribulem ſuam Quia enim ab vno ſtipite prouenie-bant, ideoque quicunque ex vna tribu oriundi erant, fratres & ſorores dicuntur.

3 Iam ſequitur ipſa petitio: quam prioribus ſubnectit ipſa Sara. Hæc primum eſt generalis: Miſerere nobis Domine, Miſerere nobis: Hoc eſt, remitte quæſo nobis omnia peccata: Pelle Diabolum & quæuis mala, largire nobis benedictionem tuam, corporalem & ſpiritualem, coniugio promiſſam.

4. Tandem in ſpecie petunt, Sara verbis præeunte, VT CONSENESCANT AMBO PARITER SANI. Rogant Dominum, vt ſanitatem illis largiatur, quo poſſint labore manuum ſuarum quærere victum. Deinde vero hoc intelligit, ne mors vnum coniugem alteri

mox

mox eripiat, ſed vt Deus ambos pariter in vita conſeruet, vt cum moriendum, mox alius alium ſequatur. Tertio, petit vt conſeneſcant, hoc eſt, ne in flore iuuentutis cum mœrore parentum Deus illos morte abripi patiatur, ſed vt largiatur vitam longæuam, vt poſſint prius educare ſuos liberos in timore Domini, & iuxta promiſſionem factam Pſal. 128. videre filios filiorum. Hæc eſt ſumma precum.

LOCVS. I. Recte agnoſcunt Neogami & quicunque alii, coniugium eſſe primitus à Deo ſingulari conſilio inſtitutum: ideoque Deum celebrant, quod dederit viro adiutorium: quia ipſe pro æterna ſua ſapientia viderit, non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, ſed melius eſſe duo quam vnum. Gen. 1. Eccl. 4.

Facit hoc deinde ad ipſorum etiam conſolationem, quod ſciunt ſe viuere in tali ſtatu, qui Deo placeat: & qui diuinitus ſit inſtitutus. De quo ſæpius.

II. Diſcant iuuenes, quis animus illorum eſſe debeat, ſi velint coniuges fieri. Tobias Deum teſtem inuocat quod non libidinis explendæ cauſa factus fuerint coniunx, ſed quod ſola poſteritatis dilectione vxorem duxerit, vt ſint ſemper, qui benedicant Deum. Idem ſentiant omnes honeſti adoleſcentes: & ſciant hunc finem eſſe coniugii præcipuum, vt multiplicetur genus humanum: & ſint, qui benedicant Deum. At quotuſquiſque iuuenum de hoc cogitat?

Patriarchæ certe aliud nihil ſpectarunt, quod ex vniuerſa illorum hiſtoria patet.

III. Licet nobis etiam à Deo petere vitam longæuam, præſertim coniugibus. Hanc etiam promiſit Dauid, ex Spiritus ſancti afflatu. Pſal. 128. vt poſſint educare liberos in timore Domini. Ita tamen petamus vitæ prolongationem, vt ſemper addamus id, FIAT VOLVNTAS TVA.

THE-

THEMA LIV.

Ex Tob. 9. verſ. 3.

Obſecro te Azaria, vt roges eum [Gabelum] *venire ad nuptias meas.*

Idem eſt ſenſus verſ. 7.

Fecitque [Angelus vel Azaria comes Tobiæ] *eum Gabelum ſecum venire ad nuptias.*

DISPOSITIO.

Audimus ex hiſtoria Tobiæ, factas illi eſſe nuptias à Raguele Et legimus quidem cap. 8. duas pingues vaccas & quatuor arietes mactatos, & epulas paratas eſſe. Vt ergo ſint, qui iſta victualia abſumant, inuitandi ſunt hoſpites. Et inuitantur; quidem vicini & amici, qui habitant circa Raguelem. Verum ex parte Tobiæ ſponſi non adſunt hoſpites: Ideò verba præſentia teſtantur, illum ex aliis locis etiam vocaſſe hoſpitem bonum, cognatum ſcil. Gabelum: qui etiam cum nuntio Azaria (Angelo ſcilicet; quem tamen ipſe non magis quam Tobias hominem putabat) ad nuptias inuitatus comparuerit.

Cum itaque alias ſæpius de nuptiis, coniugio & ſimilibus diximus, iam tantum dicemus de hoſpitibus.

1. Quare ſoleant hoſpites inuitari ad nuptias.
2. Quinam hoſpites inuitandi ad nuptias.
3. Quidnam hoſpites inuitatos facere deceat.

I.

Antiquiſſima eſt conſuetudo: quod ad nuptias inuitantur hoſpites, patet id ex Tob. 8. ver. 22. & hoc loco. Et Gen. 29. Cum Iacob cum Rachele vellet iungi matrimonio pro qua hactenus ſeruiiſſet ſeptem annis, inuitati leguntur à Labano omnes viri eius loci ad nuptias

Cum

Cum Samſoni fierent nuptiæ, adiunguntur illi triginta iuuenes, qui vt hoſpites adſunt nuptijs. 14. Ioan. 2. leguntur Apoſtoli cum ipſo ſaluatore Chriſto & matre Maria, inuitati ad nuptias.

Id etiamnum obſeruatur apud nos. Et niſi (quod in plerisq; per ſe licitis rebus fieri ſolet) accederet abuſus, non poſſet hoc reprehendi. Verum quia numerus hoſpitum non more veterum exiguus eſt, ſed in immenſum excreuit, multique hac in parte tantum priuatum commodum ſpectarunt hactenus, non poteſt illud excuſari.

At hæ ſunt rationes, ob quas antiquitus ſoliti fuere ad nuptias inuitare hoſpites, quæ etiamnum debent principaliter ſpectari.

1. Vt ab hoſpitibus inuitatis fiant interceſſiones pro Neogamis, & vt hos iuuent precibus ſuis illi. Quo enim plures concurrunt preces atque interceſſiones, tanto facilius expugnatur Deus. Et ſi vult annuere, ſi duo aut tres conſentiunt, Matth. 18. quanto magis ſi plures ſint.

Et debent tam à parentibus, quam ipſis Neogamis pluris æſtimari preces piorum hoſpitum, quam omnia illorum honoraria, quantumuis magnifica. Nec ſunt gratulationes illorum irritæ, ſed ſi fide accipiantur, multum proſunt. Patet ex Matth. 10. v. 13.

2. Altera cauſa inuitationis fuit, & debet adhuc eſſe hæc, vt præſentes hoſpites ieſtes ſint legitimæ & publicæ copulationis. Hi enim poſtea neceſſitate id poſtulante, teſtes eſſe poſſunt, liberos ex talibus coniugibus progn atos, eſſe legitimos: cum ipſi legitimæ copulationis fuerint teſtes αὐτόπται.

II.

Quemadmodum autem in numero & intentione peccatur, (quo ad inuitationem hoſpitum:) ita etiam in qualitate perſonarum.

Multi enim illos tantum inuitant, qui ſunt diuites, aut

magis eos, qui ſunt liberales, à quibus ſperare poſſunt ampliſſima donaria. Alij eos tantùm inuitant, quorum præſentia videtur eſſe magnifica, & Neogamis admodum honorifica.

Quales autem ipſi ſint, ſiue honeſti & pij, ſiue impij, de hoc non ſunt ſolliciti. At his accidit id Prou. 17. v. 8. Atqui in deligendis hoſpitibus ſemper ratio haberi debet honeſtatis & pietatis. Si enim propter pias preces inuitari debent, maxime inuitandi ij, quorum preces Deo poſſunt eſſe acceptæ. Nam preces eorum, qui manus ſanguine plenas, aut auaritia pollutas, aut alijs peccatis inquinatas attollunt; Deus audire renuit. Eſa 1.

Inuitando ergo homines pii: pauperes ſiue ſint & abiecti, ſiue diuites & honorati.

Vbi inprimis ratio eſt habenda cognatorum & ſanguine iunctorum. Ideoque Gabelus vocatur hoc loco. Et præſentes adſunt amici Tobiæ, His enim (ſi pij ſint) magis curæ eſt ſalus Neogamorum cognatorum. Vide quomodo benedicant Rebeccæ cognati. Gen 24. v. 60.

Vicini etiam non ſunt negligendi: quod Tobiæ ſocer Raguel obſeruauit. Nam hi ſemper decent congaudere inuicem, ſi boni ſint: quod patet ex Luc. 15. cap. Vbi congratulantur vicini de Oue & drachma inuentis. Magis hoc tum fiet, cùm de fœlicitate coniugum eſt agendum. Patetet id exemplo vicinorum Ruth & Naemi. Ruth. 4.

Qui vero quoſcunque ad nuptias vocant, dummodo liberaliter donaria dent Neogamis: illi omnibus animum ſuum aperiunt, quod nihil honeſtatis ſit in ipſis.

Qui amicos pauperes (licet cognati ſint & pij) negligunt, & metuunt authoritati ſuæ, ne imminuatur præſentia pauperum amicorum, illi Deum Creatorem contemnunt, Prouerb. 17. Et filium Dei, qui & ipſe pauper factus eſt propter nos. 2. Cor. 8. At facile fieri poteſt, vt accidat illis, quod timent. Per quæ enim quis peccat per eadem punitur. Sapient. 11. verſ. 17. Cogitent

quæ nullæ erant) ſpectare potuit: nec de his vllum verbum facit.

II.

Promiſſum cadit in debitum. Quia igitur Raguel Saram Tobiæ promiſit, videamus, quo ritu ſolemni copulati fuerint.

1. Dextram filiæ ſponſæ dextræ Tobiæ ſponſi iungit parens, quod ſignum eſt promiſſionis & coniunctionis arctiſſimę, & quod porro nemo illos ſeparare poſſit. Conſtat autem iam ante patri de voluntate, & conſenſu filiæ Saræ.

2. Accedit pium votum: 1. Deus Abraham, Iſaac, & Iacob vobiſcum ſit. 2. Ipſe coniungat vos, qui ſolus coniuges rite copulare ſolet. 3. Is ſuam benedictionem clementer & largiſſime ſuper vos effundat.

L. I. Licet conſenſus verbis expreſſus faciat nuptias, ſi maxime manuum coniunctio non accedat tamen non immerito hic ritus etiam adhuc hodie apud nos ſeruatur, vt dextra dextrę iungatur. Quamuis enim pauci de hoc cogitant, tamen non caret hæc res myſterio. Quemadmodum enim id quod charũ eſt, vbi manu dextra prehẽdimus, firmiſſime retinemus, nec è manibus nobis excuti patimur, ita quam ſemel manu dextra prehenſam ſpõſam tibi copulaſti, nunquam neq; ex corde euelli, nec ex manibus tuis excidere patiaris. Præter Deum enim non ſit, qui vos ſeparare & diuellere ab inuicem poſſit. Ideoque recte fidas manus coniungere iubentur copulandi.

L. 2. Omnium autem maxime in copulatione horum Neogamorum ſpectanda eſt benedictio illa Raguelis, ſiue congratulatio: quæ ſingularem habet efficaciam. Fuit hęc apud veteres vſitatiſſima, vt patet ex Gen. 24. v. 60. Gen. 31. v. 55. Ruth. 4. v. 11. Ideo non parentes & cognati tantum, ſed quicunque præſentes nuptijs vel ſponſalijs adſunt, faciant, vt pia vota cum ipſis coniungant. Hoc præcipuum eorum eſt officium, qui inuitati ſunt.

Ipſi

Digitized by Google

Ipſi vero Neogami hanc benedictionem & congratulationem ſiue à miniſtro Eccleſiæ, ſiue à parentibus & cognatis proueniat, magnum apud Deum pondus habituram nihil dubitent, ſiquidem ipſi benedictione digni fuerint.

Inſtar precum enim ſunt tales piorum acclamationes. Huc pertinet id Matth. 10. v. 12.

L. III. Hæc autem eſt benedictio vera Neogamorum. 1. vt Dominus ſit cum ipſis, & benedicat omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus. 2. Vt largiatur ipſis Dominus victui neceſſaria. Pro his ipſi etiam Dominum rogent.

III.

Peractis his, quę in coniugio primitus ſpectanda ſunt, cætera etiam expediuntur hoc loco. Pacta dotalia conſcribuntur, de quibus etiam nonnihil Tob. 8. v. 23.

L. Multa incom̃oda præcaueri poſſunt, ſi de bonis etiam inter partes contrahentes certis pactis conueniat. Et ſi fieri poteſt, pacta quoq; talia in tabulas referenda, præſertim apud honeſtiores & ſplēdidiores familias, ne poſt obitum coniugis alterius partis cōtentionibus locus eſſe poſſit. Abſit autem fraus & dolus omnis quam longiſſime. Huc referri etiam poteſt id. 1. Theſſ. 4. v. 6.

IV.

Poſt hæc epulati ſunt, habet textus, Conuiuium apparatum fuit confirmatio tractationis matrimonialis. Ad hilaritatem, non ad ebrietatem inſtitutum. Additur enim benedicentes Dominum æpulati ſunt, Deum laudant, qui inſtituit coniugium, & haſce etiam nuptias conciliauit.

L. Antiquus mos conuiuiorum nuptialium. Exempla Gen. 24 v. 54. & 29. v. 22. Iud. 14. v. 10. Eſth. 2. v. 18. Ioan. 2. v. 1. Hoſpites autem propterea ſe inuitatos ſciant, non tantum vt hilariter bibant: ſed vt benedicant Domino, cum ipſis Neogamis. Cauenda ebrietas.

Digitized by Google

vtriuſque coniugis precationem Spiritus ſanctus deſcriptam extare voluit ad noſtra vſque tempora: adeoq; non tantum coniuncta vota viri pariter & vxoris, ſed etiam quid quiſque illorum dixerit, ſeparatim huic hiſtoriæ inſeruerit: non eſt dubitum, quin hæc Deo vehementer placuerint. Placeant itaque etiam nobis.

Dicemus 1. Quomodo ſeſe mutuo ad pias preces fuerint hi noui coniuges exhortati.

2. Quibus partibus iſta precatio conſtet.

I. Pars.

Singulari vato coniuncti Tobias & Sara nolunt coniugali vti conſeruatione prius, quam Deum fuerint ardentiſſime deprecati. Hortatur itaque Sponſus Sponſam ad preces: quam primum peruenere ad thalamum Scit enim quid anteceſſoribus acciderit, & quid conſilij acceperit à comite Angelo. Nec volunt ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. Et ſponſa ſimiliter paratiſſima eſt ad preces & lachrymas fundendas, coram Deo. Nouerat enim quantum mali hactenus perpeſſa fuerit. Ideoq; precibus omnino opus eſſe iudicat, ne huic ſponſo idem accidat, quod prioribus ſeptem viris. Surgunt itaque mox de lecto pariter vterque coniunx Nec moram vnus nectit: quia ambo erant piiſſimi, & timentes Deum.

Surgentes autem orant ad Dominum. Precibus ordiri volunt coniugium.

Et orant inſtanter INSTANTER inquit. Non vno aut altero verbo Deum rogant, ſed ardenter & cum ſuſpiriis atq; gemitibus ſeriis. Sciunt enim periculum imminere à ſpiritu Aſmodæo, niſi prohibeatur à Deo. Sicq; orant inſtanter. AMBO SIMVL. Coniunctis votis rogant Dominum, vt à ſpiritu malo cuſtodiat.

LOCVS. NOTANDVM NON DECERE CHRISTIANOS, ſed gentium hoc eſſe, vt matrimonii initium faciant à cohabitatione & conſeruatione coniugali.

Cum enim multa immineant coniugibus pericula, ab Aſmodæo, hoc eſt, Diabolo, neceſſe eſt, vt ardentibus coniugum precibus pellatur. Et ſi in vllo vitæ genere neceſſe eſt orare pro pace, maxime orandum pro pace domeſtica, contra Diaboli inſidias. Si pro ſanitate, maxime hic, cum iam maritus, iam vxor, mox liberi ſentiant ægritudines varias. Sic de cæteris. Eſt enim Satan acerrimus & infenſiſſimus hoſtis coniugij, propterea quod nouit ex hoc vitæ genere iuxta diuinam ordinationem, prodire homines, qui in Eccleſia, Republica & Oeconomia Deo ſeruiant, ipſi vero Diabolo damnum dent. Hæc cum ita ſint, primum omnium vbi pij coniuges de more vſitato conuenerint, preces arripiant.

Orent autem ambo pariter, vt Deus communia illorum vota citius audiat & exaudiat. Nam ſi duo conſenſerint ſuper quacunque re oraturi ad Deum, continget illis hoc à patre cœleſti, Chriſto teſte. Matth 18. v. 19.

Et ſicut coniugum debet eſſe vnum Cor, & vna anima, in cæteris omnibus, ita etiam communes debent illorum eſſe preces ad Deum.

Quod ſi filij ſanctorum ſint, quemadmodum hi coniuges, non opus erit multis admonitionibus, ſed ipſimet ſe inuicem exhortabuntur ad mutuas preces, vt fit hoc loco.

Orandum autem inſtanter & ardentiſſime. Non enim ſemper annuit Deus mox ad primum Pater noſter. Sed inſtanti orationi. Rom. 12 Col. 4. ſine intermiſſione orandum. 1. Theſſ. 5. Nec prima tantum die nuptiarum orandum: ſed in oratione perſeuerandum omni tempore coniugij. Semper enim ſeſe offeret occaſio talis, quæ nos iubeat orare.

De effectu autem precum minime dubitandum. Nam & hoc loco ſequitur optatus euentus. Ita Deus nunquam repudiaturus eſt noſtras preces, ſi fuerint ex fide profectæ, ſi ardentes, ſi inſtantes ſint. Antequam clamant, ergo audiam. Eſa. 65. Voluntatem timentiũ ſe faciet

ciet, Pſalm. 145. Etſi non audit ad voluntatem, tamen audict ad vtilitatem.

II.

Videamus iam argumentum huius orationis, quod eſt tale: VT CVSTODIRET ILLOS DOMINVS. Illud pluribus verbis petunt à Deo. Et præcedit quidem Tobias Saram verbis, & facit initium Orationis: Illa vero ſequitur, & orationem petitione duplici claudit. Continent autem hæ precationes coniunctæ 4. membra.

1. Gratias agit Deo Tobias, quod pro clementiſſima ſua voluntate inſtituerit coniugium: & adamo à ſe creato adiunxerit adiutorium: ſicque coniugium ſanciuerit & mandauerit. Ideoque Deum Creatorem perpetuis laudibus non tantum ab hominibus, ſed etiam ab omnibus alijs creaturis celebrandum eſſe.

2. Proteſtationem adiungit Tobias: cum diuina voluntate ſit factus iam coniunx, ſe non luxuriæ aut libidinis cauſa duxiſſe vxorem: ſed prolis amore: vt ſemper ſint, qui benedicant Dominum. Hunc enim finem coniugij potiſſimum eſſe. Ideoque etiam ſecundum legem iniiſſe hoc coniugium, & duxiſſe hanc ſororem, hoc eſt, contribulem ſuam. Quia enim ab vno ſtipite proueniebant, ideoque quicunque ex vna tribu oriundi erant, fratres & ſorores dicuntur.

3 Iam ſequitur ipſa petitio: quam prioribus ſubnectit ipſa Sara. Hæc primum eſt generalis: Miſerere nobis Domine, Miſerere nobis: Hoc eſt, remitte quæſo nobis omnia peccata: Pelle Diabolum & quæuis mala, largire nobis benedictionem tuam, corporalem & ſpiritualem, coniugio promiſſam.

4. Tandem in ſpecie petunt, Sara verbis præeunte, VT CONSENESCANT AMBO PARITER SANI. Rogant Dominum, vt ſanitatem illis largiatur, quo poſſint labore manuum ſuarum quærere victum. Deinde vero hoc intelligit, ne mors vnum coniugem alteri mox

mox eripiat, ſed vt Deus ambos pariter in vita conſeruet, vt cum moriendum, mox alius alium ſequatnr. Tertio, petit vt conſeneſcant, hoc eſt, ne in flore iuuentutis cum mœrore parentum Deus illos morte abripi patiatur, ſed vt largiatur vitam longæuam, vt poſſint prius educare ſuos liberos in timore Domini, & iuxta promiſſionem factam Pſal. 128. videre filios filiorum. Hæc eſt ſumma precum.

LOCVS. I. Recte agnoſcunt Neogami & quicunque alii, coniugium eſſe primitus à Deo ſingulari conſilio inſtitutum: ideoque Deum celebrant, quod dederit viro adiutorium: quia ipſe pro æterna ſua ſapientia viderit, non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, ſed melius eſſe duo quam vnum. Gen. 1. Eccl. 4.

Facit hoc deinde ad ipſorum etiam conſolationem, quod ſciunt ſe viuere in tali ſtatu, qui Deo placeat: & qui diuinitus ſit inſtitutus. De quo ſæpius.

II. Diſcant iuuenes, quis animus illorum eſſe debeat, ſi velint coniuges fieri. Tobias Deum teſtem inuocat quod non libidinis explendæ cauſa factus fuerint coniunx, ſed quod ſola poſteritatis dilectione vxorem duxerit, vt ſint ſemper, qui benedicant Deum. Idem ſentiant omnes honeſti adoleſcentes: & ſciant hunc finem eſſe coniugii præcipuum, vt multiplicetur genus humanum: & ſint, qui benedicant Deum. At quotuſquiſque iuuenum de hoc cogitat?

Patriarchæ certe aliud nihil ſpectarunt, quod ex vniuerſa illorum hiſtoria patet.

III. Licet nobis etiam à Deo petere vitam longæuam, præſertim coniugibus. Hanc etiam promiſit Dauid, ex Spiritus ſancti afflatu. Pſal. 128. vt poſſint educare liberos in timore Domini. Ita tamen petamus vitæ prolongationem, vt ſemper addamus id, FIAT VOLVNTAS TVA.

THE-

Digitized by Google

THEMA LIV.

Ex Tob. 9. verſ. 3.

Obſecro te Azaria, vt roges eum [Gabelum] *venire ad nuptias meas.*

Idem eſt ſenſus verſ. 7.

Fecitque [Angelus vel Azaria comes Tobiæ] *eum Gabelum ſecum venire ad nuptias.*

DISPOSITIO.

Audimus ex hiſtoria Tobiæ, factas illi eſſe nuptias à Raguele Et legimus quidem cap. 8. duas pingues vaccas & quatuor arietes mactatos, & epulas paratas eſſe. Vt ergo ſint, qui iſta victualia abſumant, inuitandi ſunt hoſpites. Et inuitantur quidem vicini & amici, qui habitant circa Raguelem. Verum ex parte Tobiæ ſponſi non adſunt hoſpites: Ideo verba præſentia teſtantur, illum ex aliis locis etiam vocaſſe hoſpitem bonum, cognatum ſcil. Gabelum: qui etiam cum nuntio Azaria (Angelo ſcilicet; quem tamen ipſe non magis quam Tobias hominem putabat) ad nuptias inuitatus comparuerit.

Cum itaque alias ſæpius de nuptiis, coniugio & ſimilibus diximus, iam tantum dicemus de hoſpitibus.

1. Quare ſoleant hoſpites inuitari ad nuptias.
2. Quinam hoſpites inuitandi ad nuptias.
3. Quidnam hoſpites inuitatos facere deceat.

I.

Antiquiſſima eſt conſuetudo: quod ad nuptias inuitantur hoſpites, patet id ex Tob. 8. ver. 22. & hoc loco. Et Gen. 29. Cum Iacob cum Rachele vellet iungi matrimonio pro qua hactenus ſeruiiſſet ſeptem annis, inuitati leguntur à Labano omnes viri eius loci ad nuptias

Cum

magis eos, qui ſunt liberales; à quibus ſperare poſſunt ampliſſima donaria. Alij eos tantùm inuitant, quorum præſentia videtur eſſe magnifica, & Neogamis admodum honorifica.

Quales autem ipſi ſint, ſiue honeſti & pij, ſiue impij, de hoc non ſunt ſolliciti. At his accidit id Prou. 17. v. 8. Atqui in deligendis hoſpitibus ſemper ratio haberi debet honeſtatis & pietatis. Si enim propter pias preces inuitari debent, maximè inuitandi ij, quorum preces Deo poſſunt eſſe acceptæ. Nam preces eorum, qui manus ſanguine plenas, aut auaritia pollutas, aut alijs peccatis inquinatas attollunt, Deus audire renuit. Eſa 1.

Inuitando ergo homines pii: pauperes ſiue ſint & abiecti, ſiue diuites & honorati.

Vbi inprimis ratio eſt habenda cognatorum & ſanguine iunctorum. Ideoque Gabelus vocatur hoc loco. Et præſentes adſunt amici Tobiæ, His enim (ſi pij ſint) magis curæ eſt ſalus Neogamorum cognatorum. Vide quomodo benedicant Rebeccæ cognati. Gen 24. v. 60.

Vicini etiam non ſunt negligendi: quod Tobiæ ſocer Raguel obſeruauit. Nam hi ſemper decent congaudere inuicem, ſi boni ſint: quod patet ex Luc 15. cap. Vbi congratulantur vicini de Oue & drachma inuentis. Magis hoc tum fiet, cum de fœlicitate coniugum eſt agendum. Patetet id exemplo vicinorum Ruth & Naemi. Ruth. 4.

Qui vero quoſcunque ad nuptias vocant, dummodo liberaliter donaria dent Neogamis: illi omnibus animum ſuum aperiunt, quod nihil honeſtatis ſit in ipſis.

Qui amicos pauperes (licet cognati ſint & pij) negligunt, & metuunt authoritati ſuæ, ne imminuatur præſentia pauperum amicorum, illi Deum Creatorem contemnunt, Prouerb. 17. Et filium Dei, qui & ipſe pauper factus eſt propter nos. 2. Cor. 8. At facile fieri poteſt, vt accidat illis, quod timent. Per quæ enim quis peccat per eadem punitur. Sapient. 11. verſ. 17. Cogitent

tent autem id: Prouer. 14 Peccator contemnit proximum. v. 20 & 21.

Viciſſim hoc valeat bonis, Prou. 19. verſ. 1 Melior eſt pauper pius, &c. Et v. 22. Melior eſt pauper; quam vir mendax.

III.

Inuitatus Gabelus pergit cum nuntio Azaria ex Rages Medorum in Ecbatana, & nuptias Tobiæ iuuare vult. Verum non mox, vbi aduenit, vult ſibi afferri cibum & potum: ſed primum hoc expedit, propter quod ſe inuitatum nouit Benedicit Tobiæ, & vxori, & parentibus eorum. Precatur Dominum, vt benedicat ipſis. Optat, vt videant filiorum filios, &c.

Idemque faciunt cæteri hoſpites omnes. Nam c. 9. v. 12. expreſſe dicitur, quod omnes dixerint; AMEN.

Hinc facile patet, quid inuitati hoſpites facere debeant.

Primum quidem non decet inuitatos; præſertim cognatos, vt recuſent venire, ſed declinent, quocunq; poſſunt modo, viam, nec compareant, ad nuptias honeſtas, tantum eam ob cauſam, vt nummis parcant. Quod tenaces & ſordidi facere conſueuerunt Prouerbio enim recte dicitur: **Was man zu Ehren erſpart/ das gehet zu Vnehren hin** Ægre fert Rex. quod inuitati nolunt comparere ad nuptias filij. Matth. 22. Quamuis autem ibi ſpirituales nuptiæ intelligantur, tamen ipſa Parabolæ natura facit per ſe, ad inſtitutum noſtrum. Et vehementer afficit honeſtos coniuges, ſi non veniant, qui nuptijs celebrandis poſſent adeſſe. Quos ipſa neceſſitas excuſat, de his alia eſt ratio.

Deinde ſi hoſpites quidem inuitati comparent, attamen putant, ſe tantum propter conuiuium & comeſſationes vocatos adeſſe: neque cogitant de precibus, vel ſeria & pia congratulatione, ſed in hoc ſunt intenti, vt pro honorario ſuo munere obtato, gulæ ipſorum ſatisfiat, nec hi faciunt officium, Sed ſunt plane inutiles hoſpi-

hoſpites. Nur Freßgäſte/ oder Saufſgäſte. Cum potiſſimum propter preces, non propter ebrietatem & ſtrenuas compotiones, ab hominibus pijs & honeſtis fuerint vocati. Si præſtiterunt illud, propter quod ſunt vocati, tum honeſte ſe poſſunt recreare cibo & potu. Abſit autem ἀσωτία Epheſ. 5. vt ſi id agant, vt ſemper madidi vino cęteris nuptialibus ſint moleſti, nouis nuptis non honori, ſed oneri fuerint.

Præſertim ſi plus vni abſumant, quàm quod honoratij poſſit æquare pretium. Quod multi parum vrbani homines ſtudioſe ſolent facere. Schencken ein Handzwebel/ vnd verſauffen ein Leinlach.

Honeſti autem & boni hoſpitis eſt, primum honoris & officij cauſa comitari Neogamos ad Eccleſiam: ibique pijs ſuis votis pro fœlici coniugio cæteros iuuare orantes, & deprecari Dominum, Deumque celebrare, quod coniugium ſapienter ordinarit: tandem etiam conuiuium honeſta hilaritate cum alijs amicis concelebrare, atque Neogamos munuſculo aliquo donare, pro more gentis ad ſuarum facultatum modulo, &c.

THEMA LV.

Ex Tob. 9. v. vlt.

Cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

DISPOSITIO.

Ad ſolennes nuptias vſitatum eſt agitare conuiuia. Quia vero illa ad hilaritatem inſtituta non ſemper rite celebrantur, ſed plurima ſeſe offerunt, quæ in illis iure & merito reprehendi poſſunt, licet vix corrigibilia videantur, tamen de his conuiuijs iam ex verbo Dei vos erudire animus eſt. Quod vt fieri poſſit vtiliter, rogandus Dominus. Duo autem erunt notanda.

1. Vtrum liceat conuiuia nuptialia agitare & celebrare.
2. Quomodo illa inſtituta eſſe debeant.

I.

Vetuſtiſſimum eſſe morem conuiuiorum nuptialium, patet ex Veteri & Nouo Teſtamento

Geneſ. 24. Cum Eleaſarus obtinuiſſet Iſaaco ſponſam Rebeccam, apparatur conuiuium. Geneſ. 29. Apparatur conuiuium in domo Labani ad nuptias Iacobi. Iud. 14. ad nuptias celebratas a Simſone adſunt hoſpites conuiuæ. Eſther. 2. verſ. 18. Conuiuium nuptiale celebratur ab Ahaſuero. Ioan. 2. In Cana conuiuio adeſt Chriſtus & Diſcipuli. Ita hoc loco etiam celebratur conuiuium nuptiale. Inde patet, quod Deo non improbentur talia cōuiuia. Alioquin certe pijſſimus Iacobus non conceſſiſſet id ſocero. Et Chriſtus filius Dei cum ſuis non præſens adfuiſſet in conuiuio in Cana. Nec miraculo id cohoneſtaſſet, nec vino donaſſet.

Et ſi alijs temporibus licuit agitare conuiuia ſolemnia, vt cum ablactaretur Iſaacus. Geneſ. 21. v. 8. Imo Angeli Dei ſunt conuiuæ Abrahami. Geneſ. 18. & in his ipſe Filius Dei eſt. Ibidem verſ. 13. Deus Iehoua dixit ad Abraham. Et commendatur iſta hoſpitalitas Hebr. 13. verſ. 2. Quanto magis igitur licet inſtituere conuiuia ad nuptias honeſtas. Et ſicut licet parare conuiuia, ita licet illis etiam intereſſe, quod ex dictis non tantum, ſed etiam ex Parabola illa Chriſti Matth. 22. clare patet. De hoc autem ſatis.

II.

At ſicut conuiuia ad honeſtam hilaritatem inſtituta, non poſſunt reprehendi, ita viciſſim abuſus conuiuiorum taxandus eſt.

Dupliciter autem peccatur in conuiuijs. Vel ab ipſis conuiuis, vel ab his qui conuiuia parant.

1. Quod attinet ad conuiuas, ſicut illi tarde accedunt, ita diutius hærent, quam par eſt. Sic enim fit, vt conuiuij finis non ſit hilaritas & iucunda conuerſatio, ſed ebrietas & ingurgitatio.

Digitized by Google

Vna virtus hoſpitis (dixerunt veteres) eſt hæc, vt veniat in tempore: altera vt abeat tempore debito.

Vbi autem tota dies, & pars etiam noctis, impenditur prandio nuptiali, ibi certe modus non ſeruatur. Et ſic fit, vt qui venit homo, abeat beſtia, qui venit ſanus, abeat inſanus, qui valens, æger, &c.

2. Quantum attinet ad eos, qui alios accerſunt ad conuiuia nuptialia, nec illi modum ſeruant. Tanta enim vni menſæ conuiuarum apponitur copia ciborum, vt vere non menſæ tantum, ſed & homines dapibus onerentur. Et dum quiſque hoc agit, ne ipſe videatur alijs minus liberalis, frugalis nullus eſt. Sic autem alij alijs apponunt cibos non ad edendum, ſed materiam ad peccandum. Inuitantur etiam conuiuæ ab ipſis, ad æquales hauſtus.

Hæc vere eſt ἀσωτία Eph. 5.

Sic Deus offenditur & homines. Id enim quod ſuperfluum eſt, ſatius eſſet pauperibus dare, quam his, qui iam cibo & potu repleti ſint.

Quid igitur faciendum? Hoc loco dicitur, CVR TIMORE DOMINI EXERCEBANT CONVIVIVM NVPTIARVM. Poſſunt ſane conuiuæ hilari animo adeſſe conuiuijs. Ideo enim ſunt inuitati, vt recreentur cibo & potu, & vt omnes curas deponant, & rugas excutiant. Atque propterea vinum apponitur, vt lætificet. Pſalm. 104. Ideo etiam deficiente vino, Chriſtus ſupplet defectum miraculo, Ioan. 2.

1. In timore autem Domini fiant omnia. Hoſpites inuitati ſint contenti frugali etiam & tenui conuiuio. Deus ipſe ſuis conuiuis non multa apponit fercula. In deſerto Manna. Eliæ affertur panis & aqua. 1. Reg. 19. Chriſtus panibus & piſciculis reficit ſuos. Ioan. 6. Marc. 8. Ipſe etiam paucis contentus eſt. Ioan. 21. Luc. 24. Et natura ipſa paucis contenta eſſe poteſt.

Cauenda inprimis ebrietas. Væ his, qui ſedent vſque ad veſperas, Eſa. 5. Et ἀσωτία illa. Eph. 5.

2. Qui vero inuitarunt alios, nihil faciant ad oſtentationem, nihil ad luxum. Inprimis autem, nobis cauendum, ne lautius tractemus alios, quam fert facultatum noſtrarum ratio. Requirunt enim lautitiæ illæ ingentes ſumptus, quibus multi poſſent parcere, ſi vellent, ſicque liberis & familiæ proſpicerent melius, rebuſque ſuis conſulerent rectius. Cogitent, honeſtos hoſpites facile eſſe contentos, & minima etiam boni conſulere. Notent hoc, qui ſunt tenuioris fortunæ Neogami, ne ſibiipſis damnum dent, quod multis poſt annis non poſſint reſarcire. Sæpe enim tales pœnitenda agitare ſolent conuiuia

Vide 2. Sam. 13. Cum Abſolon ad conuiuium vocaſſet parentem, cum omnibus liberis Regijs, diſſuadet id filio optimus Dauid, ne magnos ſumptus faciat; & ipſe Rex propterea venire renuit, NE GRAVEMVS TE, ait. Intelligit prudens paterfamilias, per anni decurſum multis opus eſſe, qui alit familiam: & poſſe interdum parci ſumptibus.

Id cogitent Neogami pauperes. Das Jahr iſt lang: Hauſzhalten hat ein weit Maul. Ideoque ne in limine impingant, cauti ſint, & agant cum conſilio aliorum, ne plus inſumant laute tractādis hoſpitibus inuitatis, quam par eſt. Sera erit alioquin poſt nuptias parſimonia. Quod ſi vltra facultatum ſuarum modulum, rem tantum ad luxum & faſtum componant, vt videantur diuites & magnifici diebus nuptiarum ſuarum, metus eſt, ne Deo ſuperbiam iſtam vindicante, finitis nuptijs, & dilapſis cæteris hoſpitibus, ad menſam illorum non vocatus compareat, hoſpes ille ingratiſſimus, cui nomen pauperies, & indigentia. Idque iuxta Prouerbium noſtris vſitatum: Armer Leut Pracht / wehret vber Nacht. Item Zween Tag weiſz Brot / darnach Jammer vnd Not. Medium autem tenuere beati.

THE

THEMA LVI.

Ex Tob. 10. c. v. 12.

Apprehendentes parentes filiam ſuam [Saram] *& oſculati ſunt eam & dimiſerunt : Monentes eam honorare parentes viri* [ſoceros] *diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.*

DISPOSITIO.

Docet nos hiſtoria Tobiæ, quomodo Tobias iunior venerit ad ſocerum Raguelem : cum ex conſilio Angeli rogarit pro filia, ſibi matrimonio iungenda, &c. Quomodo hoc apud parentes obtinuerit : quomodo nuptiæ celebratæ, hoſpites inuitati, & conuiuium inſtitutum fuerit. De his omnibus alias. His autem verbis deſcribitur : 1. Quomodo parentes filiam nouam nuptam à ſe dimiſerint? 2. Et quibus ipſam mandatis inſtruxerint.

I.

Tobias adeptus coniugem chariſſimam properat domum ad parentes, ne ipſos mœrore afficiat. Et licet multis verbis rogatus fuerit à ſocero, vt diutius cum ipſo maneat, tamen cauſæ ſunt nec leues, ob quas tendit ad parentes cum vxore. Parentes itaque bene precantur ipſi & coniugi, atq. extremo dicto Vale, dimittunt filiam cum genero. Licet enim magnarum diuitiarum vnica hęres ſit Sara (patet id ex præcedentibus, v. 10.) tamen æquum putant parentes, vt ſequatur maritum.

L. I. Monent parentes Saræ nouas nuptas, ne graue ipſis ſit ſequi maritum, & deſerere domum paternam. Si enim hoc tenetur facere maritus, vt deſerat patrem & matrem, & adhæreat vxori ſuæ : quomodo melioris conditionis ſit mulier? Notandum hoc contra nonnullas admodum difficiles coniuges, quæ renuunt ſequi maritum vel ad proximum pagum. Et malunt deſerere

ſuſtinent, recte faciunt, ſi propriam Oeconomiam inſtituant, & de ſuo viuant: licet hac ratione plus moleſtiarum & laboris ipſis incumbat.

II.

Filiam abituram mandatis egregijs inſtruunt parentes. Non præcipiunt, vt cum diues ſit, dominium affectet, vel marito ſuperbe dominetur: vel ne laboret ipſa quicquam ſuis manibus, ſed ancillis operas illas permittat: aut in terra peregrina neminem honoret, nec marito vel parentibus ipſius ſeſe ſubijciat, ſed tueatur ſuam authoritatem, & quæ ſunt alia eiuſmodi præcepta parum vtilia, ſæpe à ſuperbis matribus inſtillata animis filiarum tenere educatarum.

Contrarium fit hoc loco à parentibus Saræ. Exhortantur enim filiam ad omnem pietatem & honeſtatem, magna diligentia.

Hæc autem ſunt capita inſtructionis.

1. Monent eam honorare parentes Tobiæ, tanquam ſuos.

2. Diligere maritum.

3 Familiam diligenter regere.

4. Caſtitatem atque pudicitiam ſeruare.

LOCVS Erit hæc inſtitutio optime notanda ſingulis honeſtis matronis, quæ viuere volunt fœliciter in coniugio. Oſtendunt enim parentes Saræ hoc loco, quid faciendum. 1. Erga parentes mariti. 2. Erga maritum ipſum. 3. Erga fa[illegible] & erga ſeipſam Hoc igitur volunt: 1. [illegible]noret ſocer[illegible]um & ſocrum: Notum enim eſt Prouer[illegible]m illud recip[illegible]rocum: Omnes ſocrus oderunt nurus. [illegible]utem vxo[illegible]r diligit maritum & honorat eum, eandem fac[illegible]et etiam erga parentes illius, ex quibus maritus eſt pr[illegible]ogenitus.

Et fuerunt olim piæ nurus Ruth, quomodo honoret ſocrum Naemi, videre eſt Ruth. 1. & ſeqq Nec dubium, quin magno honore Rebecca ſocerum ſuum Abrahamum, & Rachel atque Lia Iſaacum affecerint.

At ſicut noſtri ſeculi mores admodum ſunt corrupti in cæteris, ſic etiam hac in parte. Jugend iſt trutzig.

2. Diligere omnino debet coniunx maritum ſuum. Michal Dauidem diligit impenſe. Et merito quidem diligunt maritos, propter Deum, qui illis dedit caput, protectorem & nutritorem. Et quia viris mandatum eſt, vt diligant vxores, decet hoc etiam coniuges. Amor enim eſt reciprocus. Vide Tit 2. v. 4.

3. Quia etiam requiritur ab honeſta matrona, vt domeſticis bene præſit, Prou. 31. v. 14. ideo monent Saram, vt familiam regat ea, qua par eſt, moderatione: ne ſit iracunda & auſtera, nec tenax & auara: nec etiam nimium indulgens & prodiga. Cuius exemplum eſſe poteſt optima illa Abigail. 1. Sam. 25.

Si enim ſit indignabunda & nimium tenax, alienabit à ſe animos omnium domeſticorum. Si prodiga, exuet ſe, & maritum bonis: & egebit tandem ipſa. Si nimium indulgens & familiaris, contemptum ſibi attrahet. Prudenter ergo decet regere familiam, ne vel ad dextram, vel ad ſiniſtram declinet. Laudes talis mulieris, vide Prou. 31. Syr. 26.

4. Quia vero præcipuum ornamentum ipſius vxoris eſt caſtitas & pudicitia, quę multarum virtutum eſt quaſi mater: ideoque monetur Sara, vt ſit & maneat pudica. Talis enim vxor pretioſa eſt. Syr. 26. v. 19. & 20.

Et ſalua fiet, ſi manſerit in fide & caſtitate. 1. Tim. 2.

Vtinam hæc Præcepta omnes parentes animis ſuarum filiarum infigerent altiſſime. Satius enim eſſet filias his præceptis inſtruere, quam talibus, quæ ad ſuperbiam & faſtum faciunt: ad quæ ſua natura ſunt pronæ, vt non opus ſit illa animis iuuencularum inſtillare. At quæ neceſſaria ſunt, negliguntur, dum non neceſſaria curantur. Ideoque non mirum, ſi infœliciores ſint filiæ illarum, quam fuit hæc Sara. Sed de his ſatis. Hinc etiam facile diſcere poterit vir, quid ipſi viciſſim incumbat, vt faciat erga vxorem.

THE-

THEMA LVII.

Ex Syracidis, 4. Cap.

Noli eſſe ſicut Leo in domo tua, nec ſæuus [vel Tyrannus] *erga domeſticos tuos.*

DISPOSITIO.

Sæpius in ſcripturis proponit nobis Spiritus ſanctus beſtias terræ, vel ad imitandum illas, vel ad docendum, ne ſimus beſtijs ſimiles vel deteriores. Vt cum ſerpentum prudentiam, non autem venenatos morſus nos imitari Chriſtus iubet Matth. 10. Ita etiam hoc loco hortatur Syracides omnes maritos, ne imitentur Leonum ferocitatem, in domo ſua. Quæ admonitio ſane propter multos admodum eſt neceſſaria. Dicemus itaque, quomodo & quare Leonibus ſimiles non eſſe debeant patresfamilias.

Videamus.

Ne ſis Leo in domo tua. Quid intelligat, ipſe addit, nec ſæuus, crudelis, vel Tyrannus (ein Wüterich) ERGA DOMESTICOS TVOS. Non vult maritum eſſe in domo ſemper iracundum, ſæuientem erga vxorem & liberos, erga domeſticos & familiam.

1. Eſt enim Leo animal admodum iracundum, fremens & frendens dentibus, quando iraſcitur. Et (quod teſtantur Phyſici vel Philoſophi) interdum fit rabioſus, vt canis. Tales ſunt multi mariti, ſemper indignabundi & cruenti, iracundi & ſæui, qui non vllo verbo iucundo & placido dignantur neque vxorem, neque liberos Gehen jmmer brummen / vnnd ſehen auß / als wann ſie den Teuffel gefreſſen hetten. 1. Par. 13 v. 8. De Gaditis, quod facies Leonum haberent, ſed bellatores. Non tales in domo ſua.

Perplacent ſibiipſis multi, ſi torvum videant. At, candida

dida pax homines, trux decet IRA feras. Ideoque monet Syrach, ne talis ſit maritus.

2. Leo iratus & fremens RVGIT horribiliter, vt omnia animantia terreantur, audientia illius vocem. Hinc Leoni rugienti comparat Petrus, 1. Pet 5. Diabolum. Dicitur enim, præſertim cum eſuriet, rugire: Ita Diabolus rugit quærens, quem deuoret. Eſt autem rugitus ille leonis terrificus & noxius. Amos. 3. ver. 8. Ideoque iram Regis rugitum Leonis vocat Salomon Prou. 19. Et Prou. 20. v. 2. De rugitu Leonis Prou. 28 ver. 15. Pſal. 104. Eſa. 5. ver. 29. & 31. v. 4. & alibi. Ita multi ſunt, qui in domo ſua rugiunt, vt Leones. **Pochen vnd puldern.** Vel dum blaſphemant, & Deo atque hominibus maledicunt: vel dum rixantur, & obuia quæque proſternunt. Vt neceſſe ſit vxori & domeſticis ſeſe abſcondere, in quocunque poſſunt angulo domus: ſicut cætera animalia fugiunt Leonem.

3. Leo eſt animal crudele & tam ſæuum, vt etiam homines occidat. Exempla eius rei extant in ſcripturis. 1. Reg. 13. Leo occidit Prophetam. 1 Reg. 20. Leo occidit virum nolentem percutere Prophetam. Ideoque inter malas beſtias numeratur. Eſa. 35. v. 9 His comparat Deus eos, qui contra homines inſurgunt, eosque opprimunt atque perdunt, ſi maxime non occidant. Ideoque Regem Ioiakimum, Ezech. 19 comparat Leoni. Item Ezech. 32. v 2. Pharaonem comparat Leoni. Intelligit itaque Sapiens, multos eſſe viros, qui, ſi maxime non occidant mulieres & domeſticos, eoſque manu ſua & armis conficiant: nihilo tamen his eſſe meliores, quia rugitu, terrore, minus & nimia ſeuitia atque importunitate enecent ſuas vxores, & liberos quaſi deuorent. Ideoque prohibet, ne tales ſeſe exhibeant viri erga ſuos.

DOCET autem Syracides omnes vbique maritos, primum vt placide & benigne agant cum vxore & liberis: vt illi agnoſcant, quod patrem & maritum habeant, qui ſit homo, non ſæua beſtia. Tales enim mariti non

ti non tantum in ſcriptura, ſed etiam in hiſtorijs gentium male audiunt. Nabal. Saul. Nero. Herodes. Cambyſes.

Dedit enim Deus vxori virum, vt caput habeat, non vt Leoni conuerſetur, & tanquam à ſæua beſtia male tractetur. Nec putent ſe propterea magnifieri vel ab vxoribus vel ab alijs, ſi liberis & vxori ſint terribiles, nec poſſint, niſi duri eſſe erga ipſos. Sic miſeras mulierculas multi perterrefaciunt, vt in varios morbos indicant Atque adeo nihilo ſunt meliores Leonibus & beſtijs dilaniantibus homines. Iuſſit Petrus illos cohabitare mulieribus cum ratione. 1. Pet. 3.

Et Paulus prohibet, ne parentes exaſperent liberos ſuos. Coloſſ. 3 v. 21. Epheſ. 6. v 4.

Sicut autem erga vxorem & liberos non debet eſſe Leo, ita nec Tyrannum erga miſeros famulos. Idipſum enim Dominus fieri vetat erga eos, qui erant mancipia, Leuit. 25 Deut. 15. Vide, quomodo offendatur Deus duriori ſeruorum tractatione Ierem. 34. v. 16. Monet Paulus vt ſeruis fiat, quod æquum eſt Epheſ. 6. Coloſſ 3.

Et Deus maxima ſollicitudine mandat, vt ſerui Sabbato non adigantur ad labores. Deut. 5. & 25 Idque indicio nobis eſſe poteſt, Deum etiam ſeruorum curam agere

Quod ſi vero talis aliquis Tyrannus neque vxori neq; liberis neque domeſticis parcit, certum eſt, Deum fore vltorem, & cauea tales incluſurum: quemadmodum minatur Ezech 19. v. 9. Et ſane complures habet Deus caueas eiuſmodi, quibus includere & domare poteſt Leones illos domeſticos: vt ſunt ſepulchrum, morbi; paupertates, carceres, miſeriæ & afflictiones aliæ: quas Dominus iam illis deſtinauit, licet ipſi de hoc parum ſint ſolliciti, omnia ſibi licere exiſtimantes.

Quod ſi vero volunt Leonum naturam aut ingenium imitari Mariti, imitentur illud in alijs, quæ ſunt laudabilia. Scribitur enim Leo, qui Rex animalium dici-

tu

citur, facile parcere proſtratis, & qui ſeſe humiliant, nec inuadere infantes, niſi in magna fame. Quin imo dicitur tantum leo ſæuire in viros, erga mulieres fremere quidem, ſed non accidere illas perhibetur. Parcere ſubiectis ſæui ſolet ira Leonis, &c Ita mariti, ſi maxime offenſi iraſcantur vxoribus & liberis, tamen non tractent illas ſuas coſtas durius & inhumaniter, ſicut duræ ceruicis Iudæi. Malach 2. quia vas infirmum, præſertim ſi ſeſe ſubijciant imperio mariti. Nec ſint crudeles erga liberos ſuos, ne exaſperentur, & alieni fiant ab ipſis. Sed ſicut faciles motus mens generoſa capit, ita ipſi, qui Regis in domo ſunt, iræ magis placabiles ſint.

Sed & vxores diſcant, ne ipſæ ſint Leenæ in domo, quæ leguntur multo eſſe crudeliores Leonibus. At ſi maritus eſt leo, non ipſæ viciſſim ſint vrſæ aut lupæ, aut tamen ſerpentes, &c. Hac autem in parte ſint ſimiles leenæ, vt liberos diligant, quemadmodum leena, quæ dicitur mortem ſubire pro ſuis catulis, nec timere iacula venatorum, pro defenſione ſuorum. Multæ quidem hac in parte deteriores ſunt leenis, quæ ſuorum liberorum nullam curam ſuſcipiunt. De hoc alias.

Subijciant autem ſeſe imperio ſuorum maritorum, & agnoſcant maritum eſſe Regem in domo, ſicut Leo rex eſt inter animalia. Et cum videant etiam Leonem ſæuiſſimum parcere ſubiectis, ideoque cum rigidiores ſunt mariti, ſtudeant illos verbis blandiſſimis & moribus iucundis demulcere, vt manſuefiant.

Et caueant, ne temere maritos, quos ad iracundiam propendere ſciunt, irritent, & occaſionem præbeant; vt fremitus & rugitus exaudiatur in domo.

Et ſicut nunquam tam ferox & crudelis eſt leo, quin arte & induſtria hominum manſueſcat: ita cogitet mulier, tam ſæuum non fore maritum, qui non induſtria & comitate atque prudentia mulieris poſſit cicurari.

Quomodo autem comiter & blande tractare debeat maritum, de hoc legitur Syr. 26. verſ. 16.

THE-

Digitized by Google

THEMA LVIII.

Ex Syrac. c. 7. v. 16.

Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altißimo.

Hoc Thema nuptijs eorum accommodandum erit, qui duro labore manuum victum quærere coguntur.

DISPOSITIO.

Inſignem continet hoc Syracidis dictum conſolationem pro pauperibus coniugibus, qui multo labore & ſudore victui neceſſaria ſibi parare coguntur. Tentat quidem Diabolus ſæpius tales Oeconomos pauperes, & inſtigat vel ad impatientiam, vel ad malas artes excogitandas, &c. At ne cedant malis, & ne frangantur duris laboribus, hortatur Sapiens hoc loco dicto breui, ſed exquiſitiſſimo. Quod iam in timore Domini conſiderabimus. Hæc autem erunt notanda.

1. Quare Deus non laborem tantum, ſed durum laborem impoſuerit hominibus.

2. Quæ viciſſim noſtra conſolatio eſſe poſſit in his laboribus duriſſimis.

I.

Non laborem tantum, ſed durum laborem nobis impoſitum eſſe, præter experientiam etiam Syracides innuit. **Obs dir ſawer würdt** Laborioſa opera vocantur. Non dicimus, **Mühe vnnd arbeit / vel müheſame arbeit / aut müheliche arbeit.**

Sed non omnia opera eiuſdem laboris ſunt. Magni ſunt laboris opera Ruſticorum & Vinitorum, & ſimilium. Ideo hic mentio fit Ruſticationis. Sed & artifices quidam manuarij certe duriſſime laborant, vt fabri lignarij, Cementarij, lapicidæ, fabri ferrarij, vietores, & ſimiles alij.

Qua-

Qualiſcunque autem ſit labor, & cuiuſcunque generis, ſudore & moleſtia non caret.

Sed non horum tantum eſt labor moleſtus, verum etiam omnium aliorum, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis ſint, Magiſtratus, Eccleſiæ Miniſtri, & quicunque alij, ſiue Iureconſulti & Medici ſint, ſiue alij, qui ingenij labores perferunt; ruſticis grauiores habent operas. Quanto enim caput præſtantius eſt manibus, tantum præſtat ingenij labor labori manuum. Non agnoſcit hoc vulgus, ſed expertis credendum. Quod ſi ruſticus teneretur vel ad menſam ſedere tota die, & libros inſpicere tantum, nedum euoluere, certe eliget foris laborare in agro. Ideoque non tantum de ruſtificatione hic loquitur, ſed in genere de laborioſis operibus, **darvon man Nahrung hat.**

Hi ſunt duri & moleſti **Sawr vnd verdrieſzlich** Hinc Pſal. 90. (etiam de his, qui non ruſtici & vinitores ſunt) habetur, quod vita, ſi pretioſa ſit, tamen LABOR & dolor ſit **Mühe vnd arbeit.** Et Iob. 10. v. 1 Hiob, qui non fuit agricola, fatetur: Dies noſtri ſicut dies mercenarij. Militia eſt vita hominis perpetua.

Quare autem tam moleſtum laborem impoſuit Dominus? Rationes ſunt multæ De precipuis tantum dicemus.

1. Durus labor eſt pœna peccati Nam propter peccatum Protoplaſti, dictum eſt ipſi, Gen. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Quia autem per ipſum ad nos pertranſiuit peccatum, pertranſiuit etiam nos labor & dolor cum peccato.

Quoties igitur moleſtus eſt labor, toties debemus cogitare de noſtro peccato, & illud deplorare, atque deprecari.

2. Neceſſe fuit nos duro labore premere; non tantum, vt peccata agnoſcamus, ſed etiam, vt peccata, alioquin in nobis quotidie pullulantia, mortificentur & præcaueantur.

caueantur. Etenim de Iſraele inquit, impinguatus, incraſſatus eſt dilectus meus, & recalcitrauit. Deuteron. 32. v. 15. Etſi non premeret Deus multo labore, magnus peccatorum quotidie accreſcentium fieret cumulus. Mox valediceremus Deo, nec poſſet ſuperbia in nobis domari. Occaſiones itaque peccandi non paucas, labore duro præcidere voluit

Et hæc cauſa eſt, quare non velit nos abſque labore viuere ocioſos. Certe Dauid cum fame, ſiti, æſtu, frigore, exilio, &c affligeretur, de adulterio committendo nunquam cogitauit. At vbi ocioſus domi deſidet, adulter fit. 2 Sam. 11.

Homines enim nihil agendo male agere diſcunt. Ocium puluinar Satanæ.

Contra Ouidius:

Ocia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Wann man dem Eſel deß Laſts viel aufflegt / ſo gumpet er nicht.

3. Voluit Deus laborem homini moleſtum eſſe, vt hanc ærumnoſam vitam faſtidire incipiat, & deſideret patriam cœleſtem. Quibus enim in his terris omnia ex animi ſententia ſuccedunt, illi difficulter poſſunt adduci, vt de alia vita meliori ſint ſolliciti. O mors quam amara eſt recordatio diuiti, habenti pacem, viro quieto, &c Syr. 41. v. 1. At cum laboribus & moleſtijs premitur homo, ibi tum deſiderat emigrare ex hac vita. Iob. 7. Sicut enim Mercenarius ſeruus deſiderat vmbram, & præſtolatur finem operis ſui: ita homo multis laboribus defatigatus optat mori. Tum verum fit illud alterum Syrach. 41. O mors, quam iucunda eſt memoria tui. Tum orant multi cum Elia: Domine ſufficit mihi. Tolle animam meam. 1. Reg. 19 Tum demum gratum eſt illud Pauli: Cupio diſſolui. Phil. 1. Nunc dimittis, Luc. 2.

II.

Atqui ſi maxime labor ſit durus & moleſtus, tamen inqui

inquit Syracides: Laß dich es nicht verdrieſſen. Non propterea offendaris aut iraſcaris: non ſis impatiens Etenim tibi cedit in bonum. DEVS ENIM HOC ITA ORDINAVIT. Altiſſimus & optimus Pater ita iudicauit conſultum eſſe generi humano. Cum enim bonus ſit, non poteſt quicquam de nobis ſtatuere, quod non ſit bonum: Quia pater eſt, non poteſt niſi paterne agere nobiſcum (Ier. 31. v. 20.) Eſtque Deus pater ab initio. Eſaiæ 64. Matre blandiſſima chariores habet ſuos. Eſaiæ 49 Quia fidelis Deus, certe noſtra commoda promouet. Quia ſapiens, non niſi ſapienter agere poteſt.

Plena ſunt hæc omnia conſolatione, quæ ex paucis verbis ſumuntur. Deus hoc creauit, ordinauit.

1. Non Diaboli petulantia & malitia hic labor ſit moleſtus, ſed Dei patris cœleſtis prouidentia. Is enim has moleſtias ita temperauit & leniuit, vt labor non eſſet inanis, ſed vt ex labore noſtro haberemus victum & amictum. Euentus itaque & fructus laboris debet illum nobis facere iucundum Diuina benedictio omnia efficit ſalutaria Hinc Pſal. 128. Labores manuum tuarum comedes, BEATVS ES, ET BENE TIBI ERIT. Syr 41 iuxta verſ. Germ. verſ. 18. Qui viuit de labore ſuo & contentus eſt ſuis, quietam viuit vitam; & magnum inuenit theſaurum.

2. Non eſt credentibus labor maledictus, ſed per Chriſtum ſanctificatus. Qui & ipſe in iuuentute ſua, cum eſſet apud parentes, non fuit ocioſus. Ideoque ipſum vocant fabrum. Marc. 6. v. 3.

Et quomodo delectatus fuerit labore manuum, patet inde, quod laborantibus frequenter adeſt, ſicut videre eſt Luc. 5. Matth. 4. Ioan. 21 Et quam primum venit, laboribus benedicit ibidem.

3. Conducit etiam labor ad ſanitatem corporis. Teſtatur experientia, quod qui duriſſimos ſuſtinent labores corporis, illi omnium ſunt robuſtiſſimi & validi ſemper corpore. Quia enim (Auguſtino teſte) ſalus

corpo-

corporis eſt patrimonium pauperis, ideoque Dominus mediante labore illis largitur corpus ſanum. Cum otioſi homines plærunque ſint languidi, & membra trahentes, podagrici, aſthmatici, &c.

Hęc cum ita ſint, quis negabit, quin optime Deus proſpexerit nobis, quod laborem voluit eſſe nonnihil moleſtum & ſudore plenum?

Agnoſcamus itaque 1. Bonitatem & Clementiam Dei, qui ex maledictione fecit benedictionem.

Agnoſcamus 2. Sapientiam illius, quod nouit omnibus ſuis rebus tam bene vti. Omnia in ſapientia feciſti. Pſal. 104.

Non ſit nobis labor grauis: non inſurgamus aduerſus eum, qui hæc ita deſtinauit cuique, non murmuremus ex impatientia: ſed faciamus officium noſtrum prompto animo, & deſideremus aliquando (vbi Deo placuerit) liberari ab omni moleſtia. Sicut omnis creatura. Rom. 8. v. 22. Beati, qui in Domino moriuntur, quieſcunt enim à laboribus ſuis. Apoc. 14.

THEMA LIX.

Ex Syr. 7. v. 21.

Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, eſt enim præſtantior auro.

DISPOSITIO.

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant, omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta ex Syracide; quæ vel ad Eccleſiam, vel ad Politiam, vel ad Oeconomiam, vel in genere ad vitam bene beateque viuendam pertinent. E ſicut omnes ſtatus erudit Syracides, ſic etiam omnem ætatem inſtruit. Nunc iuuenũ informat animos, nunc ſenibus præſcribit regulas. Sic etiam omnem ſexum ſui officij admonet. Idq; fit vel præceptis ſalutaribus, vel ſimilitudinibus iucundis ſimul & vtilibus: vel fœminas vel maritum concernentibus, vel vtrumq; coniugem ſimul.

Tale eſt hoc dictum, quod modo audiſtis: vbi mulier auro comparatur: quę quidem ſimilitudo non ipſam tantum, ſed & maritum concernit.

Audiamus igitur 1. Quomodo auro ſimilis ſit mulier.
2. De quibus mulieribus hæc ſint intelligenda.
3 Quid hęc ſimilitudo & maritum & vxorem mouere debeat.

I.

Auri color commendatur à pulchritudine præ cæteris omnibus metallis. Eſt enim radians & fulgens, ideo (ſecundum nonnullos) dicitur obrixum, quod ſplendore & fulgore obradiat. Coloris enim optimi eſt. Ideoque inter omnes picturas primum locum obtinet aurum, (Barch. Angl) Eſtque forma & decus tam colorum quam metallorum. Mulier autem viro eſt pulcherrima & iucunda viſu atque aſpectu nimis, inter omnia animalia ſuper terram.

Hinc Adamus ob primum intutum vehementer delectatur Eua. Gen. 2. Hinc Ezech. cap. 24. dicitur mulier deſiderabile oculorum. Nec tantum, quæ formoſa eſt, talis apparet, ſed etiam quæ ratione externæ faciei deformis eſt. Quia ſumma eſt delectatio mariti. Gaudet & delectatur in ea, tanquam Capreolo & Cerua chariſſima. Prou. 5. Habet illam tanquam Coronam Prouerb. 31. Et ſplendida ſicut Sol. Syr. 26.

II. Sed non tantum color auri commendatur, verum etiam intrinſeca bonitatis. Eſt enim aurum temperatius omni metallo, & purius. Ideoque virtutem habet confortatiuam. Contra lepram & elephantiaſin eſt optimum remedium. Auri limatura in cibo & potu eſt medicina præſtantiſſima, contra ſanguinis fluxum nimium. Aureæ laminæ candentes in vino extinctæ, multum dicuntur facere ad confortandum cor, &c. Ita mulier viri cor & vitam poteſt & debet confortare, & ſi triſtis ſit, ipſum exhilarare, quacunque poteſt ratione. De quo

Digitized by Google

quo Syr. 26. verſ. 1. & ſeq. Beatus vir, qui mulierem habet bonam: duplicat numerum annorum eius. Verſ. 2. Mulier fortis oblectat virum, & annos vitæ illius in pace implebit. v. 3. In omni tempore vultum viri facit hilarē. Etenim ſi vir laboribus defatigatus domum veniat, & nō cibo tantum & potu, ſed & verbis vxoris blandiſſimis reficiatur, tum officium fidelis coniugis fecerit, ſicque illum optime recreare, & cor illius confortare poterit talis mulier.

III. Aurum hoc nomine cæteris non tantum metallis, ſed & multis rebus pretioſiſſimis præfertur, quod igni non conſumitur, ſed quando vi caloris liqueſcit, quicquid illi adhæret impuritatis, detrahitur. Inde ſemper fit pretioſius. Hæc illi, qui rerum proprietates inueſtigarunt. Vxor itaq; calamitatibus coniugij nō debet frangi, & ad impatientiam commoueri. Quinimo ſicut aurum in igne probatur. Syr. 2. verſ. 5. & 1. Petr. 1. verſic. 7. Sic debet coniunx fidem coniugalem tum probare marito, cum igne tribulationum vſtulatur. Tum demum enim fides, ſpes, patientia, vim ſuam exerunt, cum flumina tentationum videntur omnem cōiugij aggerem, omneque obiectaculum ruptura.

Quæcunque igitur tales ſunt, auro non ſimiles, ſed pretioſiores erunt.

II.

At cogitat aliquis veſtrum: ſicut aurum eſt valde rarum, (licet ſit pretioſum) ita tales etiam mulieres auro æquiparandæ erunt rariſſimæ? Etenim non in omnibus hæc apparent, quæ videntur auro ſimilia eſſe, multæ vix ſcorio erunt comparandæ. Reſpondet Syrach, ſe non de omnibus loqui: ſed de mulieribus tantum SENSATIS & bonis. Germanice. Von vernünfftigen Weibern.

1. Ideoque auro non erunt æquiparandæ, quæcunque ſic cum maritis viuunt, vt non ſint deſiderabile

oculorum mariti, ſed triſtitia; imo putredo & vlcus in oſſibus mariti. Prou. 12. v. 4.

2. Nec illæ etiam, quæ maritum afflictum non recreant, ſed plus affligunt. Quale legitur feciſſe vxor Hiobi. Iob. 2. cap. v. 9. Tales occidunt potius Vnnd geben jhme eine Krafft/ daß er gar ſtirbt. Venenatis ſerpentibus tales ſunt ſimiles, non auro.

3. Nec tandem etiam tales matronę auro ſunt ſimiles; quæ cum omnia ſunt fœlicia, maritis fauent: ſed vbi calamitates ingruunt, mox illos deſerunt; & non ſunt aduerſæ, ſicut proſperæ fortunæ, comites fideles & indiuiduæ: Aurum enim in igne etiam manet conſtans, & fit puriſſimum.

Talia cùm ſint exempla, Interdum ob oculos, vbi matresfamilias non faciunt officium, ideoque loquitur Syracides non generaliter de omnibus mulieribus, nec de ſingulis pronuntiat, quod auro ſint præſtantiores, ſed de ſenſatis & virtute præditis tantum matronis.

Et reſpectu cæterarum illæ, quæ ſunt præſtantes virtute, de quibus prima parte diximus, auro ſunt pretioſiores. Ideoque non auro tantum & argento, ſed margaritis etiam anteferuntur. (Prou. 31.) quæ tamen multo auro venduntur.

III.

Monentur itaque mariti, vt ſuas vxores in magno pretio habeant, tanquam margaritas, quouis auro puriſſimo pretioſiores. Quemadmodum etiam aurum non conculcatur pedibus, non abijcitur, ſed charum habetur, & tanto magis, quod illud rarum ſit: Quodque ſicut aurum non omnibus contingit: ita prudens mulier non niſi à Deo detur. Prou. 19. v. 14. Syr. 26. v. 3.

Agnoſcat itaque vir grata mente hocce donum Dei, & tractet mulierem ſicut aurum: quod magna diligentia aſſeruat in theſauris ſuis. Omne rarum charum. Non oportet illud ſuum pretioſum Clinodium perditum, non vili

pendat,

pendat, non contemnat, non abijciat; ſed omne cor ſuum ponat, vbi theſaurus hic (mulier ſc.) eſt: & multo minus cor ſuum auertat à muliere, quam à theſauro ſuo: cum hoc ſit præceptum, illud vero improbatum a Domino, Matth. 6. & cum κειμήλιον quidem ſit pretioſum, hoc vero infinitis modis [illegible]. Hoc ipſum eſt quod Syracides habet hoc loco: Scheide dich nicht ꝛc. Non diſcedas à tali muliere Non libenter relinquis aurum, multo minus relinquenda vxor Aurum enim poteſt acquiri labore tuo & ſudore: vxorem vero, quam perdidiſti, non inuenies amplius. Et multi tum demum agnoſcunt, quãtus ipſis fuerit theſaurus, cum amiſerunt illum.

Vxores autem ita viuant, vt poſſint auro non tantum æquiparari, ſed præferri. Et ſtudeant virtutibus prima parte annotatis, ſic erunt magni theſauri loco ſuis maritis. Quemadmodum erant Eua, Sara, Rebecca, Rachel, Eſther, Abigail, Hanna, &c. quarum certe nulla à marito multis auri tonnis vendida fuiſſet, ſi maxime hoc licuiſſet.

Et teſtabitur pius maritus? qui hunc theſaurum morte ereptum relinquere cogitur, quanto auro vellet redimere ſuam vxorem, ſi poſſet.

Quod ſi tales habeant maritos, qui ipſos non pro auro, ſed pro ſcorijs habeant, patienter illud ferant, & ſint contenti, quod in oculis Domini auro habeantur pretioſiores. Nihil ergo curent, quid de ipſis ſentiat homo.

THEMA LX.

Ex Syr. 7. v. 27.

Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam.

DISPOSITIO.

Non minima piorum parentum hæc eſt cura, ſi liberos Dei benedictione ſuſceperunt, vt illos ſuo tempore, & quando ad maturam ætatem peruenerunt, legitimo matrimonio cum alijs honeſtis perſonis iungant. Et maior

fere eſt ſolicitudo parentum, quibus filias ſuas collocare debeant maritis: quam quas filijs velint accipere vxores. Multi etiam parentes, his præſertim temporibus afflictiſſimis dubitant, vtrum ſatius ſit filias cœlibes in ædibus paternis detinere, vel maritis nuptui tradere. Quod ſi vero conſulant ſapientem huius libelli authorem, poteritis, quod optimum videatur, conſilium aperire.

Videamus 1 Vtrum filiæ legitimo matrimonio ſint collocandæ alijs, & quare id faciendum.

2. Quibus maritis parentes illas collocare debeant.

I.

Non omnino nullæ ſunt cauſæ, ob quas parentes interdum dubitant, vtrum filias ſuas deſponſare debeant viris, nec ne.

Sunt enim tempora noſtra admodum calamitoſa, & videmus omnia vergere ad interitum. Imminet finis omnium rerum. 1. Petr 4. Mala tempora, de quibus Chriſtus prædixit nobis, quod ſint futura periculoſa, certe iam inſtant. Matth. 24. Comitantur autem mala tempora mali mores. Et ſunt ſane noſtri ſeculi mores corruptiſſimi.

1. Metus eſt apud quoſdam parentes, ne filia talem naciſcatur maritum, qui fidem coniugalem non ſeruet, ſicque affligat & filiam & parentes illius

2. Aut ne male tractetur filia à marito timendum parentibus. Multi enim hodie ſunt duri, & importuni mariti, qui indigne tractant vxores.

3. Vel paupertas extimeſcenda, ne forte egeat filia tua matrimonio collocata: præſertim ſi ſit futura πολύτεκνος.

4. Multi timent, ne marito mox hinc emigrante, redeant filiæ ad parentes cum liberis, vt ſic eam neceſſe ſit alere cum multis alijs, quam vnam & ſolam facilius poſſint ſuſtentare, ſe cœlibem ſecum detineant.

5. Sed quomodocunque cadat, poſſunt parentes, qui iam

iam multo tempore ipſi vixerunt coniuges, facile conijcere, abſque calamitatibus & afflictionibus filias ſuas, his præſertim temporibus, in coniugio viuere non poſſe. Ideoq; parcendum iudicant filiabus, quas amant tenerrime. Quod Paulus iam olim prædixit: Tribulationem carnis habebunt tales. 1 Cor 7. v. 28. Erant enim tum perſecutiones frequentes. Sed & nunc aliæ etiam tribulationes poſſunt affligere noſtros.

[Taceo iam eos parentes, qui propterea deſponſare nolunt filias, ne cogantur aliquid dotis loco numerare: & qui illis tanquam ancillis perpetuo vti volunt. Sicut Laban ſuo genero vtitur, tanquam ſeruo. Gen. 30.31 De his iniquis parentibus nobis non eſt ſermo hoc loco.]

Contra vero his omnibus poſthabitis pronuntiat Syracides, eſſe filiam tradendam marito. Et hoc opus eſſe magnum, vtile ſcilicet, & maxime neceſſarium.

Etenim hac ratione parentes multis curis ſeipſos poterunt liberare. Vide Syrac. 42. de filia nondum deſponſata, quæ vigilias facit patri. v. 6. ante finem. Quia enim res loquitur, his temporibus ægre filias detineri in ædibus paternis caſtas & pudicas, vltra tempus legitimum, ideoque ſatius eſt de maritis proſpicere ipſis, quam contra voluntatem illarum domi diutius detinendo, occaſionem impudicitiæ præbere. Sunt enim multi, qui ipſis inſidiantur. Et Satan ſolet ipſas etiam tentare. Sunt homines, & nihil humani ab ipſis alienum, cuiuſcunq; ſint ordinis vel conditionis. Vas infirmum. Faciles ſunt lapſus. Ideoque ſollicite cauendum parentibus, ne laqueos illarum conſcientijs inijciant. Et id quidem Paulus innuit, non peccare, qui habeat virginem, eamque matrimonio iungat, ſed bene facere, præſertim ſi fiat ſuperadulta. 1. Cor. 7. v. 36.

Si enim maxime timendum, ne afflictionibus præmantur, vbi factæ fuerint coniuges, cogitent tamen parentes, ſatius eſſe, illas, Deo ita volente, affligi in honeſto vitæ genere, quam Diabolo inſtigante illas fieri

Digitized by Google

meretrices, & corpus non tantum, ſed & animam affligi à Satana. Vbi infamia, & quæuis mala ſequuntur, quæ & ipſis filiabus, & parentibus, atque toti familiæ ſunt calamitoſiſſima. Et ſi diuina voluntate cruci ſubijciātur, habent paratam conſolationem ex ſcripturis, quod omnia ſunt cooperatura in bonum, Rom. 8.

Et vnde ſcis, illas, ſi cœlibes maneant, non ſenſuras alias calamitates grauiores, quam quæ ſunt in coniugio? vt ſint morbi varij, & infinita alia.

Si autem maxime non (excuſſo pudore) alijs ſeſe proſtituant, ſed virgines maneant: nec ægritudines, aut alias calamitates in cœlibatu ſentiant, melius tamen eſt, illas nubere, quam vri, & conſcientiam lædere, quæ eſt pretioſiſſimus omnium theſaurus, ſi illæſa ſit.

Egeſtatem times? Cogita: Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen quærens panem. Pſal. 37. Deus eſt, qui alit volucres cœli, Matth. 6. Veſtit lilia agri.

Moroſum aut importunum generum metuis? Vel qui fidem non ſit ſeruaturus? Trade igitur illam tali viro, cuius noueris ingenium, vitam, & tali omnino, de quo ſequitur iam. Et poterunt hæc duo poſteriora præcaueri, per Dei gratiam, ſi Syracidis ſequaris conſilium: vt ne egeant filię, nec in tales incidant, quos duxiſſe pœniteat.

II.

Quibus igitur maritis collocandæ filiæ? Vno verbo omnia expedire voluit Sapiens: SENSATO, inquit, vel prudenti, **Einem vernünfftigen Mann.**

Docet itaque Sapiens noſter male agere parentes eos, qui temere, imprudenter, & incogitanter ſuas filias collocant matrimonio obuijs quibuſque procis, de quorum pietate, vitæ genere, moribus, &. ipſis nec quicquam conſtat, Quique hoc vnum quærunt, vt filias ſuas domo extrudant: Hi non agunt paterne, ſed iniquiſſimo illo Labano ſunt nequiores.

II. Dein-

II. Deinde vero hoc eodem loco etiam alia multa plurimorum parentum conſilia improbare voluit: eorum ſcilicet, qui in deſponſatione filiarum ſuarum, vel, 1. Diuitias ſpectant. 2. vel familiæ ſplendorem. 3 vel corporis egregiam conſtitutionem. 4. vel alia, quæ videntur maxime placitura filiabus. Hinc fit, vt multæ pœnitendæ ſint apud nos nuptiæ 1. Etenim diuitiæ facile pereunt, præſertim ſi male ſint quæſitæ, vt de illis non poſſit gaudere tertius hæres. 2. Interdum, qui ex ſplendida familia prognati ſunt, frugi eſſe nolunt. Heroum filij noxæ. 3. Et ſi vigor corporis euanuerit, quod facile fit in maritis, odiſſe illos incipiunt mulieres.

At ſi tibi ſit gener SENSATVS, vel prudens & intelligens, optimis excultus moribus, qui vel manuum labore, vel ingenij dotibus, aliave ratione optima honeſtiſſimaque victum acquirere poſſit pro ſe & familia ſua, quid vltra deſideras?

Poterit is rem familiarem augere, & acquirere diuitias, ſi pauper ſit Poterit ad ſummum dignitatis faſtigium aſcenderet, ſi humili loco natus ſit, &c.

Certe ipſe Rex Salomon omnium ſui temporis Regum maximus, filias ſuas elocauit ſuis Præfectis, qui nec diuitijs, nec familiæ ſplendore poterant ipſis eſſe pares. At deligit ſibi ex ſuis Præfectis generos virtute præſtantes. 1. Reg. 4. c. v. 11. & 15

Et faciendum corde ſincero à bonis parentibus, quod corde fucato à nequiſſimo Saule factum eſt. Cum ille Michal ſuam vellet collocare Dauidi, referri vult ad Dauidem, Regem non quærere nec pecuniam, nec quicquam præter virtutem & fortitudinem ipſius Dauidis. 1. Sam 18.

Et prudenter ille olim dixit Imperator Romanus: Malle ſe virum ſine pecunia, quam pecuniam ſine viro.

Pauci ex noſtris ita ſunt affecti, præſertim qui ditiores ſunt. Sol ich das meine an nichts ſetzen / inquiunt. Sed male conſulunt filiabus. Non enim intelligunt homi-

 nes

Digitized by Google

nes illi male feriari, quantum prudentia (de qua Syracides loquitur) præſtet diuitijs Hinc tot infauſta ſunt matrimonia. PRVDENS MARITVS MAGNVS THESAVRVS.

Notandum autem HVIVS PRVDENTIÆ fundamentum eſſe timorem Domini. Nemo enim poteſt dici prudens vel ſenſatus; niſi pius & Deum timens ſit Eſt enim timor Domini initium ſapientiæ. Syr. 1. Et omnis impius ſtultus eſt.

THEMA LXI.

Ex Syr. 7. v. 28.

Si eſt tibi mulier ſecundum animam tuam, non auertas te ab illa, vt proijcias illam: & odibili non credas.

DISPOSITIO.

Reſpicit Syracides hac ſententiola potiſſimum ad ſua tempora, quibus Iudæi duræ ceruicis mariti, bigamiam & polygamiam ſeruarunt; Vbi hoc frequenter contigit, vt vir, qui duas habebat vxores, alteram illarum primum quidem amaret & impenſe diligeret, quæ gratioſa etiam erat & amabilis: ſed poſtea alterius vxoris calumniis & mendaciis circumuentus eandem odiſſe & deteſtari, atq; domo eiicere non dubitaret.

Quamuis vero, nec polygamia nec bigamia noſtro tempore toleretur à Magiſtratu, cum à Chriſto filio Dei abrogata, & prima coniugij inſtitutio poſtliminio introducta ſit, Matth. 19. tamen poteſt etiam hæc ſententia Syracidis non vna, ſed multiplici ratione ad noſtrum ſeculum accommodari, vbi mulier chariſſima aliorum calumnijs oppugnata, marito ſuo interdum fit inuiſa. Quomodo itaque hæc verba nobis vtiliter ſeruire poſſint dicendum, & ſingula membra accurate expendenda.

Videa-

Digitized by Google

Videamus.

1. Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, non auertaris ab illa, &c. Non hoc volunt verba: Si mulierem nactus es, quæ tibi eſt amabilis & gratioſa, tum non debes illam relinquere. Si autem contigit tibi, quæ non eſt grata & accepta in oculis tuis, tum potes illam relinquere & deſerere. Sed hæc eſt ſententia: Si vxorem habes, quam petiiſti, & quæ placuit aliquando, (alias certe illam nec petiiſſes, nec duxiſſes) illa nunquam in omni vita tua debet tibi diſplicere. Si enim ſemel fuit tibi vxor chariſſima, maneat ſemper talis. Sic iubet Scriptura, ne ſeparetur homo ab ea, quam conſtanti fœdere ſibi coniunxit. Matth. 19.

L. Docet hoc primum huius ſententiæ membrum valere omnino in coniugio Regulam illam Iureconſultorum: quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt Etenim voluntas coniugum, quæ amore nititur ſinceriſſimo, non debet hac in parte eſſe ambulatoria, vt eſt quidem in alijs rebus Notandum hoc contra plurimorum leuitatem, qui mox, vbi cepit illos ſatietas matrimonij, leui arrepta occaſione, coniuges ſeſe tuto poſſe deſerere aut repudiare ſibiipſis perſuadent. Putant illi eadem eſſe rationem cum vxoribus, quæ eſt in emendis vel permutandis equis.: qui ſi non placent, mox iterum vel diuendi vel cum alis permutari poſſunt At Chriſtianos non decet hæc inconſtantia: vel propter hanc vnam cauſam, quod Deus copulauit coniuges. Sunt itaque ingrati, qui hoc, quod diuinitus acceperunt, cum magna Dei offenſa prius volunt reſtituere, quam ille petierit, qui dedit.

Quam vehementer illis iraſcatur Dominus, qui ſuas vxores faſtidiunt, videre eſt Malach. 2. Et monet hoc ipſo cap verſ. 21. Sapiens, auro chariorem vxorem non reſinquendam.

Sed & mulieres hoc agant, ne fiant deteriores, vbi mari

maritis aliquantiſper fuerunt gratæ, nec occaſionem præbeant faſtidiendi ipſas. Semper enim memores ſint præcepti diuini, vt pareant imperio maritorum: Et Paulini, vt ſubditæ ſint. Geneſ. 3. Epheſ. 5. Coloſ. 3. Et 1. Pet. 3.

Conſiderent quantam reportaturæ ſint laudem, ſi maritis conuerſentur cum debita reuerentia & pietate. Prouerb. 31. Syr. 26. Syr. 7. 37.

Et experientur, quod tum mariti non poſſint illas odiſſe, ſi ſint amabiles. De his Apoſtolus, 1. Pet. 3. ipſas LVCRARI poſſe infideles Quidni etiam. DVROS.

Quod ſi neceſſe etiam ſit cohabitare iniquiſſimis maritis, patienter ferant id propter Dominum, qui ſubiecit illas. Abigail iniquiſſimo Nabalo cohabitat. Sic vel mitigabit Dominus illarum calamitates, vel maritos (vt Nabalum) mox ab ijs auferet, aut cor dabit rectius ſentiens, aut tamen ipſas Martyres aliquando æternis præmijs honorabit, ſed pergamus.

II. Si tibi, inquit Syracides, eſt mulier, ſecundum animam tuam, NON PATIARIS, TE ABDVCI AB ILLA, VT PROIICIAS EAM. Hoc innuit, ſi maxime tibi placeat coniunx tua, erunt tamen, qui tibi illam inuiſam reddere conabuntur. Vidit enim tum Sapiens idem euenire, quod hodie etiam. De quo Syr. 28. v. 18. Os calumniatoris mulieres virtute præſtantes eiicit. Sunt enim, qui, Diabolo inſtigante, ſeminare ſtudent diſcordias inter coniuges. Et, vel hoc, vel illud deferunt ad maritum, quod perpetrarit coniunx, vt ſic maritus animum ab vxore auertat: ſiue verum ſit, ſiue falſum, quod dicitur, illi parum curant.

Quid igitur faciat maritus? NOLI CREDERE ODIBILI Certe odibilis illa eſt & merito eſſe debet, quæ conatur mariti animum auertere ab vxore Siue enim vera ſint ſiue falſa, quæ narrant maritis, animus tamen illorum Delatorum malus eſt. Loquitur Sapiens pro more gentis Iudaicæ & ſui temporis: vbi deformis, aut quæ

minus,

minus grata videbatur marito (qualis eras Petinna) oderat alteram in eadem domo vxorem mariti eiuſdem, & marito perſuadere conabatur, multis excogitatis commentis, vt eijceret illam. Neque vero hoc eſt aliud, ſi etiam noſtro tēpore veniat, quæ inimica eſt vxoris, & deferat ad maritum multa, quibus poſſit coniugem viro reddere inuiſam. Tu noli credere, inquit.

L. Diſcimus, quam male agant; qui conantur diſcordias ſeminare inter coniuges. Hoc autem communiſſimum eſt noſtro tempore. Quia enim Diabolus perpetuus eſt coniugij hoſtis, tentat quouis modo Dei ordinationem conuellere, (vel animum mariti ab vxore, vel vxoris à viro auertendo) & inteſtina fouet odia, quæ vt ſunt acerbiora inter coniuges, quam inter peregrinos: ita longe ſunt durabiliora & nocentiora. Vtitur autem Diabolus opera malorum hominum, calumniis & mendaciis rem agentium. **Vnd wo der Teuffel nicht hin kommen kan / da ſchickt er ſeine Botten hin.**

Vetularum plerumque loquacium & garrularum ancillarum, &c. opera vtitur Diabolus. Et verum fit id, quod Prouerbio dicitur, quod Satan vix audet tentare, tentat anus nugiuenda. Vide, quid Satan promiſerit vetulæ, & quam feciliter illa Satanæ conatus iuuerit: Tom. Luth. Jen. 5. germ pag. 144 b. ſuper cap. 15. Ioan. Adſcripta eſt hæc hiſtoria infra ad Thema 62.

Dolendum autem, quod Diabolus perturbaturus coniugia. interdum proximorum cognatorum opera vtitur.

Multæ matres, quia oderunt nurus ſuas, filios ſuos maritos inſtigant, vt vxores vel deſerant, vel faſtidiant, vel male tractent, vel huius aut illius criminis reos agant, aut tamen ſuſpectas habeant.

Interdum hoc tentat Satan, per fratres aut ſorores mariti, interdum etiam per alios.

Interdum puris putidiſſimis mendacijs, interdum calumnijs hanc rem tractat.

Quo

Quocunque modo fiat, hoc quærit Diabolus, vt coniugum animi diuellantur. Nemo autem operam ſuam Diabolo locare debet ad hanc rem. Eſt enim grande ſcelus, ſi mendaciis agatur. Diabolus mendax eſt Ioan.8. Et mendax furi æqui paratur. Syrac.20. Si calumnijs id tentatur, perinde eſt. Syr. 5. Quæ ſunt prohibita 8. Præcepto. Quinimo ſi vera eſſent, quæ narrantur maritis, tamen proximi peccata tegenda. Charitas operit multitudinem peccatorum coram hominibus. Prou. 10. v. 12. 1 Pet. 4. Et ſi id non debent facere alij, multo minus cognati.

Si maledictus, qui ſeminat diſcordias inter fratres: magis maledictus erit, qui ſeminat diſcordias inter coniuges. Aſmodæus, Diabolus eſt, qui coniugium conuellit. Tob. 3. v. 8.

Sicut autem non debent alij maritum exacerbare contra vxorem: ita maritus his, (quicunque ſint illi) fidem non debet habere: nec audire eos, qui cor ipſius à muliere chariſſima conantur auertere.

Ipſe vero maritus vitia coniugis nouiſſe, non odiſſe debet. Altera alterius onera portet. Gal. 6. Et ſi amicus prius corripiendus iuxta id Syr. 19. ver. 13. quanto magis id de coniuge eſt ſtatuendum. Excipio autem hic CASVM ADVLDERII, qui tolerari non debet. Et de infirmitatibus coniugum, non de enormi iſto ſcelere, (quod omne matrimonium ſoluit) nobis ſermo eſt. Qui enim ſciens adulteram tolerat leno eſt, non honeſtus maritus.

Pertinent autem ea omnia, quæ de marito hactenus dicta ſunt, etiam ad vxorem. Quia par eſt vtrobiq; ratio: Non permoueatur (quod & ipſum non infrequens eſt) mulier calumnijs contra maritum directis, vt ipſum propter criminationes maleuolorum auerſetur. Portet illa viciſſim mariti onera. Et charitate contegat næuos ipſius.

Sic ſemper & vbique ſarta tectaque conſeruabitur diuina Inſtitutio.

THE

THEMA LXII.

Ex Syr. 9. v. 1.

Non zeles mulierem ſinus tui, neque doceas contra teipſum diſciplinam malam: Vel iuxta verſ. germ. Etenim diſciplina iſta ſeueriſſima non eſt bona.

DISPOSITIO.

Nouit Syracides, Iudæorum peruerſa & intractabilia eſſe ingenia, quæ nunquam fere medium tenent. Vel enim vxores ſuas, quas diligere debebant, peſſime oderunt; Vel contra ita amarunt, vt amor iſte in zelotypiam degenerarit. Sic nulla ratione recte conſultum erat mulieribus ipſorum. Et quod hæc zelotypia fuerit vulgaris apud Iudæos, videtur colligi poſſe ex lege zelotypiæ ſingulari, quæ extat, Num. 5.

Diſſuadet Sapiens hanc zelotypiam omnibus maritis, & quidem non immerito: quia multorum malorum poteſt eſſe cauſa. Quandoquidem vero apud nos etiam inueniuntur tales, quos Spiritus zelotypiæ concitare ſolet aduerſus mulieres: Ideoque opere pretium erit, nonnihil hac de re diſſerere.

Dicendum ergo. 1. Quid zelotypia; & quare fugienda. 2 Quis author ſit zelotypiæ, & quæ ſint remedia contra zelotypiam.

I.

Eſt autem zelotypia, quando vir timet ſe non ſatis amari à muliere, ſed illam amore ardentiori alios complecti: hinc fit, vt de caſtitate illius oriantur ſuſpiciones, vbi perpetua eſt diffidentia, & arctiſſima vel cuſtodia earum adhiberetur, vel obſeruantur omnes geſtus, mores, ſermones, &c. Ibi leuiſſima oblata occaſione arripitur aliquid, & in deteriorem partem ſemper accipitur. Oritur hæc zelotypia inde ſi mulier alijs maritis videatur familiaris, & vltra quam par eſt erga illos

ſeſe

ſeſe gratioſam exhibeat. Præſertim vero, ſi vir ſit vetulus & mulier iuuencula, facile illa ſuſpicio augetur.

Eadem plane eſt ratio de muliere. Et ſunt illæ ad zelotypiam fere promptiores. Dominantur enim illis vehementiores affectus. Et ſemper verentur, ne maritus maiori & ardentiori dilectione complectatur alias. Hinc obſeruant ſtudioſiſſime. Et ſi quando contingit illos locari cum alijs, vel virginibus vel mulieribus, augetur illa ſuſpicio facile: Præſertim ſi ipſæ ſint vetulæ, vel deformes, vel ægritudine grauatæ, vir autem ſit iuuenis & vegetus, in conſeruatione cum alijs familiaris, iucundus & amabilis. Tunc ſemper habet alterna iurgia lectus.

Monet itaque Sapiens maritum hoc loco, ne patiatur ſe accendi ſpiritu zelotypiæ. Et ſic inquit: NE ZELES MVLIEREM PROBAM; vt eſt in verſione Germ. Si enim non ſit impudica, laſciua, abſcœna, &c. nec quicquam hactenus muliere honeſta indignum admiſerit, non eſt cauſa, cur temere illam habeas ſuſpectam.

Ratio autem additur generalis, cur zelotypus non debeat eſſe maritus. Quia nihil boni oritur ex hac diſciplina ſeueriſſima. Multæ ſane ſunt cauſæ, quare abſtinendum à zelotypia, & ſub hac comprehenduntur. Hoc vero explicandum latius.

1. Si enim proba ſit mulier, inſigni afficis ipſam contumelia, & iniuriam ipſi facis, dicendo in corde tuo falſum teſtimonium aduerſus ipſam, quod 8. præcepto eſt prohibitum. Eſtque mendacium pernicioſiſſimum, quo famam vxoris & vitam, (vtrumque auro pretioſius) & illam vita quidem chariorem, in diſcrimen vis adducere. Cogita igitur, quod tibi non vis fieri, mulieri non faciendum.

2. Sin improba eſt mulier, non poteris tamen illis ſuſpitionibus auertere illius improbitatem. Fruſtra igitur teipſum excrucias, & corpus tuum curis & ſolicitudinibus

dinibus maceras: cum illa non emendetur. Deteriorem interdum reddis, vt quanto maiori tu ſolicitudine illam vis cuſtodire, tanto illa callidius agat, vt turpitudinem ſuam tegat. Hinc recte dicitur prouerbio apud nos. **Entweder darff es deſſen nicht/ oder es hilfft nicht.**

3. Quin imo ſæpe fit, vt zelotypia tua cauſa ſit vxori, vt ſi hactenus de eo non cogitauit, tamen, cum videat ſe nihilominus ſuſpectam tibi eſſe, iam modo idipſum agat, cuius inſimulatur à te. Multæ enim cogitant, etiamſi caſtiſſime vixero, tamen non potero immunis eſſe à ſuſpicionibus. **So will ichs gleich wahr machen. Es gehet doch in einem hin.**

4. Poteſt etiam fieri, vt (ſicut eſt in latina verſione) MALAM ARTEM DOCEAS ILLAM IN TE. Si enim videat animum mariti eſſe ab illa auerſum, & ſuſpicionibus ita inductum, vt amare deſinat coniugem: tunc & illa omnem affectum coniugalem exuit, & interdum etiam cogitat de medijs illicitis, quomodo vel maritum tollat, vel adulterum faciat, vel ſuum adulterium malis artibus tegat, &c. Cuius mali tu author es. Nec poteris improbare poſtea mores vxoris, quos ipſe corrupiſti.

5. Taceo quod liberis tuis, ſi qui tibi ex coniuge nati ſunt, infamiam attrahis, quorum matrem adulteram facere conaris: quod offendis famulos & ancillas in domo, à quibus etiam deſpicitur marita, quam tibi ſuſpectam eſſe ſciunt. Et ſic nunquam ſalus & pax domui tuæ erit, ſed perpetua diſcordia, diffidentia, quærelę, iurgia, dolores, morbi, furor, &c.

6. Et quanta mala ex zelotypia poſſint oriri, mox ſequentes hiſtoriæ docebunt.

Quæ vero contra maritum dicuntur, eadem plane etiam ad vxorem referri debent & poſſunt, ſi ipſa hoc vitio zelotypiæ laboret.

II.

Cum tam grande ſit malum zelotypia, non eſt dubium,

 bium,

bium, quin author omnis mali. Diabolus in animis coniugum hanc primum excitet, & frequenter foueat. Is enim eſt, qui animo viri, vel vxoris], ſuſpiciones inijcit, coniugem alterum non amplius diligere, & in alterius amores exarſiſſe: Propterea non vt antea ſuauiter cum illa coniuge ſua maritum (& viciſſim vxorem cum marito) conuerſari.

Aut homines ſubornat Satan, qui vni ex coniugibus perſuadeant, maritum ab vxore (& vi iſſim) eſſe abalienatum: quia teſtatur res ipſa, quod iam aliam diligat, &c.

Varia etiam alia quærit media Satan, vt eſt in hac re, & in turbando omni coniugio πολυτεχνικώτατος, quibus animos coniugum ardentiſſime inuicem amantium diuellat.

Operæ pretium me facere arbitror, ſi duo exempla memorabilia hic aſſcribam.

Memoriæ proditum eſt, (vide Luth. Tom. 7. Ien. Ger. pag. 144. ſuper caput 15. Ioan.) olim fuiſſe maritum & coniugem, inter quos ſumma fuit animorum coniunctio, & vere, duo in carne vna, nec vlla inter eos offenſio vnquam extitit. Hunc mutuum amorem & φιλοστοργίαν inter maritum & coniugem Diabolus vt perturbaret, ſubornauit aniculam, quæ primum vxorem, vt infirmius vaſculorum adoritur, perſuadens ei, maritum illius pertæſum deperiſſe in alienam, & quamuis ſummam erga ipſam beneuolentiam vultu ſimulet, tamen certum eſſe, quod ſecum conſtituerit ipſam data occaſione occidere. Recipiat igitur ſecum nouaculam in lectum, eamq; ſub ceruicali reponat, cumque viderit maritum dormire arctius, in guttur eius ſubito eam infigat, eumq; meditantem homicidium hoc pacto anteuertat.

Poſteaquam vxori hoc perſuaſiſſet, adit deinde maritum, affirmans, vxorē ſuam cum adultero rem habere, itaque decreuiſſe, noctu, vbi ipſe ſomno oppreſſus fuerit, guttur eius nouacula præcidere, & vt huius rei fidem mari-

marito faciat, an, ſub ceruicale nouaculam noctu eum repperturũ eſſe. Quid multa; Maritus perſuaſus ſic ſe rem habere, diſſimulat, quod animo conceperat, noctu cum vxorem arctiore ſomno oppreſſam eſſe animaduerterat, ſuſpenſo tactu apprehendit nouaculam, eamq; in guttur vxoris defigit, atque ita innocentem occidit, ſeq. parricidio contaminauit. Addit ibi Lutherus, quod, cum Diabolus vetulæ præmij loco promiſſum par calceorum rubeorum pro fideli opera præſtita offerre vellet, illud palo affixum de longe ſtans obtulerit vetulæ: Eo quod nollet propius accedere ad illam, quæ ipſo (Diabolo) longe eſſet deterior, eumque malitia ſuperaret.

Alterum Baſileæ accidit, Anno M. D. XXVIII. Vbi cum negociator quidam, (Chriſtophorus Bomgartner) vxorem haberet forma & pudicitia præſtantem, eamque ardenti amore complecteretur, & ipſa viciſſim maritum vere & ex animo diligeret. Diabolus hunc mutuum amorem & dulciſſimam στοργὴν ægre ferens, marito ſuſpicionem iniecit, vxorem deperire in ſeruum, hanc eius ſuſpicionem auxit, cum forte faſciculos ſuos caligarum in cruribus ſerui conſpiceret, quos vxor ſimplici animo, forte repertos in cubili, & contritos ſeruo donauerat. Nec multa. Maritus captat occaſionem occidendi vxorem. Die quadam Dominica, cum omnes ſerui & ancillæ intereſſent ſacris concionibus, maritus vxorem domi retinuit, duos autem paruos liberos ablegauit ad forum, vt ſibi poma emerent, quibus digreſſis mox ſtricto gladio in vxorem irruit, dictitans, ſe ex faſciculis ſeruo donatis coniecturam facere, quod illum amaret. Illa, cum perſancte affirmaret, ſe nunquam id induxiſſe animum, & prouoluta ad pedes mariti ſupplex oraret, vt hanc falſam ſuſpicionem à ſe amoueret, nihil tamen profecit. Quia maritus victus ira & dementatus à Diabolo ipſam confodit gladio. Quam cum occidiſſet, adeo ipſum facti pœnituit, vt ilico literas conſcripſerit, in quibus oſtendit, ſe

propter falſam ſuſpicionem adulterij vxorem ſuam innocentem occidiſſe, & impatientia doloris de tecto fuiſſe præcipitem. Has literas alligauit brachio, moxque ſumma petens faſtigia tecti, inde ſe præcipitem deiecit. Multis hominibus inſpectantibus fit concurſus ad eum, cumque in brachio eius literæ apertæ conſpicerentur, leguntur, & cauſa violentæ mortis cognoſcitur. Hinc facile intelligimus, omnino eſſe neceſſarium, vt remedia adhibeantur in tempore, quibus zelotypiæ & ſuſpicionibus eiuſmodi occurramus.

1. Sincerus autem amor mariti nō patietur ipſum prauis ſuſpicionibus mox locum dare. Ideoque non inuidebit vxori ſi honeſte lætetur etiam coram alijs; præſertim ſi ſit liberalioris ingenij. Nec ex minimis geſtibus ſtatim ſuſpicionem hauriet: cum ſciat inter bonos bene agi. Ideoque non opus tam arcta & tam ſeuera cuſtodia, vel diſciplina mulieris. Si enim maxime videatur aliquid præter decorem agere coniunx, charitas tamen omnia errata tegere poterit: præſertim in iuuenculis, in quibus adhuc conſilij inopia, & iudicij infirmitas quædam eſt.

2 Cum ſciat maritus; Satanam eſſe amoris coniugalis hoſtem infenſiſſimum, facile poterit animaduertere, illum mendacibus & prauis inſtillationibus hoc agere, vt animus coniugum diuellat ab inuicem. Et propterea in animo ortam ſuſpicionem mox extinguat; atque Diabolo valedicat. Aut ſi idem Diabolus tētet per calumniatores, vel calumniatrices, non audiat tales: ſciens, quod nil niſi Satanæ ſint inſtrumenta. His itaque longum valere iuſſis; charitatis limites non egrediatur maritus. Charitas enim non eſt ſuſpicax. 1. Cor. 13. Præſertim ſi fidam hactenus & pudicam mulierem tuam eſſe ſis expertus, non gratificeris Diabolo, vt credas delatoribus diuerſum referentibus.

3. Ne vero maritus habere poſſit occaſionem vllam ſiniſtrè de vxore iudicandi, mulier honeſta maneat pia & pudica, qualis vult haberi, & qualis eſſe debet. Et ſemper

ob

Digitized by Google

ob oculos ſtatuat ſextum decalogi præceptum, & cōſideret exempla, quomodo Deus iudicet adulteras. Heb. 13.

4. Cauendum etiam ab omni ſpecie mali. 1. Theſſ. 5. verſ. 21. Et vitanda loca ſuſpecta: fugienda conſortia malorum hominum: non conuerſandum cum ſuſpectis perſonis, præſertim, ſi vxor ſemel atque iterum huius admoneatur à marito. Vide Syr. 9. v. 3. 4. 5. 6. 7. Idipſum enim etiam ad vxores pertinet.

5. Quod ſi vero maritus ſibi videatur habere cauſas haud leues, ob quas ſuſpectam habeat vxorem: tamen niſi certiſſime conſtet de mulieris improbitate, nihil moueat. Quin potius rem iudici iuſte iudicanti cōmendet: qui ſcit egregie manifeſtare occulta hominum facta: ſi non in his terris, tamen illic. Matth. 10. v. 26. & cogitet id 1. Tim. 5. verſ. 25. Quorundam peccata manifeſta fiunt, &c. **Wann der Fuchs zeitig iſt / trägt er den Balg ſelbs zum Kürßner.**

Hæc omnia eadem ratione etiam de viro ſuſpecto, & mulieris zelotypia intelligi debent.

Tandem vero ſi ſuſpicionibus eiuſmodi grauata ſit honeſta vxor (vel ſi marito id contingat ab vxore. Sunt enim hæc omnia reciproca) nec poſſit ſe purgare, ſicut in veteri Teſtamento poterat (& ſicut Konigunda vxor Heinrici Imperatoris ferro ignito fidem cōiugalem probauerat) patienter tamen hoc ferat, & Deo commendet cauſam ſuam, qui innocentiam illius manifeſtabit ſuo tempore: Sicque lætetur in teſtimonio bonæ conſcientiæ. Satis ſit, quod Deo illius innocentia conſtet. Et nihil nocebit ſuſpicio alterius coniugis peruerſa, ſicut non nocebat aqua maledicta. Num. 25. v. 28.

THEMA LXIII.

Ex Syr. 9. c. v. 2.

Non tes mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, Vel, ne ipſa dominetur tibi,

maritis aliquantiſper fuerunt gratæ, nec occaſionem præbeant faſtidiendi ipſas. Semper enim memores ſint præcepti diuini, vt pareant imperio maritorum: Et Paulini, vt ſubditæ ſint Geneſ. 3. Epheſ. 5. Coloſ. 3. Et 1. Pet. 3.

Conſiderent quantam reportaturæ ſint laudem, ſi maritis conuerſentur cum debita reuerentia & pietate. Prouerb. 31. Syr. 26. Syr. 7. 37.

Et experientur, quod tum mariti non poſſint illas odiſſe, ſi ſint amabiles. De his Apoſtolus, 1. Pet. 3. ipſas LVCRARI poſſe infideles Quidni etiam. DVROS.

Quod ſi neceſſe etiam ſit cohabitare iniquiſſimis maritis, patienter ferant id propter Dominum, qui ſubiecit illas. Abigail iniquiſſimo Nabalo cohabitat. Sic vel mitigabit Dominus illarum calamitates, vel maritos (vt Nabalum) mox ab ijs auferet, aut cor dabit rectius ſentiens, aut tamen ipſas Martyres aliquando æternis præmijs honorabit, ſed pergamus.

II. Si tibi, inquit Syracides, eſt mulier, ſecundum animam tuam, NON PATIARIS TE ABDVCI AB ILLA, VT PROIICIAS EAM. Hoc innuit, ſi maxime tibi placeat coniunx tua, erunt tamen, qui tibi illam inuiſam reddere conabuntur. Vidit enim tum Sapiens idem euenire, quod hodie etiam. De quo Syr. 28. v. 18. Os calumniatoris mulieres virtute præſtantes eiicit. Sunt enim, qui, Diabolo inſtigante, ſeminare ſtudent diſcordias inter coniuges. Et, vel hoc, vel illud deferunt ad maritum, quod perpetrarit coniunx, vt ſic maritus animum ab vxore auertat: ſiue verum ſit, ſiue falſum, quod dicitur, illi parum curant.

Quid igitur faciat maritus? NOLI CREDERE ODIBILI Certe odibilis illa eſt & merito eſſe debet, quæ conatur mariti animum auertere ab vxore Siue enim vera ſint ſiue falſa, quæ narrant maritis, animus tamen illorum Delatorum malus eſt. Loquitur Sapiens pro more gentis Iudaicæ & ſui temporis: vbi deformis, aut quæ minus,

Digitized by Google

minus grata videbatur marito (qualis eras Perinna) oderat alteram in eadem domo vxorem mariti eiuſdem, & marito perſuadere conabatur, multis excogitatis commentis, vt eijceret illam Neque vero hoc eſt aliud, ſi etiam noſtro tẽpore veniat, quæ inimiqa eſt vxoris, & deferat ad maritum multa; quibus poſſit coniugem viro reddere inuiſam: Tu noli credere, inquit.

L. Diſcimus, quam male agant, qui conantur diſcordias ſeminare inter coniuges. Hoc autem communiſſimum eſt noſtro tempore. Quia enim Diabolus perpetuus eſt coniugij hoſtis, tentat quouis modo Dei ordinationem conuellere, (vel animum mariti ab vxore, vel vxoris à viro auertendo) & inteſtina fouet odia, quæ vt ſunt acerbiora inter coniuges, quam inter peregrinos: ita longe ſunt durabiliora & nocentiora Vtitur autem Diabolus opera malorum hominum, calumniis & mendaciis rem agentium. **Vnd wo der Teuffel nicht hin kommen kan / da ſchickt er ſeine Botten hin.**

Vetularum plerumque loquacium & garrularum ancillarum, &c. opera vtitur Diabolus Et verum fit id, quod Prouerbio dicitur, quod Satan vix audet tentare, tentat anus nugiuenda. Vide, quid Satan promiſerit vetulæ, & quam feciliter illa Satanæ conatus iuuerit: Tom. Luth. Jen. 5. germ pag. 144 b. ſuper cap. 15. Ioan. Adſcripta eſt hæc hiſtoria infra ad Thema 62.

Dolendum autem, quod Diabolus perturbaturus coniugia. interdum proximorum cognatorum opera vtitur.

Multæ matres, quia oderunt nurus ſuas, filios ſuos maritos inſtigant, vt vxores vel deſerant, vel faſtidiant, vel male tractent, vel huius aut illius criminis reos agant, aut tamen ſuſpectas habeant.

Interdum hoc tentat Satan, per fratres aut ſorores mariti, interdum etiam per alios.

Interdum puris puridiſſimis mendacijs, interdum calumnijs hanc rem tractat.

Quo

Quocunque modo fiat, hoc quærit Diabolus, vt coniugum animi diuellantur. Nemo autem operam ſuam Diabolo locare debet ad hanc rem. Eſt enim grande ſcelus, ſi mendaciis agatur. Diabolus mendax eſt Ioan. 8. Et mendax furi æqui paratur. Syrac. 20. Si calumnijs id tentatur, perinde eſt. Syr. 5. Quæ ſunt prohibita 8. Præcepto. Quinimo ſi vera eſſent, quæ narrantur maritis, tamen proximi peccata tegenda. Charitas operit multitudinem peccatorum coram hominibus. Prou. 10. v. 12. 1 Pet. 4. Et ſi id non debent facere alij, multo minus cognati.

Si maledictus, qui ſeminat diſcordias inter fratres: magis maledictus erit, qui ſeminat diſcordias inter coniuges. Aſmodæus, Diabolus eſt, qui coniugium conuellit. Tob. 3. v. 8.

Sicut autem non debent alij maritum exacerbare contra vxorem: ita maritus his, (quicunque ſint illi) fidem non debet habere: nec audire eos, qui cor ipſius à muliere chariſſima conantur auertere.

Ipſe vero maritus vitia coniugis nouiſſe, non odiſſe debet. Altera alterius onera portet. Gal. 6. Et ſi amicus prius corripiendus iuxta id Syr. 19. ver. 13. quanto magis id de coniuge eſt ſtatuendum. Excipio autem hic CASVM ADVLDERII, qui tolerari non debet. Et de infirmitatibus coniugum, non de enormi iſto ſcelere, (quod omne matrimonium ſoluit) nobis ſermo eſt. Qui enim ſciens adulteram tolerat leno eſt, non honeſtus maritus.

Pertinent autem ea omnia, quæ de marito hactenus dicta ſunt, etiam ad vxorem. Quia par eſt vtrobiq; ratio: Non permoueatur (quod & ipſum non infrequens eſt) mulier calumnijs contra maritum directis, vt ipſum propter criminationes maleuolorum auerſetur. Portet illa viciſſim mariti onera. Et charitate contegat næuos ipſius.

Sic ſemper & vbique ſarta tectaque conſeruabitur diuina Inſtitutio.

THE

Digitized by Google

THEMA LXII.

Ex Syr. 9. v. 1.

Non zeles mulierem ſinus tui, neque doceas contra teipſum diſciplinam malam: Vel iuxta verſ. germ. Etenim diſciplina iſta ſeueriſſima non eſt bona.

DISPOSITIO.

Nouit Syracides, Iudæorum peruerſa & intractabilia eſſe ingenia, quæ nunquam fere medium tenent. Vel enim vxores ſuas, quas diligere debebant, peſſime oderunt; Vel contra ita amarunt, vt amor iſte in zelotypiam degenerarit. Sic nulla ratione recte conſultum erat mulieribus ipſorum. Et quod hæc zelotypia fuerit vulgaris apud Iudæos, videtur colligi poſſe ex lege zelotypiæ ſingulari, quæ extat, Num. 5.

Diſſuadet Sapiens hanc zelotypiam omnibus maritis, & quidem non immerito: quia multorum malorum poteſt eſſe cauſa. Quandoquidem vero apud nos etiam inueniuntur tales, quos Spiritus zelotypiæ concitare ſolet aduerſus mulieres: Ideoque opere pretium erit, nonnihil hac de re diſſerere.

Dicendum ergo. 1. Quid zelotypia; & quare fugienda. 2. Quis author ſit zelotypiæ, & quæ ſint remedia contra zelotypiam.

I.

Eſt autem zelotypia, quando vir timet ſe non ſatis amari à muliere, ſed illam amore ardentiori alios complecti: hinc fit, vt de caſtitate illius oriantur ſuſpiciones, vbi perpetua eſt diffidentia, & arctiſſima vel cuſtodia earum adhiberetur, vel obſeruantur omnes geſtus, mores, ſermones, &c. Ibi leuiſſima oblata occaſione arripitur aliquid, & in deteriorem partem ſemper accipitur. Oritur hæc zelotypia inde ſi mulier alijs maritis videatur familiaris, & vltra quam par eſt erga illos

ſeſe

ſeſe gratioſam exhibeat. Præſertim vero, ſi vir ſit vetulus & mulier iuuencula; facile illa ſuſpicio augetur.

Eadem plane eſt ratio de muliere. Et ſunt illæ ad zelotypiam fere promptiores. Dominantur enim illis vehementiores affectus. Et ſemper verentur, ne maritus maiori & ardentiori dilectione complectatur alias. Hinc obſeruant ſtudioſiſſime. Et ſi quando contingit illos locari cum alijs, vel virginibus vel mulieribus, augetur illa ſuſpicio facile. Præſertim ſi ipſæ ſint vetulæ; vel deformes; vel ægritudine grauatæ, vir autem ſit iuuenis & vegetus, in conſeruatione cum alijs familiaris, iucundus & amabilis. Tunc ſemper habet alterna iurgia lectus.

Monet itaque Sapiens maritum hoc loco, ne patiatur ſe accendi ſpiritu zelotypiæ. Et ſic inquit: NE ZELES MVLIEREM PROBAM; vt eſt in verſione Germ. Si enim non ſit impudica, laſciua; abſcœna; &c: nec quicquam hactenus muliere honeſta indignum admiſerit, non eſt cauſa; cur temere illam habeas ſuſpectam.

Ratio autem additur generalis, cur zelotypus non debeat eſſe maritus. Quia nihil boni oritur ex hac diſciplina ſeueriſſima. Multæ ſane ſunt cauſæ, quare abſtinendum à zelotypia, & ſub hac comprehenduntur. Hoc vero explicandum latius.

1. Si enim proba ſit mulier, inſigni afficis ipſam contumelia; & iniuriam ipſi facis, dicendo in corde tuo falſum teſtimonium aduerſus ipſam, quod 8. præcepto eſt prohibitum. Eſtque mendacium pernicioſiſſimum, quo famam vxoris & vitam, (vtrumque auro pretioſius) & illam vita quidem chariorem, in diſcrimen vis adducere. Cogita igitur, quod tibi non vis fieri, mulieri non faciendum.

2. Sin improba eſt mulier, non poteris tamen illis ſuſpitionibus auertere illius improbitatem. Fruſtra igitur teipſum excrucias, & corpus tuum curis & ſolicitudinibus

dinibus maceras: cum illa non emendetur. Deteriorem interdum reddis, vt quanto maiori tu ſolicitudine illam vis cuſtodire, tanto illa callidius agat, vt turpitudinem ſuam tegat. Hinc recte dicitur prouerbio apud nos **Entweder darff es deſſen nicht/ oder es hilfft nicht.**

3. Quin imo ſæpe fit, vt zelotypia tua cauſa ſit vxori, vt ſi hactenus de eo non cogitauit, tamen, cum videat ſe nihilominus ſuſpectam tibi eſſe, iam modo idipſum agat, cuius inſimulatur à te. Multæ enim cogitant, etiamſi caſtiſſime vixero, tamen non potero immunis eſſe à ſuſpicionibus. **So will ichs gleich wahr machen. Es gehet doch in einem hin.**

4. Poteſt etiam fieri, vt (ſicut eſt in latina verſione) MALAM ARTEM DOCEAS ILLAM IN TE. Si enim videat animum mariti eſſe ab illa auerſum, & ſuſpicionibus ita inductum, vt amare deſinat coniugem: tunc & illa omnem affectum coniugalem exuit, & interdum etiam cogitat de medijs illicitis, quomodo vel maritum tollat, vel adulterum faciat, vel ſuum adulterium malis artibus tegat, &c. Cuius mali tu author es. Nec poteris improbare poſtea mores vxoris, quos ipſe corrupiſti.

5. Taceo quod liberis tuis, ſi qui tibi ex coniuge nati ſunt, infamiam attrahis, quorum matrem adulteram facere conaris: quod offendis famulos & ancillas in domo, à quibus etiam deſpicitur marita, quam tibi ſuſpectam eſſe ſciunt. Et ſic nunquam ſalus & pax domui tuæ erit, ſed perpetua diſcordia, diffidentia, quærelę, iurgia, dolores, morbi, furor, &c.

6. Et quanta mala ex zelotypia poſſint oriri, mox ſequentes hiſtoriæ docebunt.

Quæ vero contra maritum dicuntur, eadem plane etiam ad vxorem referri debent & poſſunt, ſi ipſa hoc vitio zelotypiæ laboret.

II.

Cum tam grande ſit malum zelotypia, non eſt du-

bium, quin author omnis mali. Diabolus in animis coniugum hanc primum excitet, & frequenter foueat. Is enim eſt, qui animo viri, vel vxoris, ſuſpiciones inijcit, coniugem alterum non amplius diligere, & in alterius amores exarſiſſe: Propterea non vt antea ſuauiter cum illa coniuge ſua maritum (& viciſſim vxorem cum marito) conuerſari.

Aut homines ſubornat Satan, qui vni ex coniugibus perſuadeant, maritum ab vxore (& viciſſim) eſſe abalienatum: quia teſtatur res ipſa, quod iam aliam diligat, &c.

Varia etiam alia quærit media Satan, vt eſt in hac re, & in turbando omni coniugio πολυτεχνικώτατος, quibus animos coniugum ardentiſſime inuicem amantium diuellat.

Operæ pretium me facere arbitror, ſi duo exempla memorabilia hic adſcribam.

Memoriæ proditum eſt, (vide Luth. Tom. 7. Ien. Ger. pag. 144. ſuper caput 15. Ioan.) olim fuiſſe maritum & coniugem, inter quos ſumma fuit animorum coniunctio, & vere, duo in carne vna, nec vlla inter eos offenſio vnquam extitit. Hunc mutuum amorem & φιλοστοργίαν inter maritum & coniugem Diabolus vt perturbaret, ſubornauit aniculam, quæ primum vxorem, vt infirmius vaſculorum adoritur, perſuadens ei, maritum illius pertæſum deperiiſſe in alienam, & quamuis ſummam erga ipſam beneuolentiam vultu ſimulet, tamen certum eſſe, quod ſecum conſtituerit ipſam data occaſione occidere. Recipiat igitur ſecum nouaculam in lectum, eamq; ſub ceruicali reponat, cumque viderit maritum dormire arctius, in guttur eius ſubito eam infigat, eumq; meditantem homicidium hoc pacto anteuertat.

Poſteaquam vxori hoc perſuaſiſſet, adit deinde maritum, affirmans, vxorẽ ſuam cum adultero rem habere, itaque decreuiſſe, noctu, vbi ipſe ſomno oppreſſus fuerit, guttur eius nouacula præcidere, & vt huius rei fidem mari-

marito faciat, an, ſub ceruicale nouaculam noctu eum reperturũ eſſe. Quid multa; Maritus perſuaſus ſic ſe rem habere, diſſimulat, quod animo conceperat, noctu cum vxorem arctiore ſomno oppreſſam eſſe animaduerteret, ſuſpenſo tactu apprehendit nouaculam, eamq; in guttur vxoris defigit, atque ita innocentem occidit, ſeq. parricidio contaminauit. Addit ibi Lutherus, quod, cum Diabolus vetulæ præmij loco promiſſum par calceorum rubeorum pro fideli opera præſtita offerre vellet, illud palo affixum de longe ſtans obtulerit vetulæ: Eo quod nollet propius accedere ad illam, quæ ipſo (Diabolo) longe eſſet deterior, eumque malitia ſuperaret.

Alterum Baſileæ accidit, Anno M. D. XXVIII. Vbi cum negociator quidam, (Chriſtophorus Bomgartner) vxorem haberet forma & pudicitia præſtantem, eamque ardenti amore complecteretur, & ipſa viciſſim maritum vere & ex animo diligeret. Diabolus hunc mutuum amorem & dulciſſimam στοργὴν ægre ferens, marito ſuſpicionem iniecit, vxorem deperire in ſeruum, hanc eius ſuſpicionem auxit, cum forte faſciculos ſuos caligarum in cruribus ſerui conſpiceret, quos vxor ſimplici animo, forte repertos in cubili, & contritos ſeruo donauerat. Nec multa. Maritus captat occaſionem occidendi vxorem. Die quadam Dominica, cum omnes ſerui & ancillæ intereſſent ſacris concionibus, maritus vxorem domi retinuit, duos autem paruos liberos ablegauit ad forum, vt ſibi poma emerent, quibus digreſſis mox ſtricto gladio in vxorem irruit, dictitans, ſe ex faſciculis ſeruo donatis coniecturam facere, quod illum amaret. Illa, cum perſancte affirmaret, ſe nunquam id induxiſſe animum, & prouoluta ad pedes mariti ſupplex oraret, vt hanc falſam ſuſpicionem à ſe amoueret, nihil tamen profecit Quia maritus victus ira & dementatus à Diabolo ipſam confodit gladio. Quam cum occidiſſet, adeo ipſum facti pœnituit, vt illico literas conſcripſerit, in quibus oſtendit, ſe

ob oculos ſtatuat ſextum decalogi præceptum, & cõſideret exempla, quomodo Deus iudicet adulteras. Heb. 13.

4. Cauendum etiam ab omni ſpecie mali. 1. Theſſ. 5. verſ. 21. Et vitanda loca ſuſpecta: fugienda conſortia malorum hominum: non conuerſandum cum ſuſpectis perſonis, præſertim, ſi vxor ſemel atque iterum huius admoneatur à marito. Vide Syr. 9. v. 3. 4. 5. 6. 7. Idipſum enim etiam ad vxores pertinet.

5. Quod ſi vero maritus ſibi videatur habere cauſas haud leues, ob quas ſuſpectam habeat vxorem: tamen niſi certiſſime conſtet de mulieris improbitate, nihil moueat. Quin potius rem iudici iuſte iudicanti cõmendet: qui ſcit egregie manifeſtare occulta hominum facta: ſi non in his terris, tamen illic. Matth. 10. v. 26. & cogitet id 1. Tim. 5. verſ. 25. Quorundam peccata manifeſta fiunt, &c. Wann der Fuchs zeitig iſt/ trägt er den Balg ſelbs zum Kürßner.

Hæc omnia eadem ratione etiam de viro ſuſpecto, & mulieris zelotypia intelligi debent.

Tandem vero ſi ſuſpicionibus eiuſmodi grauata ſit honeſta vxor (vel ſi marito id contingat ab vxore. Sunt enim hæc omnia reciproca) nec poſſit ſe purgare, ſicut in veteri Teſtamento poterat (& ſicut Konigunda vxor Heinrici Imperatoris ferro ignito fidem cõiugalem probauerat) patienter tamen hoc ferat, & Deo commendet cauſam ſuam, qui innocentiam illius manifeſtabit ſuo tempore: Sicque lætetur in teſtimonio bonæ conſcientiæ. Satis ſit, quod Deo illius innocentia conſtet. Et nihil nocebit ſuſpicio alterius coniugis peruerſa, ſicut non nocebat aqua maledicta. Num. 25. v. 28.

THEMA LXIII.

Ex Syr. 9. c. v. 2.

Non tes mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, Vel, ne ipſa dominetur tibi,

DISPOSITIO.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines: QVOS VLTRA CITRAQVE nequit conſiſtere rectum, inquit Horatius. Germani dicunt. Zu wenig vnnd zu viel/ verhönet alle Spiel. Hæc vt alijs multis rebus, ita etiam coniugio poſſunt accommodari. Raro enim coniuges medium poſſunt tenere. De marito enim vt dicamus, vel ille nimis ſuperbe dominatur vxori: Vel omni imperio abdicato mulieri ſe ſubijcit. Quod Cato ſolebat obijcere Romanis, dicens, illos dominari omnibus, ipſis vero mulieres imperare.

Virumq; diſplicet Syracidi Sapientiſſimo. Prius enim reprehendit Syr. v. 35. Ne ſis Leo in domo tua.

Poſterius vero, loco iam præſenti, paucis, ſed illis vrgentiſſimis verbis diſſuadet. Illa ſingula ſigillatim excutere placet.

Videamus primo textum, deinde locos communes.

1. NON DES, vel permittas MVLIERI POTESTATEM. Non hoc vult, plane nihil poteſtatis in Oeconomia relinquendum mulieribus, vt nec ancillis, nec liberis, nec in culina, vel in ſtabulo, illi quicquam liceat imperare: ſed alia eſt illius ſententia, quod patet ex verbis mox ſubiectis.

2 Dicit enim, mulieri poteſtatem ANIMÆ TVÆ vel SVPER TE, non relinquas aut permittas. Quomodo? vt non audeat tibi loqui vllum verbum, nec monere, nec rogare, aut obteſtari? Neque hoc vult Sapiens. Ideo ſeipſum denuo explicat.

3. NE INGREDIATVR IN VIRTVTE TVA, vel vt habet verſio germ. NE DOMINETVR TIBI. Ne affectet omne in te imperium, & ne tibi velit eſſe caput. Daß ſie dir nicht zun Häupten wachſe. Sed ita regas mulierem, vt ipſa agnoſcat, virum eſſe caput vxoris, & memor ſubiectionis debitæ. Eadem eſt ſententia Pauli 1. Tim. 2. v. 11.

De-

DOCTRINÆ. I. Multis modis prodeſſe poſſunt paucula hæc verba, & viris & mulieribus. Solent enim vtrinque multifariam peccare, maxime vero mariti.

I. Etenim primis coniugij menſibus, furore potius, quam amore correpti mariti, non iuuenes tantum, ſed & adultiores, atque etiam ſenes (imo hi maxime) vbi feruet affectus coniugalis, ita ſeſe ſubijciunt imperio vxorum, vt nec mutire nec hiſcere velint contra ipſas Hoc vbi animaduertunt mulieres, facile arripiunt ſceptrum à viris porrectum, nec id poſtmodum vnquam, aut ægre tamen, è manibus illarum excuti poterit.

Quin imo alij etiam promittunt ante nuptias ſuis ſpõſis adamatis, (præſertim ſi ditiores, aut ſplendidiori familia natæ ſint) velle ipſos illarum ſubiacere imperiô per omnem vitam, dummodo ijs potiantur. Sicque omnem libertatem ſponte (ſed ſtulte) vendunt.

2. Alij quamuis ægre ferant imperium fœmininum, tamen adeo cordati non ſunt, vt audeant vxoribus vel minimo verbo contradicere. Malunt interdum de ſuo iure plane cedere, quam illarum inuidiam, aut odium in ſe concitare. Indigni, qui gladios geſtent. Hinc adeo fit, vt ex nutu mulierum pendere teneantur. Illæ vero omnia ex arbitrio peragunt, & grauiſſimis etiam in cauſis, vel religionem & cultum, vel Rempublicam & iuſtitiæ adminiſtrationem concernentibus, maritis ſunt authores, vt ſtatuant, quod illis (vxoribus) placuerit. His facient exempla fidem. Ioram optimi Regis Ioſaphati filius Idololatriam, abrogato cultu ſincero, inſtituit, nec ambulat in vijs parentis. Ratio additur, filia Achab erat vxor illius. Quo non ſignificatur tantum, quod peccauerit ducendo impiam, ſed quod illa viro cauſa fuerit impietatis, & cui obſequium debebat, illi ſuperbe imperitauerit. Stultus vero ſimul & impius eſt Ioramus, qui paſſus eſt, ſe impietate vxoris vinci. 2. Reg. 8. v. 18. Sed & Ieſabel dominatur & marito & ſenioribus regni, atq; ciuitatũ, quod patet ex 1. Reg. 21. & ex literis

Digitized by Google

ſcriptis ad Iſraelitas & annulo mariti obſignatis. Hoc maritus ferre non debebit Ideoq; hæc res prouerbio locum dedit: Weiber Regiment/ nimpt ſelten ein gut End.
Nonnihil enim tentauit Michal erga Dauidem. 2. Sam. 6. v. 20. At Dauid mox compeſcit fluctus inſurgentes. Nouit enim illud Syr. 25. v. 34.

Ideoque mariti tueantur honorem Dei, & ordinationem Omnipotentis non temere conuelli patiantur. Deus enim eſt, qui virum caput vxori conſtituit. Geneſ. 3. Propterea vir gloria vxoris vocatur. 1. Cor. 15. Nec ſtulte tantum agit, ſed & impie, qui mulieri permittit poteſtatem ſtatuendi quiduis de viro, cum magna ſit iudicij apud fœminas infirmitas. Ideoque Dominus illas à viro regi præcipit. Et Paulus in Eccleſia tacere vult. 1. Tim. 2. v. 12. vbi plane eadem eſt ſententia, quæ hic.

3. Quod ſi tuę mulieri non permittere debes poteſtatem animæ tuæ, multo minus alienæ. Sunt autem tales viri non rari, qui ſpretis & neglectis honeſtiſſimis coniugibus, qui blandiſſime illos tractant, deteſtandæ interim meretricis imperio ita ſubiacent, vt nemo bonus iudicare poſſit, ipſos ſanæ mentis homines eſſe. Ita enim excæcat & dementat Satan (Deo puniente & ſcelera illorum vindicante) adulteros, vt omnem rationis ſenſum amittant.

Sicut autem mulieris imperium nō eſt ferendum marito, ita viciſſim hoc non inuideat coniugi, vt ipſa ancillis & liberis, in rebus ad rem familiarem pertinentibus, poſſit imperare. Illi enim potiſſimum incumbit cura domeſtica & œconomica: hæc illi committenda, præſertim ſi ſit prudens & diligens Oeconoma. Iuxta deſcriptionem, Prou. 31. & Prou. 12. v. 4. Syr. 26. v. 2. Syr. 37. Qui habet prudentem, &c.

Turpe enim eſt ſi vir tractet ea, quæ pertinent ad mulierem: vt ſunt cura domus, culinæ, &c Der Mann ſoll Erbißzehler/oder Eyergrethlin ſeyn.

Quod ſi vero mulier bona & prudens maritum errantem

rantem in viam reuocare ſtudeat, & eundem amicis atque blandis verbis compellet, a vitiis, ebrietate, ignauia, obſcœnitate, &c. dehortetur: hoc non ægre ferat maritus. Sciat enim hoc non eſſe imperare marito: ſed amice monere, officium eſſe vxoris diligentis virum. Neque enim tam ſuperbe dominari debet vxori (ſicut Leo animantibus Syr. 4.) vt non audeat verbum loqui cum illo mulier. Cohabitet cum ratione & rectius ſentientem mulierem audiat. 1. Pet. 3. Abigail non ſine cauſa admonet maritum periculi, ſed mane, moleſte. 1 Sam. 25.

II. Sed & mulieres admonentur ſui officij: vt ſcilicet ſeſe non ſubducant iugo maritali: nec ſtudeant eſſe caput. Etenim virum pro capite agnoſcere debent: ne ſint monſtra in domo. Neque enim duo capita vna domus ferre poteſt, ſed vnum. Et ſi grauis eſt illis hæc ſubiectio, cogitent Deum ipſas ſubiecisse, & propter illum patienter ferant, Ipſe dominabitur tibi, inquit Deus. Gen. 3. Eſt ipſis hæc pœna peccati. Epheſ. 5 Paulus requirit, vt ſint ſubditæ viris, ſicut Domino. Et quidem IN OMNIBVS ſubditas eſſe vult, ſcilicet quæ conſcientiam non lædunt. Eadem ſententia eſt Coloſſ. 3. ver. 19. Et Petri 1. Pet. 3. v. 1.

Sæpius cogitent, quam male ceſſerit inobedientia Reginę Vaſthi, Eſther. 1. Licet enim non omnes repudientur ſtatim: Deus tamen illas abijciet, quia illius ordinationem volunt irritam facere.

Meminerint, quod ſint vaſa infirma. 1 Pet 3 **Es ſtehet vbel/ wann die Hanne für dem Hanen krähet.** Et male audit paſſim mulier imperioſa, minax, indignabunda, cruenta, impetuoſa, audax, fera, litigioſa, rebellis: quæ ita tractat maritum, ſicut verſus Mantuani docent, Eclog 4.

Et quaquam videas oculis præſentibus, audet
Excuſare nefas. Potis eſt eludere ſenſus,

rem accommodari: hoc pacto, vt cum omne animal diligat & deligat ſibi ſimile, audiamus: Quare & quomodo vir ſibi ſimilem vitæ ſociam deligere debeat.

I.

Antiquiſſimum eſt illud pronunciatum Ouidij:

Si qua voles apte nubere, nube pari.

Hoc licet ab homine Ethnico ſit profectum, verum tamen cum ſit, & huic Syracidis pronuntiatio minime contrarium, debet etiam hodie à Chriſtianis non negligi.

Etenim ſi in omni vitæ humanæ ſocietate, pares cum paribus omnium optime congregantur: ita maxime in coniugio. Eſt enim ſimilitudo, vt alias, ita etiam hic, mater amoris

Et ſicut ipſe etiam Ariſtoteles (Ethic.lib.8.& 9.) inter impares firmam amicitiam coli non poſſe iudicat, ita ſane inter coniuges impares raro fœlix coniugium eſſe, teſtatur euentus.

Quin imo hoc ipſe ſummus omnium rerum opifex conſiderauit: cum pronunciaret, inter omnia animalia non poſſe Adam inueniri vitæ ſocium, ideoque creandam fœminam, quæ ex eadem cum ipſo eſſet carne deſumpta, vt maior ſic inter illos ſit, & ardeotior dilectio. Videatur Geneſ. 2.

Cum vero hac ratione iam omnibus viris ſit conſultum à Domino, & vxores pro ipſis (adiutorij loco) creatæ, denuo inter ipſas, quæ cuique ſimilima ſit, diſpiciendum.

Quam graue enim ſit coniugium inter diſpares perſonas, ſimilitudine de bobus eidem iugo iunctis, Syracides innuit. cap 26. v. .o. Et idem hoc loco oſtendit, lupum cum agno non poſſe conſeruari. Si autem hoc de communi hominum ſocietate eſt intelligendum, quanto magis de coniugio, inter perſonas impares, vel internarum vel externarum qualitatum ratione.

II. Qua-

II.

Qualis igitur viro diligenda vel deligenda vxor? Reſpondeo: Talis, quæ & 1. Religionis, atque 2. morum, 3. Sed & familiæ, & 4. Fortunarum ratione ſit ſimilima. Hæc iam paulo altius repetemus.

1. Cum diuerſæ Religionis coniuge firma & conſtans amicitia coniugalis vix poteſt coli. Si enim tuæ Religioni inimica ſit coniunx, quomodo illam ſincere diliges? Cum non Deo ſimul & coniugi poſſis placere? Et nemo duobus Dominis poſſit ſeruire? Vel enim illa te faciet hypocritam, qui propter vxorem claudices in vtrumque latus: (1. Reg. 18. verſ. 21. & vt diuerſas Religiones approbes, efficiet: vel te apoſtatare faciet. Aut liberos abducet â ſinceritate Religionis: aut ne tuas illi ſectentur partes dehortabitur, &c. Vel tamen dubios illos faciet, aut Epicuræos. Et vt ſumma dicam omnia. Qui poteris diligere eam, quæ Dei tui cultum auerſatur.

Ideoque prohibet Dominus ne Iſraelitæ vxores ducant Chananæas. Exod. 34. v. 16 Deut. 7. v. 3. Atque quid diſparitas Religionis pariat, teſtantur exempla Regis ſapientiſſimi Salomonis. 1. Reg. 11. verſ. 4. Et Ioram filij Ioſaphat ducentis filiam Achabi 2. Regum 8. Et quid plura? Si ſemper tibi metuendum, ne æterna damnatio maneat ſuper vxore tua, quomodo fœlix eſſe poteris in coniugio? Cum vna tantum ſit fides, & vna via ad ſalutem. Epheſ. 4. Matth. 7. Ergo delige tibi ſimilem.)

2. Cum illa, quæ moribus tibi contrarijs vixerit, feliciter in matrimonio viuere haud poteris. Si enim illa ſit parum pia, nec pudica, nec verecunda, non amabilis, ſed impia, obſcœna, laſciua, moroſa &c. tu vero illa vel leuitate, vel moroſitate non delecteris, bone Deus, quæ hæc erit miſeria? Quæ hinc orientur rixæ, altercationes, iurgia?

Quis dolor, quæ putredo in oſſibus tuis? Si illa non ſit pru-

ſit prudens non οἰκουρὸς, qualem tu volebas. Prou. 12. v. 4. & 5.

Ideoque diligere nunquam poteris, quæ plane diuerſo à te eſt ingenio. Quanta mala perpeſſa fuerit optima Abigail à nequiſſimo Nabalo, (1. Sam. 25.) nemo eſt, qui poſſit. (niſi expertus) credere.

Tu itaque quære tibi ſimilem, quæ bonis moribus exculta, à tuo ingenio nihil diſſideat. Nec vnquam ducas, niſi illam, cuius ingenium & naturam habeas perſpecta. Syracides enim loco ſupra citato (cap. 26.) v. 10. oſtendit, ſi vir bonus iungatur cum mala muliere, difficilius illos inuicem conuerſari, quam ſi boues diſpares inæqualiter iugum trahant. Et quantus dolor viro bono mulier mala, vide Syr. 25.

3. Sed & cum illa, quæ ſplendidiori loco nata eſt, quam tu, vix fœlix eris coniunx: vt ſi nobilis ducat ignobilem: ignobilis nobilem, &c. ſemper erunt, quæ deſiderari poterunt. Si enim illa te nobilior, ſuperba erit, & tibi dominari volet. Si tu illa tibi videaris nobilior, mox illam deſpicies. Ergo ſi cupis egregie nubere, nube pari. Non abſque cauſa Dauidi videtur hoc mirabile, ſi Regis ipſe filiam ducat vxorem, 1. Samuel. 18 c. quamuis illa parum fuerit Dauide nobilior. Doch iſt ſie meiſterloß genug. 2. Sam. 6.

4. Tandem ſi bonorum ratione vxor multum ſuperet maritum, quid aliud poterit ſperare, niſi verum fore illud Syrac. 25. v 30. Rixæ & irreuerentia & contemptus ibi eſt, vbi eſt mulier magna, quæ opes ſubminiſtrat viro ſuo, &c. Syr. 13. Sicut pauper cum potente, ſicut lupus cum agno, &c.

Breuitatis cauſa omitto, quid etiam diſparitas ætatis ferat incommodi, ſi iuuenis vetulam, vel ſi vetulus iuuẽculam duxerit. Hic zelotypia, illic vero mox ſacietas & faſtidium apparebit. Ergo DELIGE TIBI SIMILEM.

THE-

Digitized by Google

THEMA LXV.

Ex Syr. 25. c v. 1.

In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram DEO & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum [vel vicinorum] *& vir atque mulier ſibi bene conſentientes:*

DISPOSITIO.

Prouerbio dicitur: Omne trinum perfectum. Et germanice: **Aller guten Ding ſollen drey ſeyn.** Ecce vero hoc loco tria, quæ Syracides nobis proponit. Et tria quidem pulchra: ſed & bona, & talia, quæ Deo & hominibus placent. Vno autem verbo eſt concordia, quæ placet Deo hominibusque in omni vitæ genere, maxime vero in his tribus hominum ordinibus: ſcil. 1. inter fratres. 2. vicinos. 3. & inprimis inter coniuges.

Videamus igitur ordine, quam pulchra ſit concordia inter tres illos, quos iam enumerauimus, hominum ordines.

I.

Deo probatur & hominibus fratrum concordia. 1. Fratres autem dicuntur in Scriptura cognati & conſanguinei quicunque. Gen. 13. Abraham dicit Lotho: Ne ſit iurgium inter nos. Sumus enim fratres, licet Loth nepos Abrahami ex fratre fuerit. 2. Reg. 10. v. 13. Fratres Ahaſiæ dicuntur filij fratris illius. Idem 2. Paral. 22. v. 8. Fratres Chriſti dicuntur cognati illius ſecundum carnem. Matthæ. 12. v. 47. & 13. v. 55. Mar. 3. verſ. 31. & 6. verſ. 3. Ioan. 2. ver. 12.

2. Fratres dicuntur, eodem patre & eadem matre nati, qui dicuntur fratres germani, vel eodem patre, licet non eadem matre, fratres conſanguinei: vel eadem matre non eodem patre nati fratres vterini.

3. Fra-

3. Fratres dicuntur etiam, qui profitentur eandem Religionem: ſi maxime alter Rex, alter ſit ſubditus Deut. 17. verſ. 20. Alius Dux, cæteri ſocij: vt 1. Sam. 30. v. 23. Vel alius Doctor & cæteri ſint diſcipuli. vt Matth. 28. verſ. 10.

4. Tandem fratres dicuntur omnes Chriſtiani Matth. 23. v. 8.

Decet autem concordia omnes illos, qui fratris nomine, (quocunque ſenſu) appellantur. Inde ad charitatem fraternam hortatur Apoſtolus omnes. Rom. 12. v. 10 At nos tantum de his fratribus dicemus, qui conſanguinitatis & cognationis ratione fratres vocantur.

De his enim potiſſimum loquitur hic Sapiens.

Atqui de his olim iam dici ſolet: Fratrum quoque gratia rara eſt. Id vero nec Deo nec hominibus vnquam placuit, licet diſcordiæ fratrum non rara ſint exempla.

Cain contra Abel. Iſmael contra Iſaac. Eſau. contra Iacobum. Fratres Ioſephi pene omnes contra Ioſephum. Abſolom contra Amnon. Adonia contra Salomonem.

Quanta vero inde triſtitia affecti parentes, quanta Deus ipſe, ex pœnis ſubſequutis facile eſt colligere.

Contra igitur grauiſſime monet Scriptura, vt mutuam alant concordiam Pſalm. 133. ver. 1. Ecce, quam bonum. Prou. 18. v. 19. Quid contrarium faciat, patet. 1 Pet 2. v. 17. Fraternitatem diligite.

Exēplum habemus in Abrahamo, Moſe, Ioſepho, &c.

Et vt cætera omnia breuitatis cauſa taceamus, hoc vnum cogitemus, quantum prodeſſe concordia, vel obeſſe poſſit diſcordiam fratrum.

Funiculus triplex non facile rumpitur Eccl: 4.

Id Scitus moriturus, faſciculo iaculorum monere filios octoginta voluit. Nota eſt hiſtoria.

Diſcordes autem, vt nec Deo nec hominibus placent, ita ſibiipſis etiam nocent.

Digitized by Google

II.

Poſt fratres & conſanguineos; Vicini etiam ſunt inuicem vel vtiles vel damnoſi. Ideoque placet Deo, vt hominibus etiam bonis, ſi & hi ſint concordes. Et melior eſt vicinus prope, quam frater procul. Prouerb. 27. verſ. 10.

Etenim hi inuicem poterunt inſeruire multifariam: vt alter alterius damnum auertat, & commodum promoueat. Hinc antiquum illud Prouerbium apud Germanos: **Mit Nachbauren ſol man Scheuren auffrichten**

Quinimo Dominus vult ipſos mutuas tradere operas, adeoque præcipit, vt vicinus cum vicino agnum paſchalem comedat, Exod. 12. v. 4. Abrahamus bonus vbiq; vicinus erat. Geneſ. 23. Et ſicut Deus omnium corda in manu ſua habet, ita flectit corda vicinorum in Ægypto. Exod. 3. v. 21. & 11. v. 3. oſtendens ſcilicet ſe vicinum poſſe facere vtilem vicino, & commodum, vel eidem inimicum.

Poteſt enim vicinus non tantum iuuare vicinum neceſſarijs commodandis, vt 2 Reg. 4. verſ. 3. ſed etiam bene precari, & congaudere tuæ felicitati. Luc. 15. verſ. 6. 9.

Ita ergo vicinus ſit vicino frater: & vt tales poſſis experiri vicinos bonos, tu viciſſim ſis amicus vicino,

In te talis erit, qualem te ſenſerit alter.

Geuatter vber den Zaun: vnd wider herůber.

Hæc mutua vicinorum concordia, & ipſis erit vtilis, & Deo atque omnibus bonis grata.

Et hic nomine proximi etiam appellatur, quem Deus diligendum præcipit. Leuit. 19. v. 17. & 19.

Et ſi amicus quiſque auro pretioſior eſt *Syr.* 6. v. 15. quanto magis amicus vicinus.

Ierem. 29. v. 7. Iuſſit Dominus illos orare pro vicinis, etiam qui captiuos illos detinebant.

Summa Rom. 12. Cum omnibus pacem colite.

III. Quod

Digitized by Google

III.

Quod ſi vero placet Deo hominibuſque concordia fratrum & vicinorum, multo magis placet concordia coniugum. Quanto enim hi coniunctiores ſunt, tanto maior etiam debet eſſe concordia, & tanto gratior Deo.

Non ſimpliciter autem dicit, concordia cõiugum placet: ſed vir & mulier bene ſibi conſentientes, placent.

Hanc animorum coniunctionem alias Scriptura vocat ζεῦγμα vel ζεῦξιν, coniugationem. Sic enim Chriſtus Matth. 19. verſ. 6. Deus (inquit) συνέζευξεν, &c. Similitudine à bobus eidem iugo iunctis ſumpta, vt non poſſit alter deflectere.

Et ibidem vocat hoc προσκολληθῆναι, conglutinari vxori, vt auelli non poſſit vir.

1. Conſentire itaque debent. 1. in Religione. 2. in moribus. 3. in adminiſtranda re familiari. 4. in liberorum educatione. 5. in omnibus denique alijs. Idem velle, idem nolle ſit.

2. Neque vero tantum debent conſentire, rebus ſecundis & proſperis, & cum in omnium rerum abundantia viuunt: ſed etiam coniunctis animis debent ferre calamitates & onera coniugij, & mutuis ſeſe iuuare precibus. Et tum maxime conſentiant, vt ſic onus tanto commodius ferant. Ideo viri adiutorium mulier: & caput mulieris vir vocatur. Sicut magna eſt conſenſio capitis & omnium membrorum corporis, ita coniuges etiam nunquam permittant, vt animi illorum diſtrahantur.

3. Hic illorum pius conſenſus officij admonebit vtrumque coniugem. Vt ſcilicet diligat maritus vxorem. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. 1. Petr 3. Mulier vero ſit ſubdita viro. Ibidem.

4. Placebit hoc Deo. Sic enim preces illorum non impediuntur. 1. Petr. 3. Et ſic ſatis ſit ordinationi diuinæ. Geneſ. 2.

V 5. Pla-

5. Placebit hominibus pijs, parentibus, cognatis, amicis, & omnibus bonis, qui hoc exemplum piorum coniugum imitabuntur: & ſic glorificabitur Deus pater, qui in cœlis eſt. Matth. 5.

6. Vtilis erit coniugibus ipſis, hæc animorum coniunctio. 1. Non tantum, quod laudem inde ſunt reportaturi maximam. 2. Sed quod Oeconomia illorum ſentiet benedictionem Domini. Concordia enim paruæ res creſcunt: Diſcordia magnæ dilabuntur. 3. Et rectius educabuntur liberi mutuo hoc conſenſu mediante. Cum alias videntes diſcordias parentum, ipſi etiam ad mutua odia inuitentur: nec vnquam recte poſſint inſtrui, ſi hoc pater iubeat, mox aliud diuerſum à priori præcipiat mater. 4. Sed & famulorum obedientia maior erit, ſi conſentiant coniuges.

Cum hæc ita ſint, & cum Deo atque hominibus placeat iſta concordia, placeat hæc etiam ipſis. Et ſi placent exempla Abrahami & Saræ, Iſaaci & Rebeccæ, Iacobi & Rachelis, Tobiæ & Saræ, Dauidis & Michal, Elkanæ & Hanna, Zachariæ & Eliſabethæ, Mariæ & Ioſephe, &c. ſtudeant illi imitari.

E contrario facile apparebit, quomodo Deus deteſtetur coniugum diſcordias & perpetuas altercationes: cum illi nullatenus faciant officium: ſed Dei ordinationem perfide conuellant, ſuisque liberis & Matth. 18. v. 6.) alijs ſint offendiculo. Imo & coniugium ipſum, ſanctiſſima Dei inſtitutio, propter ipſos male audit. Non ideoque mirum, ſi hinc ſequatur malediction ſpiritualis & corporalis: vt ſentiant malam conſcientiam: iacturam rei familiaris: inobedientiam liberorum: contemptum famulorum: Dei hominumque odium & quæuis alia mala. Vnd ſitzen alſo hie auff Erden allbereit in der Hölle.

THI-

THEMA. LXVI.

Ex Syr. 26. VI.

Mulieris bonæ [Germ. virtute præſtantis] *beatus vir, numerus enim annorum illius duplex.*

Mulier fortis [Germ. ἐλκερος] *oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit.*

Pars bona [Germ. donum eſt] *mulier bona* [Germ. virtute præſtans] *in parte timentium Dominum dabitur. Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultum habentes hilarem exultabunt.*

DISPOSITIO.

Iudicarunt olim Ethnici, viros multo poſſe viuere beatius, ſi ipſa vxoribus mundus eſſe poſſet. Et ſunt inter Chriſtianos reperiendi, qui in eadem interdum ſunt ſententia. Putant tales maximum ipſis impedimentum & malum adhærere à mulieribus, quod illas non tantum ſuarum manuum labore ſuſtentare, ſed etiam illarum admonitiones, conciones, correptiones, acuſationes, &c. audire coguntur. At longe rectius iudicat Sapiens, oſtendens hoc loco, abſque muliere bona, virum nec beate, nec diu, nec quiete, nec iucunde aut hilare viuere poſſe.

Cum itaque nemini dubium eſſe poſſit, quin Syracides Ethnicis non tantum, ſed & noſtratibus imperitioribus multo ſentiat rectius, ideoque erunt hęc ipſius verba accuratius ponderanea. Et videndum.

1. Quantum poſſit præſtare mulier, ſi bona ſit: & quid requiratur, vt poſſit idipſum præſtare.
2 Vnde talis mulier acquirenda.
3. Cui talis contingat.

I.

Tria ſunt magna & plane diuina beneficia, quæ vxor poteſt præſtare viro ſuo.

I. Duplicat dies vitæ illius. Numerus annorum illius duplex. Prolongat illi vitam.

At hoc tum fiet, ſi mulier ſit virtute prædita. **Tugentſam Weib.** Etenim ſi ſit moroſa, acerba, iracunda, tunc minuet illi dies vitæ. **Sie kůſet vnnd naget jhme das Hertz ab.**

Animus autem etiam in re mala bonus, dimidium mali tollit. Ita mulier virum poteſt amice & iucunde tractare, vt non ſentiat moleſtias tantas; Certe optima vxor Tobiæ, ipſum cæcum ſuo labore ſuſtentans multum reficit, &c. Michal prolongat (quantum in ſe) dies vitę Dauidis, qui alioquin iuiſſet perditum, quando illum demittit per feneſtras. 1. Sam. 19.

II. Quare autem illi prolonget vitam, ſequitur Annos illius in pace (ſeu in quiete) implebit: Multos enim labores, multas moleſtias ſecum fert coniugium. Enecat autem labor & dolor. Præſertim ſi vir multo labore acquirat vitæ neceſſaria, & illa poſtmodum per mulierem pereant **Wann es der Hagel in der Kůchen erſchlågt.** Hoc affligit animam mariti, & ſunt omnes illi labores grauiores, cùm ſe in vanum laborare ſciat, propter vxoris negligentiam. Ideoque addit: Mulier prudens, (**ein hauſzlich Weib**/) vel οἰκουρὸς, illa quietam vitam agere facit maritum. Talem etiam Paulus requirit. Tit. 2. v. 5. Si talis non ſit, putredo eſt in oſſibus. Prou. 12. v. 4. & dolorem perpetuum excitat. Viciſſim ergo diligens mulier corona eſt viri. Ibidem. Illa ſi ſit talis, qualis deſcripta eſt, Prou. 31. marito eſt vtiliſſima. Nec concedit, vt quicquam pereat, quod labore mariti partum eſt. **Er kan wol růhig ſeyn. Dann ſie låſt jhme freylich nichts vntergehen.**

III. Mulier etiam facit animum mariti hilarem. Corona & gaudium eſt mariti: Iucunditatem hauriet, qui mulierem inuenit. Prou. 18 v. 22.

Et ſi maritus pauper ſit, qui poterit lætari: qualemcunq; habeat vxorem? **Wann man nicht zu eſſen hat/ ſo iſt nicht gut luſtig ſeyn.** Contra inquit Syracides: Siue diues ſit,

ſit, ſiue pauper, ſolatiũ habet ab vxore, & omni tempore vultum eius facit hilarem.

Etenim ſi maxime ſint pauperes coniuges, tamen ſi vxor ſit iucunda marito, & ipſum bene ſperare iubeat: ſimulque hoc promittat, velle iuuare ipſam operas illius ſeduio, nec vnquam ceſſare, quin ea, quæ multo labore parata ſint, bene collocet, & domui bene prouidere, &c. velle ſe Deo etiam pro tenui victu gratos eſſe: & nihil dubitare, quin Deus ſit plura additurus, & labori ipſorum benedicturus, &c.

Si erigat maritum interdum ex verbi diuini cõcionibus, optime marite, licet grauis tibi labor ſit, & vita in egeſtate tranſigenda, tamen non offendaris, ſcias à Deo hoc ita eſſe deſtinatum tibi. Syr. 7. verſic. 16. Erit tuus labor benedictus. Deus non permittet, vt panem oſtiatim quærere neceſſe ſit. Pſalm. 37. verſic. 25. &. Certe ſi hæc fiant, nihil dubito, quin mirifice animum mariti ſit recreatura: & quin magnum inde maritus capere poſſit ſolatium.

Hoc autem non faciet, niſi illa, quæ virtute præſtans eſt, **Ein tugendſam/ fromb/ holdſeelig Weib.** De qua Prouerb. 11. quod conſeruet gloriam mariti. Quod ſi vero pauperi eſt ſolatio talis, magis diuiti erit ſolatiũ & gaudium, ſi enim habeant vnde viuant, monebit maritum, vt Deo cum vxore gratias agat pro omnibus beneficijs. Et ſi moleſta fuerint illis alia, quibus Deus diuitias nonnihil voluit condire, tum hortabitur maritum, vt non ægre hoc ferat, ſed ſciat ita etiam temperanda bona & mala, ne rebus ſecundis efferamur, ne aduerſis deſperemus, &c.

LOCVS, Vel vſus præcedentium eſt hic. I. Vt omnes mulieres admoneantur ſui officij. Studeant igitur magno conatu eſſe tales, quales hic eſſe voluit Sapiens: vt 1. Non ſint beſtiæ enecantes maritos ſua moroſitate & malitia. Mala enim mulier Leonibus & Draconibus comparatur. Syracidis 25. Nec ſit mulier viro do-

lor cordis. Ibidem. verſic. 17. vel plaga mortis. Ibidem. verſ. 31.

2. Nec ita tractet rem familiarem, vt vir nunquam poſſit eſſe tranquillo animo, ſed ſemper habeat, de quo neceſſe ſit ipſum eſſe ſolicitum.

3. Nec talis ſit, quæ animum mariti hilarem contriſtet, & afflicto addit afflictionem. Qualis erat vxor Iobis Iob 2. Tales ſunt vxores non prudentes, ſed ſtultæ: non diligentes, ſed perdentes, non viuificantes, ſed parricidæ. Sicut autem hæ perpetuo infames ſunt, non apud homines tantum, ſed etiam apud Deum: ita piæ & apud homines bonos, & apud Deum laudem inuenient: & præmium pietatis, iuxta id 1 Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis. Et ſunt per Dei gratiam adhuc multæ cordatæ, & piæ tales matronæ: ſi modo mariti hoc poſſent agnoſcere. Male vero agunt, qui per latus vnius degeneris, & probroſæ mulieris, omnes etiam honeſtiſſimas confodere tentant. Suus enim honor etiam habendus huic ſexui. 1. Petr. 3. Commendat nobis Scripturaa, Saram, Rebeccam, Abigailem, Hannam, Samuelis matrem, Ruth, Eliſabetham, &c.

II. Pars.

Vnde autem acquiritur talis coniunx, qualem omnino optas habere? Donum eſt. Non forte fortuna nobis contingit: nec ſi per nos habeatur delectus exquiſitiſſimus: Et quidem donum eſt, quod non à parentibus, neque ab hominibus accipimus, ſed a Deo ipſo. Idem eſt ſenſus. Prou. 19. v. 14. Et infra hoc cap. Syr. v. 17. idem repetitur. Eſtque nobile admodum & inſigne donum, margaritis, Prou. 31. & auro nobilius. Syr. 7 v. 21 Et quantum ſit donum Dei, iam dictum eſt: quæ virum facit 1. diu. 2. quiete. 3. & hilariter viuere.

L. I. Diſcimus quanti facienda vxor, ſi cui contingat talis, qualem priori parte deſcripſit Sapiens. Certe magni theſauri loco habenda: vel propterea, quod à Deo ſit, & quod magni doni loco tibi ſit data. Multi omnino nihili

nihili faciunt, & vili pendunt talia dona: indigni quibus Deus benefaciat porro. Propterea interdum priuat illos his donis, & ſinit experiri triſtia & infœlicia quam ſint matrimonia, ſi Deus non ſingulari dono bene illis velit proſpicere. Vir autem honeſtus & pius agnoſcit hoc & Dominum aſſidue deprecatur, ne auferat ab ipſo hoc donum, quod tam clementer eſt largitus.

L. II Quia vero intelligunt omnes vnde vxor bona, facile etiam agnoſcent, quod Deum pro his inuocare debeant, qui ſibi eiuſmodi coniuges contingere volunt. Omne bonum deſuper. Iac. 1. Precibus autem impetrari neceſſe eſt. Exempla. Seruus Eleaſar: & ipſe Iſaacus. Gen. 24. Tobiæ ſocer & ſponſa Tob. 8.

Petite & accipietis. Matth. 7. Sicut de cæteris, ita etiam hoc loco. Non minima pars enim fœlicitatis mulier bona. Pars bona mulier bona, inquit Syrach hoc loco. De his ſæpius.

III.

Cui autem continget à Domino talis vxor bona? videmus enim rariora eſſe hæc dona, quam velimus: nec omnibus contingere, licet petentibus?

Reſpondet Syrach: Dabitur timenti Dominum. Pijs hæ mulieres contingunt, non impijs, ſi ordinario modo Deus velit procedere. Et huic affine eſt id Pſal. 145. v. 19. voluntatem timentium ſe faciet. Ideo licet multi orent, non tamen impetrant: quia ſunt manus illorum plenæ ſanguine, & non ſunt timentes Dominum.

L. Diſcimus quomodo viuere debeant, qui volunt aliquando fœlicia adipiſci coniugia: timeant Dominum: Comprobat id Angelus Raphael Tob. 7. Huic debetur filia tua, quia eſt TIMENS DEVM. Non mirum itaque, ſi iuuenibus pluribus, qui turpem vitam vixerunt, & ſceleribus Deum offenderunt, tales non contingant: Deo impietatem illorum vindicante. Indigni enim ſunt, quibus Deus talia dona det. Nec poſſunt quicquam exprobrare ſuis mulieribus, ſi maxime fi-

dem non ſeruent: cum ipſi ſua etiam vaſa non ſeruauerint immaculata & in ſanctificatione. 1. Theſſal. 4. Recte itaque illis Auguſtinus: vir à fœmina exigis caſtitatem, præbe illi exemplum, non verbum. Et tum poteſt imo debet illud occini: Paria delicta mutua compenſatione tolluntu. Et experientur iuſto Dei iudicio id, quod Sapient. 11. habetur: Per quæ quis peccat, per eadem punitur.

Obiectioni hoc loco occurrendum video. Cum enim ipſa communis experientia teſtetur, timentibus Dominum interdum contingere malas mulieres: vt Iobo vxor importuna ſimul & impatiens: viciſſim vero impijs & ſtultis, non timentibus Dominum à Deo dari coniuges optimas, honeſtiſſimas, ſicut Nabalo datur Abigail: ideo videtur hæc Syracidis ſententia, non omni ex parte ſtare poſſe.

Reſpondeo. Dicit Syrach, quid regulariter & vt plumum fieri ſoleat. Vult enim Dominus, vt bonis bene & malis male ſit: quo ſic boni præmia pietatis, impij pœnas improbitatis ſentiant. Quod vero præter communem ordinem interdum agit, illud nihil derogat bonitati & iuſtitiæ Dei.

Habet enim Deus ſuas quaſdam cauſas, ob quas interdum à communi regula diſcedit. Quod etiam in præſenti caſu fieri ſolet. Hoc ſic accipite.

1. Dantur itaque à Deo bonis viris malæ mulieres: vt hac ratione Dominus ipſorum fidem & patientiam probet, ipſosq; hoc calamitatis genere exerceat. Exemplo eſt Hiob. Et ſi patienter hoc ferunt, poſſunt illi, Deo adiuuante, vxores ſuas emendare. tunc gratum Deo fecerunt officium. Iac. 5. v. 20. & manent illos æterna præmia, vtpote his, qui erudierunt ad iuſtitiam. Dan. 12.

Sin vero non emendantur, vel transferet ab illis Dominus hoc malum (mulierem malam ſcilicet) vel tamen ipſos pro Martyribus reputabit, & compenſabit alia ratione has illorum miſerias.

2. Si

Si vero duris Nabalus optimam à Deo accipiat Abigailem, & impius vir bonam nanſciſcatur vxorem, ſciat idpropterea fieri, vt hac Dei bonitate, ad pœnitentiam inuitetur maritus. Rom. 2. v. 4. Multum enim facere poſſe mulierum conuerſationem honeſtam, Paulus teſtis eſt. 1. Cor 7. v. 16. Et bene ſperat Petrus, quod viri poſſint lucrifieri etiam ſine verbo, per mulierum caſtam in timore conuerſationem. 1 Pet. 3. v. 1. Quod ſi non emendetur maritus, grauior eſt illius damnatio. Et ſic erit inexcuſabilis coram iudicio diuino.

Interim ſi mulier cum Abigaile & coniuge Saulis (quæ conuitia cogitur audire propter pium Dauidem, quem defendit, vt apparet ex 1. Sam. 20. v. 30.) patienter ferat importuni & impij mariti conuitia, criminationes, verbera etiam interdum, & omnem malitiam, ſciat Deum illi hæc compenſaturum abunde. Non ſunt pares afflictiones. Rom. 8. Et cooperabuntur omnia in bonum. Ibid. Nec tentabitur vltra vires 1. Cor. 10. Et iudicabit illa aliquando virum coram tribunali, cui ſiſtentur omnes Nabalitici duri, impij, adulteri & nequam mariti. 2. Cor. 5. v. 10. 1. Cor. 6. v. 2. & 3.

THEMA LXVII.

Ex Syr. 26. v. 16. & ſeqq.

Vxor gratioſa lætitia afficit maritum ſuum, & cum eum commode tractat, recreat cor ſuum. Vxor quæ tacere nouit, magnum Dei donum eſt. Vxor bene morata, omnibus opibus ſuperior eſt. Nihil eſt gratioſius & amabilius pudica fœmina, nihilque præſtantius caſta muliere.

DISPOSITIO.

Non incommode mulier corona viri dicitur. Prouerb. 12. Coronis autem gemmæ inſertæ ſunt, ſicut ex

hiſtoria Samuelis patet, vbi Regiæ Coronæ Ammoniticæ fit mentio, quæ ex auro & gemmis erat confecta. 2 Sam. 12. verſ 30. Ideoque Syracides hoc loco oſtendit, quibus gemmis exornata eſſe debeat illa viri corona, vxor ſcilicet honeſta. Quatuor autem in primis hanc coronam inſignitam eſſe debere gemmis, aſſerit. De hoc iam primum dicemus. Deinde etiam, quanti hæ gemmæ ſint æſtimandæ, videbimus.

I.

I. Gratioſa, amica & blanda eſſe debet vxor, quæ ita ſciat tractare maritum, vt ſemper ſit hilari animo. Etenim ſi commode ipſi conuerſatur, rebus aduerſis & proſperis ipſam admonet voluntatis diuinæ, & vtriuſque fortunæ fida eſt comes, tunc recreat cor mariti ſui.

Rebecca egregie nouit tractare ſenio confectum Iſaacum ſuum. Gen. 27.

Etenim præterquam quod maritus tenetur duro ſuarum manuum labore victum parare, multa ipſi accidunt etiam, quæ triſtitiam pariunt, & cor illius affligunt, præſertim ſi vel Reipublicæ gubernandæ, vel regendæ Eccleſiæ aut alijs negotijs grauioribus adhibeatur. Spiritus autem triſtis exſiccat oſſa. Prou. 17. v. 22.

Ideoque neceſſe eſt, vt mulier mentem illius faciat hilarem, & recreet verbis & factis blandiſſimis. Optime marite, non te excrucient labores vocationis, & quæcunque alia aduerſa. A Domino hæc ſunt, ſiue bona ſiue mala. Non tentaberis vltra vires. Dominus dabit euentum. Cooperabuntur omnia in bonum. Rom. 8. 1. Cor. 10. Syr. 7. v. 16 &c Et ego etiam mala, ſi quæ ſunt vlla parte leuanda, leuabo, & tecum viuam atque moriar, &c. Hæc faciunt, vt reuiuiſcat ſpiritus mariti.

II. Altera huius coronæ gemma eſt Taciturnitas. Non autem vult mutam plane eſſe mulierem. Ea enim viro eſſet valde moleſta.

Sed

Sed hanc taciturnitatem requirit Syrac. 1 vt ſi ille (quod fit interdum) ſit exacerbatus & ira commotus, mulier tum non obloquatur illi. Ne magis commoueat virum.

2 Si neceſſe ſit virum monere & verbis corripere, vt non faciat id importune nec tempore alieno, cum vel maritus eſt ebrius aut offenſus, &c. Abigail tacet vſque dum Nabal exhalauerit crapulam. 1. Sam. 25

3. At viri arcana, vel infirmitates, non alijs prodat, ſed de his vel plane taceat, vel tamen erga alios excuſet. Talis mulier, quæ debito tempore loqui vel tacere poteſt, ſingulare Dei donum dicitur. [Quid donum Dei nos moneat, vide in præcedent. Themat. Diſpoſitione, parte 2] Sciant hoc loco mulieres id Eccleſiaſt 3. Tempus tacendi, tempus loquendi eſſe. Hanna mater Samuelis. 1. Sam. 1. exemplo eſſe poteſt.

III. Tertia gemma huius coronæ eſt hæc, vt ſit BENE MORATA. Wol gezogen. Multum habent hæc in receſſu. Hæc enim eſt bene morata, 1. quæ non tantum maritum reuerenter. 2. ſed etiam familiam & liberos decenter tractare poteſt. 3. Et quæ peregrinis vel exteris quoque amica & iucunda conuerſatione poteſt ſeſe oſtendere gratioſam, vt maritus ex hac morum ſuauitate apud alios propter vxorem bene audiat. 4. Si non ſit difficilis, indignabunda, moroſa vel in domo vel extra eam, tum oſtendet ſe bene educatam, & liberali ingenio præditam. 5 Si ſit laborioſa, agilis & operis domeſticis aſſueta. Multa eiuſmodi, quæ bene moratam oſtendunt, cernere licet in Rebecca. Geneſ. 24. cum obuiam facta eſſet Eleazaro ſeruo Abrahami. 6. Et vno verbo, hæc bene morata eſt, quæ ſcit omni tempore, ſiue iocoſa ſiue ſeria tractentur, & cum ſuis & cum aliis, ita conuerſari, vt modum non excedat. Die ſchimpff vnd glimpff kan Hæc ſane eſt omnibus gratioſa & amatur vbique Talis eſt Abigail.

IV. Quarta gemma huius, quam diximus, coronæ

eſt

eſt pudicitia & caſtitas. Diſtinxit Syracides hanc gemmam in duas partes. Et. 1. pudicam eſſe vult mulierem: quibus verbis intelligit externos geſtus & verba mulieris: vt ſit verecunda, & talis, qualis erat Rebecca, quæ obtutum ſponſi ſeſe regit pallio. Gen 24.

Multa quidem ornant mulierem, ſed pudicitia omnium maxime: ſi omnes geſtus, ſermones &c. ita ſint parati, vt verecundiam mulieris oſtendant, tum demum pretioſa eſt.

2. Deinde vero caſtitas, quæ conſiſtit in cordis affectu & ipſo opere, requiritur: vt centies mori malit, quam vas ſuum polluere ſcortatione & adulterio. In ſanctificatione retineat. 1. Theſſ. 4. Sic accedit ad naturam Dei. Caſta Deus mens eſt. Suſanna. Et ad hanc caſtitatem requiritur, non tantum, vt abſtineat ab amplexibus aliorum, ſed vt viro ſuo etiam moderate vtatur. Eſt enim caſtitas etiam inter coniuges ſeruanda talis qualis Ezech 18. v. 6. non tantum requiritur, ſed quæ honeſtatis atque etiam ſanitatis &c. ratione merito obſeruatur. Non enim debet vir vxorem vt meretricem diligere: ſed nec illa maritum vt ſcortatorem. Eſt modus in rebus, &c.

Nota. Caute, & circumſpecte de his loquendum: ne offendantur piæ aures: quamuis hæc admonitio interdum maxime neceſſaria ſit: in tanta noſtri ſeculi peruerſitate, vbi non ſemper eſt caſtus & ſincerus amor coniugalis, ſed beſtialis & inſanus interdum furor.

Docet hic locus, quam grauiter peccent illæ mulieres, quæ coronam mariti ita deformant, vt non dignæ ſint, quæ capiti imponantur, ſed quæ proiiciantur ante porcos. Etenim ſicut hoc eſſet horribiliter fœdare & cōſpurcare Diadema regis, ſi eiectis & euulſis gemmis in locum illarum lutum & ſterquilinum ſubſtitueretur: ita non merentur nomen Coronę illæ mulieres, quarum mores gemmis enumeratis non reſpondent.

I. At talis eſt vxor moroſa & indignabunda, quæ mariti

riti afflicti cor magis affligit ſua importunitate: nec poteſt aliter, quam tumultuari, latrare, mordere, &c. Et quæ nec aſpectu etiam blando dignatur maritum, ſed toruum videt, &c.

Huic competunt illa: Imperioſa, minax, indignabunda, cruenta: Et, ſi grauis eſt, mæret toruo, nimis hernica, vultu Item, vult non vult, ſecumque ſibi contraria pugnat, &c Ein vnfreundtlicher Holtzbock. De qua Syrac. 25. v. 31. Mulier mala vultum triſtem facit, &c.

2. Talis etiam eſt quæ eſt garrula, vana, bilinguis, &c. vel enim eſt loquax: & quæ ſeminat in vulgus nugas, auditaque lingua auget, & ex humili tumulo producit Olympum. 2. Vel obmurmuratrix eſt, quæ non poteſt tacere, ſi inter ipſam & virum intercedant iurgia, lites, ſed ſemper reſponſat & obloquitur marito: Exprobrat, excuſat tragica ſua crimina voce, murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendit. 3. Vel plena eſt rimarum; ſua etiam & mariti arcana prodens. Vxor Samſonis, quæ ænigmatis ſolutionem à marito extorquet. & Deliſa, quæ maritum hoſtibus prodit. Iudic. 14. 16. Eua nimis loquax, cum ſerpente diſputans, perdit ſe & genus omne humanum, Gen. 3. Sed & lingua præcurrit interdum mentem etiam illarum matronarum, quæ alioquin maritos diligunt Die Klapperbüchſe iſt etwan zu weit auffgegangen. Rachel. Gen. 30. Da mihi liberos, aut moriar. Anna vxor Tobiæ. Tob. 2. quæ exprobrabat aliquando marito. Michal filia Saulis vxor Dauidis reprehendens Regem maritum. 2. Sam. 6.

Hic ſatius eſſet tacere, quam loqui, &c. Mox ergò corrigant errorem, & ſciant, ſe omnino & ſurdas & mutas eſſe debere hoc caſu: Grauius autem peccarunt vxor Hiobis. Iob 2. & vxor Moſis Zipora. Exod. 4. v. 25. Et Maria ſoror Moſis, increpans ipſum propter Æthiopiſſam. Num. 12. Hæ non ſunt gemmæ, ſed ſunt σκύβαλα, & inquinamenta & putredo oſſium mariti, Reche Höllrigel.

21. & quibuſuis margaritis Prou. 31. ver. 10. pretioſiora.

2. Imo non poſſe illas æſtimari vllo pretio aſſerit. v. 18. Excedit enim virtus illarum omnes gemmas & omnem pecuniam.

3. Nihil enim pretioſius eſſe in hoc vniuerſo orbe. v. 20. palam fatetur.

4. Ideoque etiam nihil poſſe eſſe charius. v. 19 Et ſic paucis multa, imo omnia dicere voluit.

L. Quemadmodum inpriori parte mulieres ſui officij fuerunt admonitæ: ita iam in hac altera parte viri habebunt quod diſcant: hac ſcilicet, quanti ſuas coniuges debeant æſtimare. Sunt enim qui plane nullius pretij æſtimant ſuas coniuges: & viliſſimo etiam, ſi poſſent, pretio venderent. Quam vero hi ſint impij & inepti, patet ex hac Syracidis loco, vbi oſtendit, non poſſe numerari pro muliere bona & virtutibus exornata (de quibus ſupra) æquiualens pretium Ideoque habeant illis mariti ſuum honorem, quem Petrus requirit. 1. Pet. 3. Non autem ſine cauſa Spiritus ſanctus toties nobis inculcat, quam pretioſæ ſint vxores. Scit enim Diabolum hoc agere, vt in contemptum & odium adducat nobiliſſima illa Dei dona apud maritos Huic Satanæ dolo occurrendum verbo Dei. Deum enim contemnit, quid vxorem deſpicit, quæ eſt donum Dei. Non vult Chriſtus (licet de aliis ibi rebus hanc ſimilitudinem intelligat) margaritas ante porcos proiici, nec conculcari. Matth. 7. verſ. 6 Ideo nec vxores, his multo pretioſiores Et ſane Deus etiam ſe grauiſſime, vindicaturum iniurias illatas vxoribus, aperte per Prophetam ſuis denuntiauit. Malach. 2. verſ. 12. Diſperdet Dominus virum facientem hoc, &c. Proponit ibi exemplum Abrahami, qui non fecerit ſic. Et grauiſſimis additur verbis: Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris. Ibidem. verſic. 17.

Pauci de hoc cogitant, & ſibi potius perſuadent, licere de ſuis mulieribus ſtatuere, quodcunque libuerit.

Nec

Digitized by Google

Nec putant illas eſſe habendas in pretio, ne ſic inſoleſcant, &c At dilectio illa, quam Paulus præcipit Epheſ. 5. aliud vult. Cogita autem, qualis ſit Mulier tua De carne tua. Gen. 5 Epheſ. 5. Ergo eiuſdem valoris. Et ſi hiſce virtutib ornata ſit, de quibus hoc loco ſermo eſt; credas firmiſſime, non poſſe illam cum theſauris quibuſcunque pretioſiſſimis comparari. Ideoque ſic tractes illam, ne Deus offendatur, & tibi eripiat vxorem, coronam tuam (quod alias minatur indigno regi Ezech. 21. v. 26) vt tum demum neceſſe. ſit deplorare miſeram tuam.

THEMA LXVIII.

Ex Syr. 26. v. 21.

Sicut Sol oriens in Cœlo Altiſſimi, ornamentum eſt mundi: ſic vxor cordata eſt ornamentum domus ſuæ.

DISPOSITIO.

Non poterat latere Syracidem; Diabolum inſidiari coniugio, ideoque ſi non poſſit id euertere, hoc tamen conaturum, vt alteri coniugum damnum det. Quod ſi viris alia ratione non poſſit nocere, hoc tamen effecturum; vt mulieres in contemptum adducat apud viros: Tantoque magis odio habiturum ſexum fœmineum; quod à muliere Meſſiam naſciturum ex Eſa. cap. 7. &. 9. manifeſtiſſimum erat. Ideoque modis omnibus hoc egit; vt hunc ſexum multis nominibus commendaret Huius rei teſtis eſſe poteſt præter cæteros, etiam hic locus præſens: vbi mulier non auro tantum & margaritis, ſed creaturæ omnium nobiliſſimæ atque ſplendididiſſimæ; Soli videlicet, comparatur. Hoc cum admodum illuſtre ſit teſtimonium coniugij Deo placentis; erit accuratius expendendum. Cæteris autem omiſſis hoc tractabimus: 1. Quomodo vxor Soli comparetur: 2. Et quid hæc ſimilitudo tam maritum, quam ipſam vxorem monere debeat.

Digitized by Google

I.

I. Ornamentum Dei creatoris & huius mundi, ſingulare eſt hoc luminare magnum, quod Deus præfecit diei, Sol ſcilicet hic ſplendidiſſimus. Eſt enim indicium Creatoris Omnipotentis & ſapientiſſimi. Illud admirari debet omnis creatura, præſertim cum rapidiſſimo motu, iam inde ab exordio mundi ſuum perficiat curſum, tam exquiſite, vt nunquam niſi Deo ſingulariter mandante ſubſtiterit, in pugna Ioſuæ. Ioſ. 10.

Hinc Dauid commendat Creatorem Pſal. 74. v. 16. Et Pſal. 136. v. 7. & 8.

Hoc luminare præter alios vſus, dicit Syracides, eſſe Ornamentum Altiſſimi. Eſtque tantus illius ſplendor, vt viſus noſter non poſſit illum ferre.

Ita etiam mulier eſt Ornamentum viri. Quia eſt creatura Dei nobiliſſima, & donum Dei: Et ſicut Sol Dei: ita mulier viri, & familiæ ſuæ Oeconomiæ, eſt decus atque gloria. Corona viri appellatur. Prou. 11. Gloria viri vocatur. 1. Cor. 11. v. 7.

Quid enim eſt vir ſine muliere? Idem quod caput ſine corpore. Quid familia ſine matre familias? Idem quod nauis in mari abſque rectore.

Non autem propterea dicitur ornamentum, quod externus veſtimentorum ornatus ita placeat, vel Deo vel marito. Non quidem Deo aduerſatur honeſtus & mundus veſtitus mulieris, ſi ſit pro ratione conditionis decens. Eſther Regina ornatur decenter, & non reprehenditur: contra eijcitur non habens veſtem nuptialem. Matth. 22. At ornatus cordis magis placet Deo atque viris bonis, & hunc Petrus requirit, 1. Petr. 3. v. 3. Paulus itidem. 1. Tim. 2. v. 9.

Nec etiam propter venuſtatem & elegantiam formæ dicitur eſſe Ornamentum. Sic enim deformes omni laude eſſent cariturae. Et poſſet hic ornatus mox euaneſcere. Ideoque hoc nihili pendit Salomon. Prou. 31. v. 29. Et pulchra ſine pudore male audit. Prou. 11. v. 22.

Aſt ornamentum dicitur, quę virtute prædita eſt, ideò non indifferenter de omnibus loquitur, ſed diſerte ait; mulier cordata, Tugentſame.

2. Comparatur vxor Soli, non tantum propter ornamentum, ſed etiam propter vtilitatem: Sicut enim Sol ſuo calore omnia fouet, adurit & calefacit terram, vt illa apta ſit producendis omnibus frugibus (Teſtatur enim experientia, quod niſi Sol ſuo calore omnia coqnat, & matureſcere faciat, terræ naſcentia nunquam nec odore, nec ſapore, nec alia ratione tam grata, nec etiam valetudini conuenientia ſint)

Ita mulier ſua ſedulitate, induſtria, atq; rei familiaris peritia, omnia in domo debet fouere, & ad vſum trãsferre. Sine muliere nunquã bene proſpici poteſt marito de victu & vitæ neceſſarijs, de cibo & potu, &c. Illa vero ſuis manibus omnia quaſi fouet, & eò dirigit, vt inde bene beateque viuere poſſit maritus, atque omnis familia. Quam enim ſolicita ſit mulier, vt omnia in domo bene ſint diſpoſita, patet ex Prou. 31.

II.

Magna hinc redit ad muliebrem ſexum conſolatio: cum videant, quam præclare de ipſis ſentiat Scriptura ſacra, & quam mirifice illa ſuis viris commendet. Hinc vero non fiant elatiori animo, ſed memores ſint ſui officij, & cogitent, qua ratione Soli ſint comparandæ.

Si videlicet præditę ſint virtutibus, & his quidem, quę Deo & marito ſunt acceptiſſimæ: ſi ſint decus & commodum, &c. 1. Hæc autem eſt virtus maxima vxoris, ſi ſerio timeat Dominum. Talis enim laudabitur, teſte Salomone. Prou. 31. verſ. 29. Hæc eſt gloria Dei & viri. Facit enim hic timor Domini, vt omnia vitet peccata, & faciat voluntatem Dei Creatoris, ſicut Sol iuxta Dei mandatum perficit ſuum curſum. Quid efficiat timor Domini, vide Syr. 1. cap.

Hic timor etiam faciet ipſam diligere maritum, pro-

pter

pter Deum, qui hoc mandauit. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. Summa hic timor efficiet, vt maneat in ſanctificatione, fide, charitate, & caſtitate 1. Tim. 2.

Si faciat officium in adminiſtranda re familiari, & veſtiat maritos: ideoque mulier οἰκουρὸς tantopere commẽdatur. Tit. 2. v. 5. Syr. 26. v. 2. Pro. 12. v. 4. Pro. 14. v. 1.

II. [illegible] vero, de quo ſupra diximus, admonere debet maritum ſui officij, hoc modo. 1. vt diligat vxorẽ, ſicut nihil in mundo eſt charius & gratius Sole, Germ. dicimus, Die liebe Sonne. Cogitet etiam non eſſe rem leuiculam, quod mundi Soli cõparatur: cum & ipſe Chriſtus dicatur Sol, iuſtitiæ ſcilicet. Malach. 4. v. 2. Hoc quoque perpendat, ſicut miſeri eſſemus ſine Sole: (Quod Ægyptij ſedentes in tenebris. Exod. 10. teſtari poſſent) ita ſine muliere viros fore miſerrimos. Quod vidui fatebuntur. Sicut mundus ſine Sole, ita domus ſine muliere, Prouerbio veteri dicitur.

Poteſt enim mulier viri valetudinem curare diligenter, liberos bene educare, domui bene de omnibus rebus neceſſarijs proſpicere: quod certe vir nõ poteſt præſtare, cum ille alijs laboribus ſit occupatus.

Poteſt etiam mulier bona multa mala præcauere, vel auertere: interdum etiam vitam viri conſeruare & prolongare Michal. 1. Sam. 19. Abigail. 1. Sam. 25. Syr. 26. v. 1. & 2. Quis ergo non magnifaciat vxorem? Quis maritus vult, aut quis poteſt id præſtare in Oeconomia, liberos curando, coquendo, nendo, familiam cibando, &c. quod vna poteſt præſtare vxor bona.

Monentur etiam mariti hac ſimilitudine, ne ſibi perſuadeant, ſemper fore dies ſerenos in omni coniugio. Sol ſplendidiſſimus interdum obſcuratur, nubibus tegitur, &c. Ita variæ erunt tempeſtates coniugibus exſpectandæ: ſæpe Sol obſcurabitur calamitatibus, vel contentionibus domeſticis, &c. Manchs trübes Wölcklin würdt ſich erzeigen. Nunquid igitur propter tempeſtates, nebulas, pluuias, grandinem, &c. maledices Soli, lumina-

minari ſplendidiſſimo, Creaturæ Deo nobiliſſimæ, & c. Solem nunquam porro appariturum putabis? Nequaquã Poſt nubila Phœbus, dicitur. Ita etiam cogita, ſi circa mulierem variæ tempeſtates oriantur, (ſiue id fiat culpa vxoris, ſiue non) non propterea diris deuouendam vxorem, non omnem ſpem de fœliciori coniugio abijciendam, ſed bene ſperandum. Venient enim tempora læta, & denuo ſplendebit Sol clariſſimus.

Non deſperamus Sole occidente, quia oriturum mox ſperamus. Ita & hic.

THEMA LXIX.

Ex Syr. 26. cap. verſ. 22, 23.

Mulier elegans, quæ caſtitatem tuetur, eſt inſtar lampadis in candelabro ſancto.

Mulier quæ conſtanti animo prædita eſt, recte comparari poteſt cum columnis aureis, quæ poſitæ erant ſuper baſes argenteas.

DISPOSITIO.

Magnam eſſe laudem mulieris bonæ, Syracides noſter per totum fere caput vigeſimum ſextum multis verbis comprobauit: in cuius capitis fine hæc etiam verba prælecta continentur. Vbi ſimilitudinibus duabus, ex veteris Teſtamenti cultu deſumptis, elegantem mulierem mirifice commendat. Quia vero de his nõ omnibus conſtat, primum, quomodo lucernæ in candelabro ſancto mulier formoſa & elegans comparetur, videamus. Deinde etiam audiamus, quomodo mulierem probam comparet cum columnis aureis.

I.

Candelabri ſæpe fit mentio in ſcripturis. Confectum id erat primum à Bezaleele, ex auro puriſſimo, ad mandatum Dei Optimi Maximi. De quo legitur Exod 25. v. 31. & 37. Et c. 37. v. 17.

Poſi-

Poſitū erat in Tabernaculo teſtimonij è regione menſæ in parte auſtrali. Exod. 40. verſ. 24. Indicat ſcriptura, quod fuerit aſpectu pulcherrimum candelabrum hoc, ſ. ex auro mundiſſimo, ſingulari induſtria fabrefactum,

Et erat inter ſacra vaſa Templi hoc candelabrum. Ideo hic ſacrum candelabrum vocatur. Fit illius etiam mentio Num. 8. v. 2. 3. 4.

Super hoc Candelabro erant lucernæ ſiue Lampades 7. ſingulari mandato Dei confectæ. Exod. 25. verſ. 27. Non autem eſt dubium, quin maximus fuerit ſplendor accenſis lucernis ſeptem, quæ potuerunt illuſtrare totum Tabernaculum.

His lucernis in Candelabro ſpecioſiſſimo poſitis & accenſis, comparat Sapiens formoſam mulierem: quæ ſit Ornamentum viri: ita tamen ſi maneat proba & pia. Tū non tantum eſſe pretioſam innuit, ſicut aurum mundiſſimum, (qua ſimilitudine etiam vſus eſt cap. 7.) ex quo Candelabrum erat confectum: ſed etiam aſpectu iucundiſſimam & elegantiſſimam, quæ cor oculoſque mariti rapiat & perſtringat.

Locvs. I. Videtur Sapiens idipſum innuere, quod verſus habet, litem eſſe magnam pudicitiæ cum forma. ideoque dicit, Mulier formoſa, ſi tuetur caſtitatem, ſi manſerit proba, &c. Poteſt enim fieri, vt formoſa ſit quidem ſimul pudica & pia, donec ab alijs attentetur illius pudicitia: At ſi ad impudicitiam fuerit ſollicitata, non tueatur ſemper caſtitatem: nec idem faciat, quod Ioſephus iuuenis formoſiſſimus feciſſe legitur. Gen. 39. Multi autem ſunt qui inſidiantur formoſis. Teſtantur exempla idipſum: Suſannæ. Bathſebæ. 2. Sam. 11. Saram etiam expetunt Pharao & Abimelech propter formę elegantiam. Geneſ. 12. & 20. Dina propter formæ elegantiam ſtuprū paſſa à Sichem. Gen. 34. Quibus igitur à Deo data eſt corporis elegantia & forma iucunda, illæ hoc agant, vt ſolicite caſtitatem tueantur: & cogitent nihili eſſe faciendam formæ elegantiam, ſi non accedat pietas

X 3 & ca-

Digitized by Google

& caſtitas. Mulier formoſa ſine pudore eſt, ſicut monile aureum in collo Suis. Prou. 11.

L. II Videmus habere quidem pulchritudinem mulieris ſuam in Scripturis laudem: ſed non ſi ſola ſit illa in muliere, Rebecca, Sara, Rachel, &c. commendantur à pulchritudine: ſed niſi aliæ fuiſſent in ipſis dotes animi, nō tantam in ſcripturis laudem habuiſſent. Eſt vero forma bonum fragile, & tale, quod extinguitur facilime, ſicut lucernæ illæ in candelabro extingui poterant. Ideoque ne mulier amiſſa formæ elegantia poſtea plane nulla ſit, in id incumbat, vt dotes animi appareant in ipſa, vt animus formoſus ſit, ſi facies deformetur. Sic ſemper erit formoſa in oculis Dei & mariti ſui.

Quæ vero deformis eſt, vt Lia, illa ſtudeat pietati & morum ſuauitati: ſic ſatis pulchra erit. Et proſpiciet illi Dominus de honeſto marito, ſicut Liæ, vt nihilominus habeatur in pretio. Die iſt hüpſch die hüpſch thut.

L. III. Monentur iuuenes nihili facienda*m* pulchritudinem corporis, ſi animus non ſit venuſtus. Ideo primo omnium ſpectent in adamatis pietatem & probitatem. Hæc enim ad omnia vtilis. 1. Tim. 4. De hoc alias ſæpiſſime.

II.

Iam ſecundo loco etiam ſpectandas exhibet Syracides columnas aureas. Pertinent hæ etiam ad Tabernaculum. De his legitur, Exod. 36. verſ. 38. Quamuis autem Tabernaculi plurimæ fuerint columnæ, ſuſtentantes illud: tamen reſpicit Syracides ad quatuor columnas illas auro obductas, quarum baſes, ſeu pedes erant argenteę, quibus velum illud Tabernaculi ſuſtentabatur. Magnus autem erat harum columnarum ornatus: quæ totæ videbantur eſſe aureæ in parte ſuperiori: pars vero inferior (baſis vocatur hic) tota erat argentea. Pretioſæ erant columnæ, ſimul & ſplendidæ, & quæ firmiſſime ſtabant ad ſuſtendandum velum illud ſanctum, ex Hyacintho, purpura & byſſo confectum.

His

Digitized by Google

His comparat Sapiens mulierem bonam, quæ eſt conſtanti animo prædita: viro qui ſemel placuit, firmiter adhæret, & in cæteris etiam rebus manet conſtans. Et ſane haud immerito tales vxores pretioſas, ſplendidas ſimul, & ratione conſtantiæ laude dignas iudicat.

LOCVS Docet Sapiens, non immerito reprehendi in hoc ſexu inconſtantiam & mutabilitatem, quæ in Prouerbium abijt. Hinc Poeta: Lib 4. Æneid, Varium & mutabile ſemper fœmina, &c. Inde Mantuanus: Vult, non vult, ſecumque ſibi contraria pugnat. Cernitur hoc interdum in virginibus, quæ mutantur in horas. Et nunc illum, mox alium amant, fidem coniugij dant, & leui arrepta occaſione reſiliunt.

In cõſummato matrimonio idem fieri ſolet. Inuenias enim qui impenſe diligant ſuos maritos: illæ tamen eoſdem mox & faſtidire, & cane peius, ac angue odiſſe poſſunt: ſi vel calumniatoribus aures prębeant, vel animum leui de cauſa mutent. Hęc inconſtantia non cadit in mulierem bonam.

Debet enim illa promiſſis ſtare firmiſſime, non aliter, quam ſi columna aurea baſi argenteæ firmiſſime inſiſtat. Quod ſi maxime illi non contigerit maritus prudens, ſed ſtultus: vt Nabal, &c. tamen illi ſeruet fidem coniugalem, quam ſemel promiſit: vt Abigail. Et ſicut columnæ aureę ſuſtentabant velum Tabernaculi: ita mulieres honeſtæ ſtudeant obuelare & tegerę mariti vitia corã alijs. Sicut in genere alias charitas tegit peccata proximi: Pro. 10. Ita maxime mulier hoc præſtet marito. Talis erit ſplẽdida in conſpectu omnium, ſicut columnæ aureæ.

2. Quinimo, debet etiam in aduerſitatibus cum viro ſtare (in Lieb vnd Leid jhne nicht verlaſſen.) ſicut aurum in igne conſtans manet, præter experientiam ipſo Apoſtolo teſte. 1 Sara ſequitur ſuum Abrahamum quocunque tendat in Ægyptum: in Gerar. Geneſ. 12. & 20. Abigail maritum ſequitur in exilio errantem. 1. Sam. 25. Michal adhæret Dauidi etiam cum vitæ periculo. 1. Sam. 19.

Quæ enim tantum rebus ſecundis adhæret marito, aſt eundem in aduerſis deſerit, non auro, ſed arundini ventis agitatę ſimilis eſt, Et hæc quidem eſt pręcipua huius loci vtilitas.

3. Sed & in alijs rebus decet mulierem conſtantia, non minus, quam virum: vt non hoc verbis promittat, mox aliud factis oſtendat, &c. Niſi enim ſit conſtantis animi, non poteſt viri animus illi confidere: quod alioquin de muliere ſenſata ſcribitur, Prou. 31. v. 11.

Nec apud alios etiam laudem habebit mulier inconſtans. Nam licet multa promittat, pauciſſima tamen pręſtabit. Nec poterit auctoritatem ſuam tueri erga familiã & liberos, ſi iam hoc, mox aliud placeat, Nec augebit rem familiarem, ſi tam varia tentet, & non vni certę ſententiæ adhæreat. Experietur quoque illud; Frangenti fidem, fides frangetur eidem Omnes deteſtabuntur illam.

4. Si vero marito contigit, quę cõſtanti amore ipſum proſequitur, hanc non tantum iudicet eſſe ornamentum, ſed & pretioſiſſimam atque chariſſimam habeat, vt aurũ & argentum. De quo ſupra ſuo loco ſæpius.

THEMA LXX.

Ex Syr. cap. 37. iuxta verſ. Germ.

Species mulieris exhilarat faciem viri ſui & ſuper omnẽ concupiſcentiam hominis ſuperinducit deſiderium. Si eſt in lingua miſericordia & manſuetudo & ſanitas, non eſt vir illius ſecundum filios hominum.

Poſterior hic verſus in Germ. Luth. verſione paululum variat, quoad verba, non quoad ſententiam: Et ſunt hæc verba ita conuerſa: Si (ad pulchritudinem) acceſſerit manſuetudo & bonitas (ſiue probitas) non inuenietur, qui tali viro ſit ſimilis.

DISPOSITIO.

Coniugium diuinitus inſtitutum omni ratione conſerua-

ſeruari neceſſe eſt. Si enim Eccleſia & Politia perpetuo conſtare debent, certe ex coniugio tales naſci homines oportet, qui his poſſint præfici: quia quotidie aliqui decedunt morte abrepti, alios in locum illorum ſubſtitui & ſuccedere vult Dominus. Ideoque frequentet hoc agit Spiritus ſanctus in Scripturis, vt coniugium commendetur piis hominibus, iuuenibus præſertim. Quod ſcripta inprimis Salomonis & Syracidis teſtantur. Cum itaque vehementer placeat Deo hoc genus vitæ, non poteſt non etiam bonis omnibus placere. Hæc itaque verba, quæ audiuimus legi, tractabimus ad præſentium nuptiarum ſolennitatem.

Primum autem cum tria ſint, quæ à muliere requirit Sapiens: videlicet formæ elegantia, manſuetudo & probitas, de his nobis primo loco dicendum erit. Deinde vero oſtendit, quod maritus, ſi cui hæc tanta bona contingunt, illa magnifacere debeat.

I. Pars.

1. In muliere primo commendat formæ elegantiam. Hac autem pleroſque iuuenes viroſque multum delectari, nemo eſt qui poſſit negare. Eſt enim pulchritudo tale obiectum, quod cor oculoſque rapit amantium. Nec mirum, cum ſit donum Dei. Et:

Gratior eſt pulchro veniens é corpore virtus:

Ait Vergilius. Lib. 5. Æneid.

Sapientes Perſici volunt deligi pulchram. Eſth. 2.

Sed & conſiliarij Dauidis, ipſi frigido & effœto atque mox morituro ſuadent, adiungi iuuenculam pulcherrimum, & Abiſag deligunt. Putabant hanc ſanitatem allaturam Regi. Vide 1. Reg. 1. verſ. 1. & ſeqq.

2 Quia vero non ſufficit, habere formoſam, nec formæ elegantia ſola beare poteſt maritum, ideoque vt formoſiſſima ſit mulier, requiritur etiam manſuetudo, comitas. Freundtlichkeit. Poteſt enim interdum mulier, licet formoſiſſima, (ſi faciem ſpectes) iuxta tamen vſque

adeo eſſe moroſa, mordax, iniqua & inhumana, (vnfreundlich/vnholdſelig/vnwürſch/ vnd murriſch) vt omnem pulchritudinem illius nihili poſſis facere. Ideoque ne formam faciei conſpurcare videatur deformitate animi & morum, accedere debet ad elegantiam formæ elegantia morum. Hæc niſi conſideret, quæ ſibi ipſi placet, nemini præterea placebit bono.

3. At cum interdum peſſima etiam mulier ſimulet manſuetudinem, & præ ſe ferat inſignem humanitatem, &c. ſitque etiam mulier impudica, ſæpe gratioſa aliis (vnd nur gar zu freundtlich) ideoq; Syrac. tertio loco etiam requirit probitatem Freundtlich vnd fromb darbey. Quam humana, amabilis & iucunda ſit Rebecca, patet ex geſtibus, verbis & omni conuerſatione illius cum Eleazaro: Geneſ. 24. Illa tamen iuxta etiam eſt piiſſima & pudica atque caſtiſſima. At nec forma nec beneuolentia & iucunditas cuiuſquam mulieris quicquam valet ſine pietate. Sunt enim interdum meretrices nequiſſimæ elegantis formæ, & admodum iucundæ, atque amabiles: ſed deeſt illis, quod præcipuum eſt in muliere. Ideoque reſpuit Prou. 11. Salomon formæ elegantiam abſque caſtitate. Et ſimiliter humanitatem atque affabilitatem mulieris & blandiloquentiam illius, reiicit ipſe Syracides, ſi illa iuxta ſit impia & impudica. Vide Syr 42. in fine. Periculoſum conuerſari mulieri blandæ & affabili, &c. Ideoque fugiendum à blandiloquis illis mulieribus, hortatur Salomon. Prou. 2. v. 16. Vide etiam Prou. 7. v. 15 & ſeqq. Atque nunquam laudanda, niſi quæ proba ſimul & honeſta fuerit. Alioquin quæ ſemel verecundiæ fines transgreſſa eſt, gnauiter ſemper erit, & vbique impudens.

LOCVS. Docet hoc loco Sapiens, quomodo hæc ſint intelligenda, ſi dicatur (quod ſæpius hactenus à nobis in præcedentibus factitatum eſt) non eſſe in coniugiis ſpectandam formæ elegantiam: ſed alias potiſſimum dotes. Hoc arripiunt nonnulli, & ita interpretantur, nemi-

nemini licere ducere formoſam. Interdum tales audiuntur, qui cum videant, magnam eſſe litem pudicitiæ cum forma, illi hinc ſibi belle videntur concludere, omnem formoſam, vel non eſſe pudicam, vel talem manere non poſſe.

Ideoque formæ elegantiam penitus negligendam cenſent. Metuendum enim, ne communis ſit, quæ formoſa ſit, ſtulte nonnulli ex Ethnicis dixerunt.

At vero Syracides hoc loco non reprehendit illos, qui formoſas ſibi deligunt & diligunt. Iucundas enim haſce viris eſſe, & poſſe delectare maritos, palam fatetur.

Si autem vitio vertendum eſſet homini, quod formoſam ducere cupit, Deus certe reprehendendus eſſet, quod tales illas creauit.

Certe Iacobus vir plenus virtute & pietate Rachelem diligit, eo quod formoſa eſſet: nec propterea legitur reprehenſus à Deo, Geneſ. 29.

Delectationem oculorum & cordis atque adeo ſanitatem viro (cuius non minima pars eſt hilaritas) afferre poſſe vxorem formoſam, nonnulli opinantur, eo quod id ipſum Syracides hoc loco innuere velle videatur.

Nec obſtat id, quod nonulli dicunt: Vanam eſſe mulieris formam: quia pulchritudo illius famem non poſſit ſatiare. Sed cogita quod nec etiam deformitas afferat ſaturitatem. Habet ideoque pulchritudo ſuam laudem.

Neque profecto ſine cauſà à plane monſtroſis abhorrent iuuenes. Licet enim virtus interdum deformi ergaſtulo incluſa lateat, non tamen fruſtra dixerunt veteres:

Cautus homo cauit, quicquam natura notauit.

2. Studioſe tamen monet Sapiens noſter, non ſufficere corporis elegantiam, niſi accedant ad illam aliæ virtutes, quæ formam iuuent. Et requirit quidem manſuetudinem atque comitatem, quæ facile animum oſtendit virginis, atque in genere omnium mulierum. Si enim moroſa & contentioſa, indignabunda atque inhumana fue-

na fuerit, negligenda eſt, ſi maxime ipſam Rachelem, Eſtheram, Rebeccam & formoſiſſimam Helenam ſuperet.

Præcipue vero Sapiens hoc ſpectare iubet in muliere, vtrum ſit proba & bona. Et hoc quidem eſt fundamentum cæterarum virtutum. Qualis qualis enim ſit, ſi proba non ſit, nihili facienda eſt: ſi comitate Abigailem & forma ipſam Abiſag ſuperaret. Poſſet fortaſſe Iſabel etiam peſſima, & vxor Potipharis, & Delila Samſonis, cum meretricibus duabus coram Salomone litigantibus. 1. Reg. 3. & cæteris multis à formæ elegantia commendari: ſed quid proderit hæc laus abſque pietate caſtitate? &c.

Ideoque pietatem inprimis & caſtitatem ſpectare debet matrimonium contracturus, magis quam formæ elegantiam Hæc enim ſine illa nihil eſt: illa vero etiam ſine hac multum omnino valere debet. De quo ſæpius.

L. II. Diſcant ex hoc loco, quibus virtutibus ſtudere debeant mulieres pariter & virgines: ſiue formoſæ ſint ſiue deformes.

Etenim ſi quæ forma præſtanti eſt decorata, illa comitate & pietate pulchritudinem augere poteſt & debet. Ne, quæ extrinſecus formoſa apparet, intrinſecus, animi peruerſi ratione, plane deformis reperiatur.

Sin vero deformis ſit, operam det vt morum elegantia & pietatis ſtudio omnem defectum suppleat. Si enim iucunda, gratioſa & blanda fuerit, certe pulcherrimæ cuiuis moroſæ & male moratæ erit præferenda.

Ita tamen ſit amica, gratioſa & amabilis viro ſuo, vt interim erga alios non nimis affabilem & blandam ſeſe exhibeat; ne videatur ſe toto corpore alijs velle proſtituere, &c. Hoc vero caueri poteſt, ſi ſit TIMENS Dominum, qualem requirit Prou. 31. v. 29.

II.

Ne vero videantur exigui momenti eſſe hæc dona, ſi quan-

quando contigerit marito pulchra, pudica, pia, ideoque addit Sapiens. quid maritus facere debeat.

1. Lætari debet maritus cui talis vxor. Exhilarat enim maritum Ideoque lætus ſuper hoc beneficio Deo gratias agere debet.

2. Nihil charius eſſe poteſt marito. Debet illam impenſe diligere & magnifacere.

3. Et merito quidem. Quia vere beatus eſt, & paucos habet inter mortales. qui eandem fortunam cum ipſo experiantur. **Mann findt wenig/ denen ſollich Glück beſchert iſt.**

Locvs. Grauiſſime è itaque peccant viri, qui mulieres ſuas, quatumuis pulchras, amabiles & pias contemnunt, nec tanquam vitæ ſocias habent, ſed tanquam impedimenta & reiectamenta ex alto deſpiciunt. Id Malach. 2. improbat Dominus.

Non minus peccant, qui pias & manſuetas tantum propterea faſtidiunt, quod formæ elegantia deſtituuntur. Et quas olim iuuencùlas amarunt, illas curis & annis confectas oderunt, ſicut Iudæi Malach. 2.

Decent enim diligere vxores, cuiuſcunque ætatis, formæ vel conditionis ſint. Paulus nihil excipit Epheſ. 5. Coloſſ. 3.

Et in oculis illorum pulcherrimæ atque pretioſiſſimæ haberi debent, quæcunque bonæ ſunt & piæ: quippe auro & margaritis nobiliores. Syr. 8. Prou. 31.

Id ni faciant, ingrati ſunt erga Deum, qui ipſos his tãtis affecit beneficijs, & donis hiſce maximis cumulauit.

Non enim niſi à Deo ſunt tales, vt patet Syr. 36. v. 3. & 17. Prou. 19. v. 14.

Quotuſquiſque autem de hoc cogitauit? Et quis Deo pro his gratias egit.

2. Qui vero deſiderant tales mulieres habere, cum quibus lætari & beati eſſe, bene & tranquille viuere poſſint, illi ſciant, tales non forte fortuna inueniri, nec cuiuis à Deo dari, ſed timenti Dominum Syrac. 26. Sed

preci-

Digitized by Google

precibus aſſiduis, & tum obtineri, vbi Deo prius fides & caſtitas ipſorum probata fuerit.

THEMA LXXI.

Ex Syr. 37.

Qui poßidet mulierem bonam, inchoat poſſeßionem: adiutorium ſecundum illum eſt, & columna quietis. Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeßio: & vbi non eſt mulier, ingemiſcet peregrinans. Sicut nemo confidit latroni expedito, erranti de ciuitate in ciuitatem: ſic homini non habenti nidum & hoſpitanti vbicunque aduesperauerit, nemo credit.

DISPOSITIO.

Multum paſſim diſputant viri, vtrum ſatius ſit vxorem ducere, vel ſine vxore viuere. Plerique negatiuam defendunt. Quia qui vxorem ducit, libertatem vendidiſſe putatur. Qui habet vxorem, habet litem atque dolorem, inquiunt alij Qui caret vxore, caret lite atque dolore Germani dicunt **Ein guter Mut iſt eigner Leib. Drumb hůt dich Narr vnd nimb kein Weib.**

Nec tantum dubij ſunt iuuenes, quid debeant eligere, ſed & vidui, qui iam olim in matrimonio vixerunt, incertiores ſæpe ſunt, in quam velint inclinare partem. Egregie itaque hunc nodum ſoluit Syracides, qui collatione contrariorum inſtituta, oſtendit. 1. Quam fœlices ſint viri habentes vxores prudentes. 2. Quam è contra infœlices ſint, qui vxores non habent

I.

Magna pars fœlicitatis eſt, ſi 1. bona indies augentur. 2. ſi adiutorium habeat homo. 3. Si habeat cui poſſit tuto confidere.

Hæc vero ſingula præſtare poſſe vxorem, hoc loco Syracides teſtis eſt.

Sic enim inquit.

1. Qui

1. Qui poſſidet mulierem bonam, illius bona non imminuuntur, ſed quotidie creſcunt. Nouit illa duro labore parta bene collocare, & rei familiari ita proſpicere, ne quid rerum neceſſariarum deſit vnquam. Deſcribitur hoc ad longum Prou. 31. Et Pro. 14. v. 1. eadem eſt ſententia.

2. Qui habet mulierem, fidele habet adiutorium. Et hæc eſt ſententia totius Trinitatis Gen. 2. Faciamus illi adiutorium. Iuuat enim maritum, non tantum in adminiſtranda re familiari, ſed etiam in educatione liberorum, precibus & omnibus alijs. In ferenda cruce illi eſt adiumento: vt leuius ſit onus mariti.

3. Columna eſt, cui innititur tota domus: & cui etiam vir ſeipſum omniaque ſua poteſt credere. Non enim amicus tam fidus eſt, cui poſſis vitam & bona tua tutius concredere, quam vxori tuæ: quæ tecum vna caro eſt.

LOCVS. 1. Ecce quam bonum & quam iucundum ſit habere vxorem? Quam felix maritus in coniugio? Ideoque Deus ipſi proſpexit de coniuge, vt bene ipſi ſit. Pſal. 128. Cum beatius non poſſit viuere quam cum coniuge: Pertinent hæc ad ſapientiam Dei.

Sed bonitatis eſt, quod cum præuideret ærumnas atque calamitates coniugii, ita tamen temperauit miſerias, vt onus diuiſum in duas partes, vir cum vxore poſſet facilius ferre. Et cum ſine muliere, nec à viro tantum genus humanum propagari potuerit: nec quoque liberi nati à viro ſolo, cui labores incumbunt plurimi, educari poſſint, muliere opus eſſe iudicauit altiſſimus.

Ideoque nemo videatur ſibi ſapientior Deo, nec exiſtimet beatius viuere poſſe maritos ſine muliere, ſed Dei conſilium agnoſcat eſſe ſaluberrimum, ipſique gratias agat, quod hoc pacto viro conſulere voluit. Grato animo mulieres diuinitus ſibi datas acceperunt Patriarchæ optimi, Abraham, Iſaac, Iacob, Boas, &c. Creatæ enim ex oſſibus, vt ſint columna domus, & ſuſtentaculum mariti.

L. II. Mo-

L. II. Monentur autem mulieres, quod non ſatisfaciant officio ſuo. 1. ſi non iuuent maritum in adminiſtrandâ re familiari, educandis liberis: 2. ſi non crucem & calamitates quaſuis coniunctis viribus cum marito ferant: 3. Si non precibus mutuis iuuent maritos. 4. Si non adiutorio ſint, ſed oneri viris ſuis. 5. Si prodant arcana mariti, & ſi non fidere auſit ipſis cor mariti, quod requiritur Prou. 31. v. 11. Si ſint vt infida Dalila. Iud 14. vel ſicut deſertrix illa Leuitæ concubina. Iud. 19. 6. Si prodigæ, rapaces, & quæ ſudore mariti abutantur ad crapulam, vel ſuperbiam, vel ad cœnas ſumptuoſas. Summa ſi ſtultæ ſint. Prou 14. Et impiæ. Quales multæ ſunt.

II.

Diximus ſupra, quanta commoda ſentiat maritus ex muliere bona. Nunc è contrario docet, quanta incommoda experiatur maritus, ſi careat muliere.

Primum autem ſimilitudine egregia oſtendit, quod bona mariti abſque vxore & matrefamilias facile dilabantur.

Sicut abſque ſepto hortus omnibus patens, ab omnibus non tantum beſtijs, ſed etiam prætereuntibus vaſtatur, ſic fructus illius pereunt, nec inde quicquam commodi redit ad poſſeſſorem. Ita ſi vir ſit abſque muliere, omnis illius Oeconomia perit. Vir enim ſuis occupatus laboribus domum veniens, non inuenit ritæ diſpoſita omnia, non videt quo pacto pecuniæ multo labore partæ expendantur. Sicque in proprijs ædibus obambulat, tanquam cæcus in ignota regione oberrans. Cogitur enim ancillis infidelibus ſua bona concredere, & neſcit quid de illis fiat. Er muß frembden Leuten trawen/ vnd weiß nicht wie man mit dem ſeinen vmbgehet. Sic multæ interdum opes breui tempore d labuntur. Inte im paterfamilias non prius animaduerti: damnum, q a n ſua periiſſe videt. Luc. 16. v. 1. At tum nil iuuat amiſſo claudere ſepta grege.

2. Sed

2. Sed reſtát etiam aliud, quod infœlicem facit virum, cui non eſt vxor: iſtud videlicet, quod ſemper ſuſpectus eſt de ſcortatione. Et quod nemo illum caſtum & honeſtum credit.

Quia enim proprium nidulum non habet, ſi cœlebs adhuc ſit, & hinc inde ad alios diuertere cogitur, ingratus eſt quocunque locorum veniat: Quia ſemper metuunt patresfamilias, ne tales pudicitiam filiarum aut famularum attentent.

Aut ſi vidui ſint, & rem familiarem per famulas adminiſtrent, nemo eſt qui credit illos cum mulieribus in vna & eadem domo caſte viuere. **Mann trawet jhnen ſo wenig/ als einem Straſſenrauber. Niemand glaubt/ daß ſie fromb bey den Mägdten bleiben.**

Et hæc eſt ſententia Syracidis.

L. Notent hoc illi, qui cœlibatum tantopere commendant, vt ſibi bene eſſe abſque vxoribus exiſtimant. Duplici enim ratione ſunt infœlices. 1. Quod bona illorum ſunt tanquam hortus ſine maceria: Et ciuitas ſine muro: vbi omnes diripiunt obuia quæque.

2. Quod infamiæ nota illis inuritur. Et ſi maxime illis fiat iniuria, abſtinendum tamen ab omni ſpecie mali. 1. Theſſ. 5. v. 21. Et poſſent alia ratione rebus ſuis rectius conſulere, & calumniatoribus ora obturare: ſi ſcilicet ducant vxores, & fiant coniuges. Præſertim vbi adhuc ſunt valido & vegeto corpore, vt Abrahamus ducens Kethuram, quantumuis centenario maior. Geneſ. 25. Eſtque hoc mandatum Pauli, vt iuniores nubant, 1. Tim. 5. Melius enim eſt nubere quam vri. Et ad vitandam fornicationem, vnusquiſque ſuam propriam habeat coniugem. 1. Cor. 7. Et viciſſim, &c.

Multo grauius autem peccant, qui cum ſcortis viuunt, & illis tanquam coniugibus cohabitant, ſuaq; bona credunt, ſimul & vitam. Experiuntur illi magno ſuo malo, quod facultates decreſcant, & infamia ſemper augeatur Inde Prouerbium apud Germanos: **Wer mit Hu-**

ren ſich nehret/ dem iſt Vnglück beſcheret. Hinc monet Salomon. Prou. 31. v. 3. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. Luc. 15. Filius perditus cum meretricibus ſubſtaniam ſuam amiſit.

Prou. 6. verſ. 26. Mulier meretrix panem aufert viri. Prou. 30. Occulta via viri in muliere ancilla. Verſ 19. Syr. 9. verſ. 6. Ne des fornicarijs animam tuam, ne perdas hæreditatem tuam.

Taceo cætera incommoda, infamiam & alia. De quibus Syr. 9. & 19. v. 3.

L. II. Quamuis viduus, licet ſenio confectus recte faciat ducendo vxorem, vt habeat quæ illius ſenectutem & ægritudinem poſſit ſubleuare atque curare: Et vidua etiam non peccet, ſi denuo nubat viro, qui illam poſſit enutrire, defendere, &c. taxanda tamen hoc loco multorum inſignis leuitas.

Solent enim vetulæ interdum ex mera libidine (quæ non raro etiam ſenio confectos homines affligit) nubere iuuenibus: quos tamen ſ. iunt non diu ipſis conſtanti & ſincero amore cohabituros.

Viciſſim multi ſenes capulares & grandæui, in quibus non eſt vis vigorque gignendi, ducunt iuuenculas, eaſque libidinoſi ſenes primum tenerrime amant. At mox deficiunt, dulci veneno extincti. Interim vſque dum vetula iuuenem & ſenex iuuenculam relinquat, multa ſeſe offerunt incommoda, in tam diſpari coniugio: lites ſcilicet, inimicitiæ, odium, & certiſſima illa carnificina ſenum atque vetularum zelotypia. Taceo, quod illi inter liberos ex priori matrimonio natos plerunque diſcordias excitant, & omnibus ſeſe ſtulti homines deridendos propinant

Rectius fecit Iacobus, qui poſt mortem Rachelis ſuæ aliam non legitur duxiſſe: quia ſenex iam erat.

Et Hanna Propheriſſa annorum 80.
vidua moritur. Luc. 2.

THE-

THEMA LXXII.

Ex Syr. 41. verſ. 23. in Germ.

Amicus & ſodalis occurrentes ad tempus & ſuper vtraq; mulier cum viro.

DISPOSITIO.

Multum non tantum doctiſſimi Philoſophi, (Ariſt. lib. Ethic. 8 & 9.) ſed & ſapientiſſimi ex populo Dei diſputarunt de amicitia & amicis: vt Salomon in Prouerb. & Syracides paſſim. Hoc autem loco pauciſſimis ſed elegantiſſimis verbis Syracides inſtituit collationem inter amicos & coniuges, & maiorem eſſe fidem inter coniuges, quam inter omnes amicos concludit. Nos itaque occaſione huius loci de amicitia non tantum quæ inter ſocios eſt, ſed potiſſimum de amicitia coniugum longe maxima dicemus, audituri.

1. Quam arcta ſit coniugum coniunctio, & quam firma amicitia, & quæ illius requiſita.

2. Cum non omnis amicitia conſtans ſit, quales hic amici deligendi.

3. Quomodo tales amici comparandi & conſeruandi ſint.

I.

Arcta eſt fidelium amicorum coniunctio. Patet id exemplo Ionathæ & Dauidis. 1. Sam. 18. verſ 1. Et cap 20. v. 17. Et amicus amicum ſemper diligit. Prou. 17. v. 17. Maior autem coniunctio & dilectio debet eſſe mariti & vxoris. ideoque ſummam dilectionem Dauid comparat amori mulierum. 2. Sam. 1. verſ. 26. Hi enim ſemper cohabitant, & nunquam diſcedunt ab inuicem. Jnn Lieb vnd Leid/ biß ſie der Tod ſcheid.

Hæc enim requirit vera & ſincera amicitia.

1. Vt gaudenti congaudeant amici. Luc. 15. Syrac. 3. verſ. 4 Et viciſſim vt compatiantur dolentibus. Hanc enim naturam charitatis exprimit Paulus 1. Cor. 13. verſ. 6.

Rom.12.verſ.15.Id omnium maxime præſtant coniuges: cum ſint vna caro & membra vnius corporis : vbi dolente vno, dolet etiam alterum, Paulo teſte.1. Cor. 12.

2, Iuuant ſe inuicem amici bonis, & quacunque poſſunt ratione. Defendunt alter alterum, etiam cum capitis periculo. Et tum demum agnoſcuntur amici, quando illorum auxilio opus habemus. Vide Syr. 12. v. 8. Ideoque amicus certus in re incerta cernitur. (Ennius) Vide Prou. 18. v. 24. Ionathan & Dauid. 1. Sam. 20. v. 30. Ita maritus & vxor ſeſe mutuo iuuant, maxime tempore periculi: vt patet hoc loco, quem prælegimus. Michal Dauidem liberat præſentiſſimo capitis periculo. 1. Sam. 19. Abigail Nabalum. 1. Sam. 25. Et tantus eſt amor coniugum, vbi ſincerus eſt, vt alter pro altero mori nunquam dubitet, neceſſitate hoc exigente.

3. Eſt autem fidelis amicus magnus Theſaurus. Syr. 6. nullo precio æſtimandus. verſ. 15. Et eſt propugnaculi firmiſſimi loco. Ibid. verſic. 14. atque ſolatium vitæ. Ibid. verſ. 19.

Ita multo magis vxor theſaurus eſt viri pretioſus: non habens pretium æquiualens. Syr. 26. v. 18. Margaritis & auro pretioſior. Prou. 31. Syr. 7. v. 21. cui confidit cor viri, Prou. 31. Et quæ vitam prolongat. Syr. 26. v. 1. 2. 3. Eſtq; columna, & ſolatium mariti. Syr. 37.

II.

At ſicut non omnes amici fideles manent: ſed multi tempore periculi, vel vbi commodum ceſſat, diſcedunt. Ouidius:

Donec eris fœlix, multos numerabis amicos:
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Syrac. 6. Eadem pene eſt ſententia. Ideoq; diligenter cogitandum, quos velis deligere amicos, vt illi fideles maneant.

Ita poteſt fieri, vt coniuges interdum diſcedant ab inuicem, vbi non delegiſti tui ſimilem.

Quem-

Quemadmodum autem firmiſſima aliâs inter pares colitur amicitia: ſic etiam hoc loco.

Ideoque ſi cupis egregie nubere, nube pari.

1. Quæ eiusdem ſit Religionis. Aliàs fieri poteſt, vt diſcedat infidelis. 1. Cor. 7.

2. Amicus potens non deligendus, ne te opprimat. Prou. 23. Ita nec deligenda, quæ ſplendidioris ſit familiæ. Alioquin deſpiciet maritum vxor.

3. Nec pauperis cum diuite firma eſt amicitia. Diuitum quidem amici multi, Prouerb. 14. verſ. 20. Ita multi puellarum duitum Proci. Prou. 19. verſ. 4. At quam miſera conditio coniugis pauperis, qui duxit ditiorem ſeſe: vide Syr. 25. v. 30.

4. Nec bonus cum iracundo vel inuido amico coniungitur fœliciter. Prouerb. 22. verſ. 24. & 23. verſ. 6. Ita tibi iungas talem quæ bonis exculta moribus tibi ſit ſimilis. Et ſicut non fidere debes amico ignoto. Syr. 6. verſ 7. Ita nec ducere debes vxorem, cuius ingenium non noueris. Sic de cæteris.

Etenim niſi id fiat, non habebis coniugem conſtantem: ſed talem, qnæ ſit amica menſæ, Syr 6. v. 10. & tibi cohabitet ad tempus. Non autem permanebit in die tribulationis. Ibid. v. 8.

III.

Quia vero ex antitheſi patet, quantus theſaurus ſit amicus, qui eſt eiuſdem tecum conditionis: ideoque vtile erit amicos tales ſibi comparare. At quomodo comparandi, quomodo etiam conſeruandi, de hoc iam erit tertio loco dicendum.

1. A Deo amicus fidus. Syrach. 6. verſ. 16. & 17. Similiter etiam vxor à Deo petenda? cuius ipſa donum. Prouerb. 19. v. 14. Syr. 26 verſ. 3. & 17. Ideo orat Eleaſar & Iſaacus pro coniuge. Gen. 24.

Datur fidus amicus timenti Dominum. Syr 6. v. 16. Similiter pronunciat de muliere. Syr. 26. v. 3. Et conſentit Angelus Tob. 7. v. 12.

Y 3 2. Quia

2. Quia autem amicus donum Dei, tractandus vt decet.

Idem valet de coniugio. Sic enim conſeruabitur amicus fidus: inprimis, coniunx vt maneat fidelis.

1. Amicum itaque fidum nemo deſpiciat, nemo conuitietur illi. Prou. 11. v. 12. Syr. 22. v. 25.

Ita nemo deſpiciat vxorem ſuam. Mal. 2.

2. Syrac. 5. in fine: Non patiaris te commoueri, vt odio proſequaris amicum. Et non credendum calumnijs.

Ita nihil remittendum de amore erga coniugem, propter calumniatores. Syr. 7. verſ 28. Semper enim conſtans debet manere dilectio. Viri diligite. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. Nemo vnquam odit carnem ſuam Epheſ. 5. Carnem tuam ne deſpexeris Eſa 58.

3. Poteſt etiam fieri, vt amicus ab amico diſſentiat interdum. At facile reconciliantur. Et amantium iræ amoris redintegratio eſt. Nec propterea deſerendus amicus Prou. 27. verſ. 10. Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiſeris.

Syr. 7. verſ. 20. Noli præuaricari in amicum propter pecuniam.

Idem etiam obſeruandum de coniugibus. Si maxime interdum oriantur diſſenſiones, non tamen propterea deſerenda coniunx, & alia appetenda.

Syr. 9. v. 14. Ne derelinquas antiquum amicum, nouus enim non erit ſimilis illi.

Sic hoc loco. Si maxime poſſis repudiare coniugem quam diu habuiſti adiutorium (ſicut licebat id olim Malach. 2. verſ 16.) & aliam accipere, tamen neſcis, qualis illa ſit futura. Amicus antiquus ſemper erit melior. **Du ſolteſt noch wol dein alte Hauſsfraw mit den Nägeln auß der Erden kratzen.**

Ideoque monet Syr. 22. verſ. 28. Fidelis maneas amico tuo, &c Et Syrach. 37. verſicu. 6. Non obliuiſcaris amici tui, &c.

Idem pertinet ad coniuges etiam. Fidelis maneat in vtra-

vtraque fortuna coniunx coniugi: cum vinculum illorum Deus voluerit eſſe indiſſolubile. Et valet apud ipſos illud Ruth ad Naemi ſocrum, Ruth. 1. v. 17. Sola mors me & te ſeparabit. Huc pertinet id Syr. 7. v. 21. Non diſcedas à muliere ſenſata, quia pretioſior eſt auro, &c.

NOTANDVM, in hac materia de amicis, quicquid de muliere dicitur, id etiam pertinet ad maritum, & viciſſim. Eſt enim amicitia illorum vbique reciproca.

THEMA LXXIII.

Ex Matth, 19. v. 10.

Dicunt ei [Chriſto] *diſcipuli eius, ſi ad iſtum modum habet cauſa hominis cum vxore, non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis, non omnes capaces ſunt huius ſermonis, ſed ij, quibus datum eſt. Qui poteſt capere capiat.*

DISPOSITIO.

Audierant à Chriſto diſcipuli, non poſſe ſeparari coniuges, quos Deus coniunxerit. Durum hoc ipſis videtur. Quia hactenus tolerauerat Deus, vt dato libello repudij dimitteretur vxor, quæcunque non placuiſſet. Patet ex Malach 2. verſ. 16. & Matth. 19. Nunc autem putant diſcipuli male agi cum viris, ſi cogantur retinere vxores, qualeſcunque contigerint. Deſcendunt itaque vnanimis votis in hanc ſententiam, expedire viro non contrahere matrimonium. Quia vero ex noſtris multi ſunt eiusdem ſententiæ cum Apoſtolis, nos occaſione huius loci ſequentia tractabimus.

1. Audiemus rationes: ob quas videtur melius eſſe abſtinere à coniugio.

2. Illis rationibus examinatis, audiemus rationes in contrarium, quare melius ſit nubere.

3. Vtrum & quibus à coniugio abſtinere liceat, dicemus.

Digitized by Google

I. Pars.

I. Cur melius videatur, manere virum cœlibem, quam matrimonium inire, ratio prima hæc, eaque non contemnenda eſſe putatur: quod qui vxore caret, videtur eſſe liber. Contra, qui vxorem duxit, libertatem vendidit. Id Paulus innuit. 1. Cor. 7. Vir non habet poteſtatem ſui corporis, & viciſſim. Hinc Prouerbium: **Ein guter Mut iſt eigener Leib/ drumb hüt dich Narr/ vñ nimb kein Weib.** Et quæ vxor viro nupſit, cutem & carnem vendidiſſe dicitur. Nec eſt ſui iuris vel maritus vel vxor, poſtquam matrimonij aliqua promiſſio facta eſt. Cœlebs autem ſui iuris eſt. &c. **Er iſt für ſich ſelbs wie ein kleines Reichſtättlin/** vt dici ſolet.

2. Coniugium plenum eſt moleſtijs & miſerijs **In der Ehe/ iſt ach vnd weh.** Vel carent coniuges prole, & tenentur magno illius deſiderio. Vel ſi liberos habent, illorum cauſa multas coguntur deuorare moleſtias.

Vel iam æger eſt alter coniugum, & alteri moleſtus: contra cœlebs ſemper videtur eſſe animo hilari & præſenti. Et ſi quid accidat illi, ſolus ſuſtinere videtur moleſtias facilius.

Videtur ea eſſe ſententia Pauli. 1. Cor. 7. Qui non iungit matrimonio virginem, melius facit, &c.

Præterea ſciunt viri, vxores eſſe vaſa infirma: nec eſſe vllam, quæ vitijs omnino careat. 1. Pet 3. v. 7. Et vide Eccleſiaſtis 7. verſ. 29. Inter omnes mulieres non vna eſt quæ caret reprehenſione **Es iſt keine ſie hat einen mangel.** Viciſſim non latet mulieres illud ibid. verſu eodem, inter mille viros vnum tantum eſſe qui (quod externos mores attinet) reprehenſione careat. **Es iſt kein Mann er hat einen Wolffzahn.** Hinc Iuuenalis: Semper habet lites, alternaque iurgia lectus. Etiam in domo Abrahami & Iacobi non caret coniugium rixis. Gen. 16. v. 6. Et c. 30. v. 2. At qualiſcunque contingat coniunx, non licet dimittere, Chriſto teſte. Hoc torquet Diſcipulos. Et videtur ſane id eſſe duriſſimum.

4. Acce-

Digitized by Google

4. Accedit huc, quod multi metuunt, ne deſtituantur vitæ neceſſarijs: quia multa requiruntur ad alendam familiam. Timent, ne liberis relinquant exiguam ſubſtantiam, ſi fiant πολύτεκνοι. Placet et illis ἀτεκνία. Quia vero incerti ſunt de euenientibus, putant tutius eſſe, vt cœlibes maneant **Jſt beſſer allein arm / als ſelbander.** Aut vbi multa bona, multi etiam ſunt, qui comedunt de illis, ſi Oeconomus fieri velis. Eccl 5 & 10.

5. Multi non tuto poſſe ſeſe hoc tempore admodum alieno, matrimonium inire iudicant: cum pauci ſunt boni & caſti iuuenes: paucæ itidem honeſtæ virgines. Sæpe quis ducturus virginem inuenit illam corruptam. Multæ nupturæ caſtis & pijs iuuenibus, experiuntur illos fuiſſe hactenus ſcortatores, &c.

Sunt etiam qui metuunt pœnam talionis: nec volunt expectare id Sap. 11. & 17. Per quæ quis peccat, per eadem punitur Et iſtud. Syr. 20. verſ. 12.

Sunt & aliæ cauſæ, quæ multos a coniugio abſterrent. Et hæ quidem commemoratæ videntur eſſe admodum plauſibiles. Ideoque ſtulte agere videntur, qui fiunt coniuges.

II.

Quod ſi vero haſce rationes ad trutinam verbi diuini examinauerimus, longe diuerſum patebit.

1. Primum enim nulla eſt hæc libertas, quam tantopere deprædicant nonnulli cœlibes Captiuos enim ducit illos Satan ad nutum ſuum. Et dum nolunt alligari honeſtis vxoribus, adhærent interim quibuſcunque obuijs meretricibus. Triſtia hæc ſunt vincula. Prou. 7. v. 22 Ducitur iuuenis ad cædem vt bos: vel coheicetur inſanus vt compede, donec transfigat ei ſagitta iecur. Quemadmodum properat auis ad laqueum, neſciens hic agi vitam ſuam. Eccleſiaſt. 7. ver 27. Morte acerbior fœmina, cuius & mens retia ſunt atque caſſes, & manus vincula, &c.

Digitized by Google

Contra vero ſi maxime vir honeſtæ vxori ſuæ ſit alligatus 1. Cor. 7. non eſt tamen ipſi graue iſtud vinculum. Nec vnquam iſtud vinculum diſſolui optat. Vera eſt libertas in coniugio, vbi iam licet facere, quod alioquin non licet extra coniugium. Et Germani vocant, **Freyen/** nubere, & in libertatem aſſerere virginem.

2. Quod ſi moleſtias & miſerias coniugii times, ſcias, hanc eſſe crucem ſanctiſſimam: quam Deus benedictione multiplici lenire velit. Beatus homo, bene tibi erit, ecce ſic benedicetur. Pſal. 128. Salua fit mulier. 1. Tim 2. Et poſſunt duo onus facile portare coniunctis viribus Eccleſ. 4. verſ 9. ſi ceciderit ſubleuabitur Alter enim ſolatur alterum, iuuat alterum, in morbis, afflictionibus, in ſenectute Summa. Laboris habent præmia. Eccleſ 4. v. 9 Et Syr. 26 v. 3 Semper ſolatur, vxor maritum, cuius vitam prolongat verſ. 1. Contra, væ ſoli Eccleſ. 4. Si ceciderit, quis ſubleuabit ipſum? quis ægrum, ſenio confectum &c. curabit? Quod vero locum Pauli. 1. Cor. 7. v. 38. attinet, ſciendum, ipſum Apoſtolum limitate loqui voluiſſe, addita ratione hac: PROBTER PRÆSENTEM neceſſitatem, melius eſſe non nubere. Quia erant perſequutiones crebriores & grauiſſimæ.

3. Ad vitia coniugum mutua quod attinet. ſciendum, illa omnia poſſe tegi charitate. 1 Pet 4. verſ. 9. Et Prou. 10 verſ. 12. Omnia peccata tegit charitas. Et portat alter alterius onera. Gal. 6. vir diligit vxorem: ipſa virum reueretur, & diligit. Nullæ igitur ſunt infirmitates graues, diligentibus ſeſe mutuo. Dilige & fac quod vis, & dic quod vis, ait Auguſtinus.

Et facile tolerat coniunx vitium alterius: cum in equo feras vnum vitium propter plures virtutes. Amici vitia noueris non oderis: Magis vero coniugis. Nec contentiunculæ diſſoluunt matrimonium Abrahami & Iacobi Gen. 16. & 30. Facile enim reconciliantur coniuges. **Man darff vmb deß Kriegs willen kein Sattel aufflegen.**

4. Quan-

4. Quantum attinet ad alimenta & victui neceſſaria. Matth. 6. iubet Chriſtus aſpicere volucres Cœli & flores agri.

Et ſcias liberos eſſe donum Pſal. 127. Illorum pater eſt Dominus diues in omnes Rom. 10. v. 12. Qui pullos coruorum, [illegible] Pſal. 147. v. 9. Recte veteres. Schafft Gott den Haſen / ſo ſchafft er auch den Waaſen. [illegible] opponere volenti: Ja wann Kinder auch Graß eſſen. Reſpondeo, numquid Deus eſt, qui panem daturus ex grano producit primum gramen, &c. Nec tam ſtupidus eſt Deus, qui plures inuitet conuiuas, quam paſcere poſſit?

Et ſi non omnibus amplas in coniugio largitur diuitias, cogita. Magnus eſt quæſtus pietas, cum animo ſua ſorte contento. Nihil intulimus. 1. Tim. 6. Iob. 1. v. 12. Eccleſ. 5. v. 16. Sufficit ergo panis & aqua, veſtis & domus. 1. Tim. 6. v. 8. Et Syr. 29. v. 28.

5. Nec eſt quod metuas, non ſupereſſe amplius iuuenes & virgines honeſtati vitæ & caſtitati ſtudentes. Poteris & tu declinare iſtud malum.

1. Si timeas Deum, Syr. 26. v. 3. Dabitur mulier bona timenti Dominum.

2. Si vas tuum poſſideas in honore. 1. Theſ. 4. v. 4.

3. Si Deum rogaueris pro pia coniuge cum Iſaaco. Geneſ. 24.

Quod ſi hæc non ita eſſent, vt ſunt reuera, ſciendum tamen melius eſſe matrimonium inire, quam cœlibem viuere. Rationem Chriſtus affert. Quia non omnes capiunt verbum hoc. Quale illud vt extra coniugium caſte viuant. Non enim omnibus hoc eſt datum à Deo. Et non in hominis arbitrio eſt poſitum caſte viuere extra coniugium, ſed in manu Dei eſt. Quibus ergo non eſt datum, illi facile peccant. Sumus homines. Carnem habemus & ſanguinem. Ideoque remedium contra prauas concupiſcentias eſt coniugium. De hoc Paulus 1. Cor. 7. Melius eſt nubere, quam vri.

Ex

Et ad vitandam fornicationem, vnuſquiſque SVAM habeat vxorem. Et viciſſim, &c. Illi haurient iucunditatem à Domino. Prouerb 18. v. 22.

2. Et ſi maxime nec hæc ratio militaret, eſt tamen alia: quòd videlicet ipſe Deus, in ſtatu integritatis pronuntiauit; non eſſe bonum hominem eſſe ſolum. Ideoque ipſi creandum adiutorium. Ipſe eſt qui proxenetam & paranymphum agit, addúcendo Adamo ſuam Heuam.

Ideoque Salomon ex ore Dei loquitur, Eccleſiaſt. 4. Melius eſt eſſe duo quam vnum. Inſurgunt itaque contra Deum, qui cœlibatum præferunt coniugio.

III.

Ergone, inquis, cogit ſcriptura omnes ad coniugium? Numquid etiam eos, qui poſſunt extra coniugium caſte viuere, nihilomius neceſſe eſt fieri coniuges? Et qui dono continentiæ ſunt præditi, tamen illo vti non debent? Minime vero. Sic enim Chriſtus, qui poteſt capere, capiat. Et poſſunt nonnulli viuere cœlibes.

1. Quoſdam natura excluſit à coniugio: vt ſpadones. Eunuchos, &c. vel affectus aliquis vitioſus ſectionis cauſa fuit. Inde inhabiles facti ad matrimonium, omnino recte faciunt, ſi abſtinent.

2. Alij donum continentiæ habent à Deo. Qualis erat Paulus 1. Cor. 7. qui officij ratione hoc dono fuit præditus, vt poſſet hincinde minori cum difficultate proficiſci, ad omnes paſſim Eccleſias. Ideo inquit, vellem omnes eſſe ſicut ego ſum. Vnuſquiſque autem habet SVVM DONVM, ALIVS SIC, &c. Et poſſunt ſane tales maiori cum diligentia vacare cultui diuino. Hinc 1. Cor. 7. Cælebs curat quæ Dei ſunt.

3. Interdum propter PRÆSENTEM NECESSITATEM ſatius foret cœlibem manere, coniugem fieri, tempore perſequutionis: ſic tamen, vt caſte viuat aliquis, & poſſit etiam ita viuere extra coniugium. Quia

vero

Digitized by Google

vero pauciſſimis à Deo datum eſt hoc donum, Chriſto & Paulo teſtibus, vtantur remedio hoc diuinitus conceſſo, ne libidinibus locus ſit, quicunque dono ſingulari carent. Nemini enim laqueum iniicit Paulus.

THEMA LXXIV.

Ex Mar. 2. v. 19.

Et ait illis Ieſus, Non poſſunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis ſponſus eſt, ieiunare. Quam diu habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

DISPOSITIO.

Hæc verba Chriſti extant etiam Matth. 9. & Luc. 5 deſcripta pene iiſdem verbis: in quibus mentio fit ſponſi, & conuiuarum, & quod illi non poſſint ieiunare præſente ſponſo aſſeritur. Quamuis autem Chriſtus hæc omnia ſpiritualiter intelligat, de ſe & Apoſtolis, poſſunt tamen hæc ipſa etiam citra iniuriam verborum Chriſti, noſtro inſtituto ſeruire, & de nuptiis nos erudire. Primum autem ſpiritualia ſpiritualiter tractabimus, & verum huius loci ſenſum, cum doctrinis ſuis audiemus. Deinde vero micas colligemus, ne quid pareat, & quid iſta omnia noſtris nuptijs poſſint ſeruire, oſtendemus.

I. Pars.

Primum quæ fuerit occaſio huius dicti, perpendendum. Chriſto proponunt quæſtionem hanc, non tantum Diſcipuli quidam Ioannis, ſed cum his etiam Phariſæi: Quare non ieiunent Diſcipuli Chriſti, quemadmodum id faciant Phariſæi & Ioannis diſcipuli: qui ieiunijs frequentioribus ex maiorum traditione obſeruatis, corpus vehementer macerabant. Matth. 5. v. 16.

Que

Quærunt ergo, cur non idem faciant etiam Chriſti Diſcipuli, qui rigidæ Phariſæorum diſciplinæ ieiunando & orando non erant adſtricti, ſed edebant & bibebant, & quæ illis poterant ad manus eſſe, illis vtebantur Quamuis non exiſtimandum ſit, Chriſtum cum ſuis indulſiſſe compotationibus, ſed temperanter vixiſſe credendum.

His reſpondet Chriſtus: Non poſſunt filij thalami & amici ſponſi, qui ſunt conuiuæ nuptiales, lugere & ieiunare præſente ſponſo: ſed ob præſentiam ſponſi lætandi cauſam habent.

Quibus verbis Chriſtus ſemetipſum comparat ſponſo: Apoſtolus filius Thalami vel nuptiales vocat: ſuam conuerſationem cum illis nuptiis comparat, quorum opera in deſponſanda ſibi virgine Eccleſia vſurus erat Iam igitur tempus eſt lætandi, innuit Chriſtus.

At vero, venient (inquit) dies, cum auferetur ab ipſis ſponſus, tum ieiunabunt. Notat ſcilicet Chriſtus, tempus paſſionis & mortis. quo futurum erat, vt abſciſſo illo è terra viuentium, & ita ablato Chriſto per mortem, occaſio illis lugendi & ieiunandi ſe copioſa offerat. Certe hiſtoria paſſionis, docet inquantum mœrorem & luctum tum miſeri diſcipuli fuerint coniecti. Et idipſum poſt aſcenſum Chriſti in cœlum etiam futurum prædixit Ioan. 16 Plorabitis, &c.

Iam igitur ipſos præſente Chriſto lætari ad tempus voluit: cum mox ab illis auferendus, triſte ſui deſiderium ipſis relicturus ſit.

Locvs. I. Magnum myſterium (vt Paulus habet Epheſ. 5.) hoc loco docet ipſe Saluator: de ſuis cum Eccleſia Sponſa Cœleſtibus nuptijs. Sunt hæ vinculum reconciliationis noſtræ cum Deo. Sicut enim inter Magnates ſæpe factum, vt diſcordiæ inter ipſos, factis nuptijs ſublatæ, & matrimonio coniunctis ex vtraque parte diſſidentium liberis perpetua porro concordia ſancita fuerit: ita poſtquam filius Dei vnigenitus aſſumpta huma-

humana natura, Eccleſiam ſuam ſibi deſponſauit, pax fuit reſtituta generi humano, &c. iuſtificati enim fide pacem habemus cum Deo, propter Chriſtum. Rom. 5. Et quamuis inter Magnates etiam interuenientibus chariſſimis pignoribus, fœdera tamen non ſemper inuiolatã fuerint ſeruata: (quod etiam Danielis Prophetia docet, Dan 11. verſ.17.) fidelis tamen Deus manet nobis, qui mentiri neſcit. Et quod ſemel promiſit, ſanctiſſime ſeruat.

Magna hæc miſeris eſſe poteſt conſolatio: quod propter Chriſtum ſumus reconciliati Deo. Et quod filius Dei tanto nos honore dignatus eſt, vt vna caro nobiſcũ fieret. Is etiam deſponſatam ſibi Eccleſiam impenſe diligit, ideoque ſanctificat, mundat, nec vult illam perire. Carnem enim ſuam odiſſe non poteſt. De his omnibus, Epheſ. 5. Vt & de his nuptijs alibi ipſe etiam ſaluator diſſerit. Matth. 22. & 25.

L. II. Quia omni rei ſuum certum tempus eſt definitum: Eccl 3 vt iam tempus ſit plangendi, mox ſaltandi, non neceſſe eſt, vt quiſquam ſibi ipſi acceſſat crucem & afflictionem, atque vultum tetricum, ſed exſpectet tempus, quo ipſi crux à Deo ferenda impoſita fuerit. Et tum habebit, de quo poſſit dolore & lugere. Ibi tum poſſideat animam ſuam in patientia. Luc. 21.

II.

Habemus intentionem Chriſti principalem. Nunc etiam micas colligemus, ne quid pereat, & ad noſtrum inſtitutum hæc Chriſti verba accommodabimus, cum vnius loci multæ poſſint eſſe doctrinæ.

1. Cum Chriſtus ipſe filius Dei ſanctiſſimus ſeſe ſponſo comparet, & Eccleſiam ſponſam ſibi deligat, atque de nuptijs ſuis ſæpiſſime ipſe verba faciat: poteſt hinc firmiſsime concludi, coniugium eſſe rem ſanctiſſimam, coniuges etiam Deo placere. &c. Notandum hoc contra doctrinam illam Dæmoniorum, (quod coniuges

vt po-

vt pote qui in carne viuant, Deo placere non poſſint) de qua 1. Tim 4.

Diaboli ſunt hæc commenta qui hoc pacto ſanctiſſimam Dei ordinationem dehoneſtare nititur. Fulmine hæc potius quam verbis refutanda, Deo relinquimus. Abrahamum enim, Iſaacum, &c. coniuges, Deo placuiſſe, nemo niſi inſanus ibit inficias. Et cum bona viderit Deus omnia, quæ fecerat, certe ſuam propriam ordinationem improbare haud poterit. Cuius etiam hactenus pœnituit nunquam.

2. Regulas vitæ nullibi meliores diſcere poſſunt: nec ſponſus nec ſponſa: niſi à Chriſto & Eccleſia. Quod Paulus Epheſ. 5. oſtendit. Sicut enim Chriſtus Eccleſiam dilexit, vt ſanguinem pro ſua ſponſa profuderit: eamque etiam à Satana deformatam mundauit & diligere nunquam ceſſauit: Ita vir perpetuo & ſincero amore adhæreat vxori. Viciſſim ſicut Eccleſia audit vocem ſponſi, & ipſum tanquam caput honorat, ita mulier agnoſcat virum eſſe caput & reuereatur ipſum, atque ſit ſubdita illi. Exemplum Saræ omnibus proponit Petrus. 1. Pet. 3.

3. Videmus etiam ex hoc eodem loco, ſicut coniugium & coniuges Deo placeant? ita etiam non improbari ipſi omnia, quæ ſolent in matrimoniis rite contractis, ad confirmationem, addi ſolennia, vt ſunt nuptiarum feſtiuitas, hoſpitum inuitatio, hilaritas honeſta tempore nuptiarum, inſtrumenta Muſica & ſimilia, &c. Etenim hoc loco Chriſtus Diſcipulos conuiuas vocat, & non inuidendum ipſis aſſerit, ſi cum ſponſo ad tempus honeſte lætentur. Eſt enim etiam ridendi & ſaltandi tempus Eccleſ. 3. Nec aſſedit Chriſtus nuptiis in Cana vultu territo, nec mutos illos eſſe voluit: nec aquam bibere iuſſit: ſed vt haberent, quod cor exhilarare poſſet, deficiente vino ex aqua vinum facit optimum. Ioan. 2. Ideoque vinum creatum dicitur. Pſal. 104. vt exhilaret faciem hominis. Vide etiam Syr. 41. v. 20. Et 32. verſ. 31.

Sed

Sed nec inſtrumenta Muſica ad honeſtam hilaritatem adhibita nuptijs vel conuiuijs, auerſatur Dominus. Illa etiam recreant cor hominis. Syrac. 41. verſ. 20. Neque illorum vſum tantum fuiſſe in cultu ſacro, ſed etiam in conuiuijs, patet ex Syr. 49: verſ. 2: & alibi: ideoque monet Sapiens, ne intempeſtiua garrulitate, vel importunis clamoribus, iucundiſſimus muſicorum concentus turbetur. Syrac. 32. verſ. 5. Non impedias Muſicam. Imo Syracides eodem cap: verſ. 7. commendat hilaritatem conuiuij, in quo ſonat dulcis Muſica: Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio Muſicorum in conuiuio vini. Sicut eſt Smaragdus in auro, ſic numerus Muſicorum in vino moderato, &c.

Notandum hoc contra quoſdam moroſos & Melancholicos Inſtrumentorum Muſicorum aduerſarios: ſtultos alios, alios hypocritas, qui nullam ferre poſſunt honeſtam hilaritatem, ſed ſemper vultu tetrico, (Phariſæorum more Matt 5. Eſa: 58.) aſſidendum conuiuijs, vel nuptijs honeſtis, putant.

4. Quod vero Chriſtus addit, venient dies, quando ablato ſponſo lugendi & ieiunandi tempus erit. monet nos in omnibus rebus, ſic etiam hic, modum eſſe debere. Man muß nicht ein Monat aneinander Nachhochzeit halten. Omne principium ſuum etiam habet finem. Et ne quid nimis.

Non enim legitur Chriſtus multis diebus manſiſſe in Cana, &c. Ioan: 2. Et ſic gaudendum, vt ſemper animis noſtris infixa maneat mortis meditatio. Syr. 7. v. 40. Huc pertinent etiam 1. Cor. 7. v. 30. Coloſſ. 3. v. 7.

THEMA. LXXV.

Ex Marc. 10. vel Math. 19.

Et adeuntes Phariſæi interrogabant eum: Licet ne viro vxorem repudiare? tentantes illum. At reſpondens dixit illis, quid vobis præcepit Moſes? At illi dixerunt,

Moſes permiſit libellum repudij ſcribere, ac dimittere. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud. Cæterum ab initio creationis maſculum & fœminam fecit illos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et fient duo caro vna. Itaque non iam ſunt duo, ſed caro vna. Quod igitur Deus copulauit, homo non ſeparet. Et in domo rurſum Diſcipuli illius eadem de re interrogauerunt illum, & dicit illis: Quicunque repudiauerit vxorem ſuam, & duxerit aliam, adulterium committit aduerſus illam. Et ſi mulier repudiauerit virum ſuum, & nupſerit alteri, adulterium committit.

DISPOSITIO.

Cum hæc verba in deſponſatione nouorum coniugum ex Matth. 19. frequenter prælegentur, idque eam ob cauſam, partim vt intelligant, quis ipſos copulauerit, partim vero vt ſciant, quam arcte ſibi inuicem deuincti eſſe debeant coniuges. At vero non omnes tum de amplitudine & vi horum verborum cogitent, operepretium me facturum ſpero, ſi illa ad hanc nuptiarum feſtiuitatem paucis explicauero. Continetur autem in his Diſputatio Phariſæorum cum Chriſto, de Polygamia & repudio, in veteri Teſtamento toleratis: in nouo vero teſtamento per Chriſtum abrogatis Nec vero commodius videntur poſſe tractari hæc verba, quam hac ratione.

1. Vt ſcilicet audiamus, quæ fuerit Iudæorum in veteri Teſtamento ſententia & conſuetudo de Polygamia & repudijs, quam lege Moſis palliare conabantur.

2. Quæ contra Chriſti ſit ſententia de eadem materia, authoritate patris cœleſtis & primæ inſtitutionis coniugis confirmata.

I. Pars

I. Pars.

Tentandi cauſa, Phariſæi Chriſto proponunt hanc quæſtionem: vtrum liceat viro repudiare vxorem, & aliam ſuperinducere.

Affirmatiuam tenent Iudæi. Idque ex hoc fundamento: quod Moſes permiſerit dare libellum repudij, & dimittere vxorem. Extat lex Deut. 24. talis: Si acceperit homo vxorem, & ipſa non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij & dabit in manum illius, & dimittet eam de domo ſua.

Simile aliquid legitur Malach. 2. verſ. 16. vbi his, qui vxores contemptim habebant, & male tractabant, dicitur: Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael: & operiat maritus violentiam ſuper veſtimentum eius, &c. Habebat huius PERMISSIONIS cauſam Dominus, ſcilicet ſæuitiam Iudæorum. De qua poſt. Iudæi vero ſtrictiſſime ſeruandam hanc legem putarunt: & leui arrepta occaſione vxores ſuas dimiſerunt, & alias duxerunt. Sicque facti ſunt Polygami, quod ex hiſtoria ſacra manifeſtum eſt. Licebat vero dimiſſæ alij nubere. Sic illa plures maritos etiam habebat. Dum enim prior in viuis erat, nihilominus tamen illa nupſit alteri, & ſi etiam dimiſiſſet is, tertio nubere potuit, & ſic deinceps.

LOCVS Multi ex noſtris hac in parte Iudæis ſimiles nihil magis optant, quam vt liceret repudiare vxores, & ducere alias. Eadem interdum eſt mulierum quoque ſententia, vt poſſent alijs viris nubere.

Et fuerunt ſane noſtro tempore, qui Polygamiam (B. Ochinus) approbarunt. Inprimis vero repudium multis placet, & de facto plurimi vxores repudiant, vel deſerendo illas, vel nimis dure tractando. Et videtur Apoſtolis ipſis, graue eſſe viro, ducere vxorem, quam non liceat repudiare, qualiſcunque fuerit, ſiue moroſa,

deformis, ſiue blanda & commoda. Ideoque pronuntiant audiente Chriſto, ſatius eſſe plane abſtinere à coniugio Matth. 19. v. 10.

At quanta mala ſequuta fuerint ex Polygamia illa & repudijs, comprobauit euentus, etiam apud Patriarchas veteris Teſtamenti. Quæ enim fuerint contentiones, æmulationes; videre eſt Geneſ. 26. 30. Et quam graue fuerit Abrahamo repudiare Hagar cum filio. Geneſ. 21. facile eſt conijcere.

Quid de liberis factum putatis, matre dimiſſa? Vel illi cum matre dimittendi; quod gratiſſimum fuiſſe patri quis negabit? Vel in domo liberi matre dimiſſa retinẽdi; quid aliud facient, niſi vt cæteris negotium faceſſant, & contra ipſum parentem inſurgant; quod matrem domo eiecerit?

Quod ſi ſemel dimiſſam voluiſſet repetere maritus, vbi ita deferbuit, non illi hoc licuit, ſi ipſa alteri iam nupſiſſet. Patet id ex Deut. 24.

Imo quod maius eſt; ſi ſecundus maritus ipſam dimiſiſſet, quin etiam ſi mortuus is eſſet; non tamen licebat marito priorem repetere. Et ſic illa ſemper carere neceſſe erat; cum qua antea ſuauiſſime pre aliquod tempus vixerat, & liberos chariſſimos genuerat. Quanto cum dolore, quibus cum ſuſpirijs, putas, aſpexit illam ſæpiſſime? quam ſemel ex calore iracundiæ, vel leui de cauſa, domo eiecit.

Nec certus eſſe poterat maritus, quod ea, quam erat ſuperinducturus priori, melior ſit futura. Prouerbio enim dicitur, poſteriores raro meliores. **Es kompt ſelten das beſte hernach.**

Ideoque optime fecerunt, qui vna vxore contenti vixerunt, vt Iſaacus, Ioſephus, & illas nunquam repudiandas cenſuerunt. Iuxta id Syr. 7. v. 28. Idipſum magis apud nos debet habere locũ, cum Chriſtus ad primã ordinationẽ Dei nos remittens, indiſſolubile vinculum cõiugij eſſe debere pronuntiauerit. De quo iam audiemus.

II. Chri-

II.

Chriſtus audiens quæſtionem propoſitam, negatiuam tenet, eamque firmiſſime tuetur.

1. Primum autem fundamentum illud, quo nitebantur Iudæi, euertit: oſtendens legem Moſis non eſſe præceptum, ſed permiſſionem. Nequiter enim illi argumentantur, Matth. 19. Numquid præcepit Moſes dare libellum repudij.

Reſpondet Chriſtus, non iuſſiſſe hoc Moſen, ſed permiſiſſe. Eamque permiſſionem dicit inde ortam, quod duræ ceruicis homines fuerint Iudæi. Sicque omnes legis Moſaicæ cauſam in ipſos reijcit. Toleratam autem fuiſſe illam repudij & polygamiæ conſuetudinem à Deo aſſerit, quia duritia illorum erga vxores tam fuerit præfracta & inexpugnabilis, vt ſi inuiti cogerentur retinere vxores, illæ in præſentiſſimum vitæ diſcrimen adductæ eſſent.

Ideoque Deus infirmiori ſexui couſulturus permiſit diuortium, vt ſic miseræ mulierculæ virorum iniquiſſimorum crudelitati ſubtraherentur. Hoc vero Dei ordinationi nihil poteſt præiudicare.

Deinde etiam Chriſtus grauiſſimis rationibus confirmat ſuam negatiuam ſententiam, contra quas ne mutire quidem poterant Phariſæi.

1. Ad primam Dei inſtitutionem remittit illos: & quę tum fuerit voluntas Dei, eandem quoque adhuc ſtare debere aſſerit. Ab initio non erat ſic. Neque vnquam voluit Deus plures eſſe, quam duo coniuges, in vna domo. Ideoque tantum maſculum & fœminam creauit: vtque ſemper eodem modo procederet coniugium, hoc exemplo voluit docere. Potuiſſet enim facilime Adamo plures creare coniuges, vel ex vna coſta, ſed noluit. Sic vni Euę plures maritos adiungere potuiſſet, & multos ex terra formare viros, ſed noluit.

2. Ipſumque Adamum Dei conſilium ita intellexiſſe oſten-

oſtendit Chriſtus: ideoque pronunciaſſe, adhærere debere virum vxori, deſertis etiam parentibus, &c. Quia duo ſint vna caro, & vnum corpus. Quinimo hæc non hominis ſed Dei eſſe verba oſtendit. Quia Adamus diuino inſtinctu hoc Dei conſilium, ſuis tantum verbis explicauit.

Tertio loco igitur concludit Chriſtus, non licere homini facere diuortium, extra cauſam adulterij

1. Etenim non ab hominibus, ſed à Deo coniungi coniuges firmiſſime ſtatuit. Is enim primus author & inſtitutor coniugij ſuam ordinationem integram inuiolatamque ſeruari voluit. Nec licet vlli homini Dei ordinationem, tam prudenti conſilio ſancitam, infringere.

2. Et ſi maxime contra diuinam inſtitutionem, vel homo ſeipſum vellet ſeparare, vel diuortium inter coniuges fieret ab alijs, hoc tamen legitime fieri non poſſe, nec illos coniuges alio loco habendos, quam adulteros, (quibus non liceat nubere alijs) Chriſtus pronunciat. Et ſic mentem ſuam explicat Diſcipulis, ſeorſim in domo hac de re ipſum interrogantibus. Marco teſte, hoc loco. Adulterij tamen caſum excidit, & quod illud cauſam præbeat diuortij docet.

LOCVS I. Coniugium vitæ genus eſſe honeſtum, Deoque gratiſſimum, hinc patet, quod is author primus coniugij eſt, Chriſto teſte Ideoque etiam apud homines honorabile coniugium eſſe debet. Hebr. 13. De quo ſæpius alias.

L. II. Quam ardens debeat eſſe mutua coniugū dilectio, ex illis verbis Adami, imo Dei, à Chriſto hic repetitis manifeſtum eſt, quod adhærere debet maritus vxori: & quod vna caro eſſe debēt. Nemo autem carnem ſuam odiſſe poteſt. Epheſ. 5. Et tantus eſſe debet amor, quātus eſt Chriſti erga Eccleſiam ſuam ſponſam: Paul. teſt. ibid.

Ideo maximum amorem exprimere volens Dauid erga ſuum Ionathanum dicit: Super dilectionem mulierum fuit mihi dilectio tua. 2. Sam. 1. v. 26.

L. III.

L. III. De indiſſolubili vinculo cõiugij, non omnes idem iudicant. Multi enim deſertis vxoribus militatum abeūnt: alij etiam foris alias ſuperinducunt vxores: alij miſeras coniuges (vbi eas faſtidire cœperint) domo eijciunt: alij alia ratione rumpere matrimonij vincula tentant. Adulteris hos æquat Chriſtus, quomodocunque agant. Nec niſi morte rumpendum vnquam hoc vinculum. Tum enim ſoluta eſt vxor à viro, & vir à muliere, vbi mors illos ſeparat. Teſte Apoſtolo Rom. 7. 1. Cor. 7.

At viuente coniuge nunquam licet ducere aliam: vel ductam ſemel deſerere. Sunt enim alligati & colligati mutuo. 1. Cor. 7. verſic. 27. Et ſunt conglutinati à Deo ipſo. Matth. 19. verſ. 6. Sic enim Chriſtus ex ore Adami, imo ipſius Dei patris pronunciat: vir adglutinabitur (προσκολληθήσεται) vxori ſuæ. Et eodem loco verſu eodem dicit, Deus coniunxit (συνέζευξεν) virum & fœminam. Igitur homo non poteſt ſeparare ſeipſum: nec per alios etiam poteſt ſeparari. Strictiſſime ergo ſeruanda fides matrimonij ſemel data. Adulteros iudicabit Deus. Hebr. 13.

At ne promiſſionis ſemel factæ pœniteat, conſulto opus eſt. Nec temere quicquam vel præcipiti conſilio ſtatuendum: Sed præmiſſis precibus ardentiſſimis. Quam vero dediſti fidem, ſerua inuiolate, &c.

Thema LXXVI.

Ex Luc. 1. Cap.

Erat in diebus Herodis Rdgis Iudææ Saeerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abea, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iuſti ambo coram Deo verſantes in omnibus præceptis & iuſtificationibus Domini irreprehenſibiles. Nec erat illis proles, eo, quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo profectæ iam eſſent ætatis, &c.

Digitized by Google

Poſſet hoc Thema nuptijs Miniſtrorum Eccleſiæ forſitan non incommode aptari: cum hic legatur Sacerdos vixiſſe in coniugio Deo placenti.

DISPOSITIO.

Deſcribitur nobis hoc loco coniugium inter homines pijſſimos & ſanctiſſimos, Zachariam videlicet & Eliſabetham, ante annos 1642. (ſicque ante Chriſtum natum annis 37.) initum, tempore Antonij & Auguſti à quibus approbante Senatu Romano, Herodes Magnus Rex Iudeæ deſignatus eſt. Quia igitur Deus huius coniugij memoriam ad noſtra vſque tempora, poſt tam multas annorum centurias exſtere voluit, nihil eſt dubij, quin ad noſtrum emolumentum huius rei diligens meditatio cedere poſſit. Videamus igitur:

1. Matrimonium inter Zachariam & Eliſabetam initum.
2. Quomodo conſtante hoc matrimonio vixerint.
3. Quam illi experti fuerint fortunam in coniugio.

I.

Zacharias legitur fuiſſe Sacerdos, & quidem inter illius temporis primarios fuit. Deſcendebat enim ex Abia, qui erat ex filijs Eleaſari & Ithamari, cui octaua ſors cecidit. 1. Par. 75. v. 10.

Sicque erat ex ſtirpe Aaronis prognatus: cuius poſteritas continua ſucceſſione fungebatur ſacerdotio.

Duxit is vxorem Eliſabetham nomine. Et quidem contribulem ſuam, quæ ex familia Aaronis deſcendiſſe legitur hoc loco. Id facit iuxta legem. Num. 36 v. 7. & 8. vbi præcipitur, vt quilibet Iſraelita adhæreat hæreditati patrũ ſuorum, & vt quælibet fœmina accipiat maritum de tribu ſua, &c.

Hanc legem obſeruat Zacharias & merito quidem, ne talis ſit offendiculo. Id etiam feciſſe legitur Tobias ſenior Tob. 1. verſ. 9. idem obſeruat filius iunior, Angelo monente. cap. 6. v. 11.

LOCVS

LOCVS. I. Poſſemus dicere, cum paribus optima ratione coniugium iniri. De quo ſæpiſſime alias. Ouid. Si qua volts apte nubere, nube pari.

L. II. Videmus Eccleſiæ Miniſtros nulla ratione poſſe arceri à coniugio. Cum optimus Zacharias ſacerdos Domini, & qui in officio conſtitutus legitur expreſſe, (ſecundum ordinem Abia) à coniugio non abhorruerit: nec fuerit propterea reprehenſus.

Quinimo mandatum erat à Domino, vt Sacerdotes ducerent vxores virgines. Leuit. 21. v. 3. & 13. Idque ſanctiſſimis etiam & ſummis ſacerdotibus, quos ſingulari ſanctitate volebat pollere, erat mandatum. Nec permiſſum tantum, ſed præceptum erat his, de quibus dicit Dominus: Ego Dominus, qui ſanctifico eos. Si igitur tum non pollutus eſt ſacerdos matrimonio, vt indignus fuerit habitus, qui fungatur officio ſuo, quid de Sacerdotibus Noui Teſtamenti dicemus? Sed hoc nobis explicat clarius Apoſtolus ipſe, 1. Tim 3. Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris maritum, irreprehenſibilem. Ibidem: Diaconi ſint vnius vxoris mariti, qui liberis recte præſint. Etenim propter ſcortationem [vitandam] vnuſquiſque propriam habeat vxorem 1. Cor. 7. Siue Eccleſiæ miniſter, ſiue alius ſit. Et honorabile coniugium IN OMNIBVS. Heb. 13.

L. III. Hoc vero monet tum exemplum Zachariæ, tum ipſius Dei & Pauli Apoſtoli præceptum, vt miniſter Eccleſiæ ad cauenda offendicula, non temere ducat leuiculam, vagabundam, bibulam, vel inhoneſtam aliam. vide 1. Tim 3. Idem vult lex Leuit. 21. v. 7. Non ducat ſcortum, vel ab alio vitiatam, aut repudiatam. Non enim ipſum tantum decet irreprehenſibilem eſſe, ſed det operam, vt nec per vxorem, nec per familiam cuiquam ponatur offendiculum. Matth. 18. v. 6. Et optandum ſane nonnullos interdum cautius mercari, &c. De hoc ſapientibus ſatis dictum.

Digitized by Google

II.

Sed quales fuerunt hi duo coniuges? Quomodo in matrimonio vixerunt? Optime ſane.

1. Sic enim ipſos commendat Spiritus ſanctus: ERANT PII. Non offendebant Deum peccatis contra conſcientiam. In Græco eſt, erant δίκαιοι, iuſti. Non quod ſine peccatis vixerint: ſed quod fide in Meſſiam iuſtificati fuerint. Qui enim credit in ipſum, iuſtus eſt. Actor. 13 verſ. 39. Peccat enim Zacharias etiam iuſtus, hoc eodem capite, dubitans de promiſſione facta. verſic. 18.

2. Et quomodo fuerit iuſti, ipſe Euangeliſta explicat verbis ſequentibus: Ambulant in præceptis Dei omnibus, & iuſtificationibus Domini. Obſeruabant leges Dei per Moſen traditas, ne contra illas peccarent aut indignum aliquod facinus admitterent.

3. Sicque ambulabant iuſte & pie coram Deo: non ſimulantes tantum pietatem coram hominibus. Sed ipſe qui cor intuetur, nouit illos ſincero corde timere Deum.

4. Irreprehenſibiles etiam erant coram hominibus, vt nemo bonus poſſet de illis male loqui.

5. Et tales quidem erant ambo. Tam Eliſabeth, quam ipſe etiam Zacharias.

L. Qua fronte obloqui audent Spiritui ſancto, qui coniuges Deo placere non poſſe, & in coniugio idem eſſe, quod in carne viuere, bſaſphemant.

Nunquid enim contrarium ex hoc loco non patet? Ambulabant hi coniuges pie & ſancte coram Deo & hominibus. Et ita placuerunt Deo, vt digni habeantur, ex quibus præcurſor Chriſti naſcatur. Nec ita vixerunt in cœlibatu, vel quando ab inuicem diſceſſerunt (quod non legitur fuiſſe factum) ſed in coniugio, & conſtante matrimonio iuſte & ſancte vixerunt.

Faceſſant ergo hinc, qui coniugium vitæ genus impu-

rum

purum eſſe garriunt. Cœlibatum impurum magis credendum eſt, cum illi ſtimulos conſcientiæ ſentiant, qui vri quam nubere malunt: & qui grauius peccare contendunt ſacerdotem, ſi coniunx fiat, quam ſi fornicetur.

Locvs II. Inſigne vero illud piorum coniugum Zachariæ & Eliſabethæ encomium, calcar addere debet omnibus piis coniugibus, vt illorum pietatem imitari ſtudeant,

Viuant ergo 1. ſancte coram Deo, quantum quidem hæc carnis infirmitas admittit. Nunquam enim ἀναμάρτητοι erunt. Si autem credant in eum, qui iuſtificat impium. Rom. 4. erit ipſis Chriſtus iuſtitia, 1. Cor. 1 Et iuſtificati fide, pacem habebunt cum Deo. Rom. 5.

2 Viuant etiam irreprehenſibiles coram mundo: vt nemo poſſit, etiamſi velit, famam illorum lædere. Huc pertinet amor ille mutuus & concordia; quæ Deo & hominibus placet. Syr. 25. Et hoc eſt ambulare in viis & præceptis Domini. Vult enim Deus, vt vir adhæreat vxori ſuæ. Geneſ. 2 nec deſpiciat illam. Mal. 2. & ne ſit amarulentus erga ipſam: Col. 3. quin potius diligat ex animo. Epheſ. 5.

Vxor viciſſim dilectum maritum veneretur vt caput: Epheſ. 5 Subdita ſit poteſtati illius, propter Dominum, qui ſubiecit illam Geneſ 3. & honore ipſum proſequatur, ſicut Sara ſuum Abrahamum. 1. Pet. 3.

Hoc niſi feciſſent coniuges hi, Zacharias & Eliſabetha, nunquam Spiritus ſanctus hoc ipſis perhibuiſſet teſtimonium, quod ambulauerint in præceptis Domini.

III.

Quam vero fortunam experti fuerint hi coniuges, paucisſimis & recte quaſi innuit Scriptura.

Nec dubium quin Deus ipſis benedixerit, omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, Epheſ. 1 Id inde patet, quod veram veri Dei cognitionem habuerunt, & Chri-

Chriſtum etiam Meſſiam nouerunt, in quem exhiuendum crediderunt, & exhibitum prædicarunt, quod patet ex Luc. 1.

Sed nec corporales benedictiones defuerunt illis piis & ſanctis hominibus. Vitam enim longæuam (quæ non eſt minima pars benedictionis temporalis, quod apparet ex Pſal. 128. v. 6 Et Pſal. 55. verſ. 24. & Deut. 5. verſ. 16. Exod 20 verſ. 12) largitur ipſis Dominus Sic Lucas: Erant prouectæ ætatis ambo. Et tamdiu vixerunt, vt Chriſti præcurſorem & ipſum Chriſtum videre poſſent.

At calamitate aliqua & cruce illorum coniugium longo tempore afflixit Deus Clementiſſimus, ſterilitate videlicet. Etenim vſque ad ſenectutem non habent prolem: nec ſpem amplius prolis, cum prouectiores ſint ætatis ambo. Quam grauis fuerit illius hæc ſterilitas, Angelus Domini Gabriel oſtendit: dicens, quod hactenus audierit ſterilis Luc. 1. verſ. 36. Pro infamia enim reputabatur tum ſterilitas. Ideo ibidem verſ. 25. lætatus Eliſabeth, quod Deus abſtulerit probrum illius inter homines, cum promiſſus ipſi eſſet filius.

Hanc calamitatem multo tempore patienter tolerarunt, ideoque Deus miſertus illorum, ſingulari miraculo ipſis naſci voluit filium Ioannem præcurſorem Domini. Sicque multum exhilarauit ipſos, & crucem ſuſtulit.

LOCVS. Inſignem continet hic locus conſolationem pro pijs coniugibus, eamque multiplicem.

1. Vident enim illi, Deum variis modis benedicere ſuis in matrimonio, ſpiritualiter & corporaliter, his ſcilicet, qui pij ſunt & ambulant in præceptis Domini, ſicut Zacharias cum coniuge. Et continet hic locus exemplum illius Paulini. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt, habens promiſſiones, &c.

2. Sed neque hoc caret conſolatione, quod Spiritus ſanctus teſtatur: licet Deus etiam piiſſimos coniuges

non

non abſque calamitatibus viuere ſinat, tamen hoc non eſſe indicium irati Dei. De his Paulus 1. Cor 7. Afflictionem in carne habituri ſunt eiuſmodi homines. Eſt enim illa regula generalis omnibus, qui pie volunt viuere; patientur perſequutiones Satanæ & mundi, qui ſunt hoſtes piorum 2. Timoth. 3. verſ.12. Et per multas tribulationes ingredimur in Regnum cœlorum: Actorum 14. verſ. 22.

Et qui abſque tribulatione ſunt, ſpurij ſunt. Heb. 12. Non autem ſinit vltra vires tentari Deus, ſed dat cum tribulatione euentum. 1. Cor. 10 Et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8.

Quibus igitur pijs coniugibus grauis etiam eſt ſterilitas, cogitent de hoc exemplo Zachariæ: imo etiam Abrahami, Rebeccæ, Hannæ matris Samuelis, &c. quibus omnibus idem accidit multis annis. Et tamen tandem Deus annuit votis illorum.

Quod ſi id tibi non contingat, cogita melius eſt mori abſque liberis. Syrac. 16. verſ. 4. Sunt tempora mala. Luc. 23. verſ. 29.

POSSVNT VERO HÆC ETIAM AD ALIA CALAMITATVM GENERA ACCOMMODARI.

THEMA LXXVII.

Ex Ioanne. 2. Cap.

Et die tertia nuptiæ fiebant in Cana Gallileæ, & mater Ieſu erat ibi.

In nuptiis Laurentij Diemi. V. I. D. Anno 1602. 5. Octobris.

DISPOSITIO.

Pauciſſimis his verbis deſcribitur feſtiuitas quædam nuptialis, ſolennisque actus in Cana Gallilææ celebratus. At celebrare nuptias apud nos eſt communiſſimum: videmus id hebdomadatim fieri. Neque vero omnes qui

qui vel nuptiis interſunt, vel tantum ſunt ſpectatores earum, de hoc cogitant, quid ſibi velint hi actus ſolennes. Alijs ſatis eſt, vidiſſe ſponſum & ſponſam cum ſuis hoſpitibus ad Templum pergentes. Alij contenti ſunt, ſi ſatientur cibo & potu diebus nuptiarum. Imo ipſi Neogami tum ſe officio ſuo ſatisfeciſſe putant, ſi confirmatione matrimoniali facta, hoſpites inuitatos lauto & opiparo conuiuio excipiant.

Nos vero rem hanc paulo altius repetemus & dicemus. 1. Quid de his ſolennitatibus & feſtiuitatibus nuptiarum ſit ſentiendum: vnde habeant originem.

2. Quid hæc omnia tam ipſos Neogamos, quam alios, vel præſentes hoſpites, vel ſpectatores monere debeant.

I. Pars.

Vetuſtiſſimæ ſunt ſolennitates & feſtiuitates nuptiarum publicæ, Legimus enim ante annos 3300 circiter nuptias fuiſſe celebratas, ante Chriſtum natum annis plus minus 1770. Nec abſque conuiuio nuptiali & cæteris ſolennibus. Gen. 29.

Sic & Samſonis nuptiæ ſolennes celebrantur ante 2700. annos. Conuiuium ſolenne inſtitutum durat 7. diebus. Ideoque pro more gentis Iud. 14.

Chriſtus ipſe ante 1500 & plures annos ſolennitati nuptiarum interfuit in Cana. Ioan. 2. De nuptiis Tobiæ. Tob. 8 legimus.

Sic & hoſpites & amici inuitati ad congratulandum & conuiuandum. Ad nuptias Iacobi, Gen. 29. Samſoni adduntur iuuenes honoris cauſa. Iud. 14. Chriſtus cum matre & diſcipulis adeſt, in verbis prælectis.

Neogamos honorario aliquo gratitudinis & amoris cauſa donare, antiquiſſimum. Cum idipſum Chriſtus inſigni miraculo teſtatum facere voluerit.

Quin ſi antiquiſſimas recolimus nuptias, ante annos 5564. celebratæ ſunt nuptiæ Adami & Euæ. Quibus interſunt

Digitized by Google

interſunt Tres perſonæ Trinitatis, DEVS Pater, Filius & Spiritus ſanctus: Et ſanctiſſimi Cherubim atque Seraphim, Angeli atque Archangeli. Paranymphus ipſe Omnipotens eſt, adducit ſponſam Adamo. Idem etiam copulat & Saaerdotis officio fungitur: habita concione nuptiali, ex hoc textu: Creſcite, multiplicamini, & replete terram.

Congratulatur ipſis nouis nuptis tota Trinitas, Gen. 1. Benedixit illis, &c. Congratulantur Angeli. Donantur hoc honorario: Dominamini piſcibus maris, &c. Geneſ. 1.

Kein ſtattlichere Hochzeit iſt nie geweſen: auch kein ſtattlichere Verehrung gethan worden.

Vſus.

Hinc non antiqua tantum nuptiarum conſuetudo, ſed & idipſum patet, quod Deo non diſpliceant nuptiarum ſolennitates & feſtiuitates: ſi omnia fiant in timore Domini, pro ratione conditionis & qualitate perſonarum.

Quin etiam Chriſtus tot parabolis de nuptiis & inuitatis, Matth. 22. & 25. teſtatur, ſe nuptiarum ſolennitatibus omnino delectari.

Cumque Angelos iubeat in nuptiis miniſtrare Altiſſimus, non eſt dubium, quin hæc ipſi vehementer placeant, quæ hic fiunt.

De Angelorum officio circa piorum nuptias extant teſtimonia. Gen. 24. Tob. 5. & aliis locis.

Et adeſt ipſa Sacroſancta Trinitas modo inuiſibili, omni ſua gratia. Vbi enim duo aut tres congregati in nomine. Matth. 18. Hac tamen conditione: ſi omnia pie, honeſte ordine & decenter fiant.

Ideo conſolatur virum Salomon Eccleſ. 9. Perfruere vita cum vxore tua, &c. Bibe vinum tuum. Placent Deo opera tua.

Et 1. Cor. 10. Siue edatis, ſiue bibatis, omnia &c.

Ideoque

Ideoque hæc nemo bonus poterit reprehendere: niſi velit ſapientior eſſe DEO.

Nemo etiam auerſetur nuptias honeſtorum coniugum: ſed omnibus rationibus iuuet.

II.

Nunc vero diſpiciendum, quam ob rem tales nuptiarum feſtiuitates inſtitutæ, quare hactenus obſeruatæ, & quid illæ honeſtos coniuges, atque alios etiam, ſiue hoſpites, ſiue peregrinos; docere poſſint.

1. Primum autem teſtantur Noui coniuges hoc actu publico & ſolenni; quod liberrima voluntate, prompto animo; non coacti, nec inuiti, ſed præuia matura deliberatione matrimonium contrahant, idipſum etiam inuiolate ſeruare cupiant; nec prius inuicem deſerere velint, quam mors illos ſeparet.

Cuius rei teſtem inuocent Deum in cœlis & totam Eccleſiam præſentem.

Ideoque non clam fiunt hæ promiſſiones & copulationes, ſed in præſentia Eccleſiæ & honeſtorum hominum:

Quoties igitur recordantur huius ſolennis feſti, toties admonentur, quod perpetuum ſit fœdus inter ipſos: & quod nunquam poſſint ab inuicem diſcedere:

Et quia ſolennitas iſta teſtatur, Deum ipſos coniunxiſſe; nemo illos ſeparare cogitet. Matth. 19.

Quemadmodum igitur in contractibus alijs, qui publice fuerunt initi, non licet quicquam retractare: ita nec hic Propterea olim contractus fiebant in porta ciuitatis. Boas Ruth promittit matrimonium in porta ciuitatis coram Senioribus ciuitatis: Ruth. 4. Deuter. 25. præcipit Dominus, vt in porta moneatur frater; de ducenda vidua fratris abſque liberis defuncti. Si nolit id facere, publice confundatur.

Hic itaque contractus & publicus & legitimus eſſe debet atque perpetuus, qui ſemper durare debet. Et matrimo-

trimonium non propter nuptias, ſed nuptiæ propter matrimonium fiunt.

II. Deinde hac ſolennitate non tantum Neogami ipſi, ſed & præſentes hoſpites, & quicunque alij in Eccleſia adſunt ſpectatores boni, hac ſua præſentia teſtatum faciunt, quod honeſte ſentiant de matrimonio: & quod agnoſcant eſſe ordinationem diuinam. Ideoque non auerſantur illud. Quæ enim honeſta ſunt, ea publice tractantur & neminem pudet eorum. Honorabile ergo etiam coniugium in omnibus. Heb. 13

At inhoneſta clam peraguntur. **Man braucht nicht Trummel vnd Pfeiffen darzu.**

Quamuis autem coniugium ſit res honeſtiſſima, inuenti ſunt hæretici, qui iſtud improbarunt.

Apelles & Seueriani muliebrem ſexum plane damnarunt. Manichæi etiam improbant coniugium, & à Diabolo omnis mali authore inſtitutum mentiebantur.

Quinimo inter Chriſtianos non defuerunt, qui coniugium vitę genus carnale vocarunt, in quo Deo placere nemo poſſit. Et prædixit Daniel cap. 12. futurum, qui mulierum amorem ſit deteſtaturus. Paulus hanc vocat doctrinam Dæmoniorum, quod ſint futuri, qui nubere prohibeant. 1. Tim. 4.

Ideoque neceſſe eſt, non tantum honeſtos coniuges, ſed & alios publice teſtari, quod rectius non ſentiamus de coniugio, quod authorem habeat Deum Opt Max.

Sic etiam conſolationem habent Neogami, quod non contra voluntatem Dei facti ſint coniuges, & quod ſpetare poſſint omnem Dei benedictionem, Bene ipſis erit, Pſal. 128 Benedicetur homo, &c.

III. Omnes quicunque adſunt nuptijs, & Eccleſia tota, quæ ad talem actum nuptialem conuenit, precibus ſuis iuuant Neogamos. Ideoque publico ſigno dato vocantur plures ad templum, non hoſpites tantum, ſed & omnes alij. Exempla gratulationum ab amicis extant Geneſ. 24. Tob. 7. Ruth. 4. Vbi non amici tantum, ſed

& omnes ciues gratulantur Neogamis. Sunt hæ gratulationes inſtar piarum precum. Iuuandi autem interceſſionibus omnes ſtatus, omnium hominum ordines. 1. Tim. 2. Et pondus habent interceſſiones apud Deum. Gen. 20. v. 7. Act. 12. Contra Diabolum hoſtem coniugij orandum, vt illius conatus impediantur.

Thema. LXXVIII.

Ex Ioan. 2.

Et die tertia fiebant nuptiæ in Cana Galileæ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus autem eſt Ieſus & Diſcipuli eius ad nuptias.

DISPOSITIO.

Celebrari nuptias ſolennes in Cana audimus hoc loco. Ad nuptialem vero proceſſum plerique noſtratinm accurrunt, eam potiſſimum ob cauſam, vt hoſpites inuitatos, vel honoratiores perſonas, vel peregre aduentantes ſpectare poſſint. Et ſane ſunt hoc loco præſentes hoſpites omnium honoratiſſimi: Maria mater Domini: Apoſtoli pijſſimi & ſanctiſſimi: & qui omnium eſt maxime illuſtris filius Dei viui, Saluator mundi, cui data eſt omnis in cœlo & terra poteſtas. Matth. 28. Cuius non tantum honorifica, ſed etiam vtiliſſima eſt præſentia. Quia vero apud nos etiam in hoſpitibus inuitandis interdum varie erratur, agite occaſione præſentis hiſtoriæ breuiſſime dicemus.

1. Quinam hoſpites inuitandi ad nuptias.

2. Quodnam officium hoſpitum inuitatorum ſit: vt ſic & Neogami futuri & hoſpites porro inuitandi ſciant, quid faciendum ſit.

I. Pars.

1. Maria mater Domini hiſce nuptijs intereſt. Et creditur fuiſſe cognata vel ſponſi vel ſponſæ hoc loco. Dici-

Dicitur enim, erat ibi, quaſi diceret Euangeliſta, quod nuptijs iuuandis plurimum fuerit intent?. Coniecturam auget interceſſio illius pro ſponſo & ſponſa, ne pudefiant vino deficiente.

Monet hæc circumſtantia, nuptijs adhibendos eſſe cognatos, propinquos & vicinos, &c. Quod antiquitus obſeruatum eſſe patet ex Geneſ. 29. verſ. 22. & Tob. 8. verſ. 21.

His enim maxime curæ eſſe debet ſalus Neogamorum vel ſanguine iunctorum, vel amiciſſimorum.

2. Inuitantur Diſcipuli Chriſti. Homines licet abiecti & pauperes, honeſti tamen & pij, amici Chriſto chariſſimi, & propter eundem Magiſtrum ſuum gratiſſimi hoſpites.

Monet hæc circumſtantia, non negligendos eſſe vel cognatos vel alios amicos pauperes propterea, quod illorum præſentia non videatur futura vel vtilis, vel honorifica admodum Neogamis.

Etenim ſi pij ſunt, plus proderunt illi pauperes, quam ditiſſimi quique impij. Et qui pauperem cõtemnit, Creatorem illius deſpicit Prou. 17. v. 5. Melior etiam pauper honeſtus, quam vir impius diues Prouerb. 19. verſic. 1. & 22 & c. 28. v. 6.

1. Sed ante omnes honoratiſſimus ſimul & vtiliſſimus omnium inuitatorum hoſpitum, eſt Chriſtus filius Dei viui. Agnoſcunt præſentes Neogami in Cana ipſum eſſe Meſſiam, vel tamẽ Prophetam inſignem, & nota eſt ipſis illius vita abſque peccato tranſacta. Hunc omnino præſentem nuptijs intereſſe deſiderant, ſperantes fore vt illius præſentia ſit honorificentiſſima. Nec falluntur. Sed & vtiliſſima fuit præſentia, cum donarium ipſis obtulerit ſplendidum, inſigni & nouo plane miraculo, ex aqua factum vinum meraciſſimum. De quo illi cogitare non potuerunt. Eſt enim primum miraculum in Galilæa à Chriſto editum, quo gloriam ſuam manifeſtauit.

1. Monentur omnes, qui inuitaturi ſunt hoſpites ad

nuptias, ne inuitent homines, qui non ſunt ſatis laudatæ famæ: vel eos, qui coram mundo quidem videntur Magnifici, aſt Deo ſunt inuiſi: quod multi faciunt propter lucrum, quod ſperant ex illorum liberalitate. Cum nuptiarum ſolennitas res ſit diuina, & Deo placens, non adhibendi illis homines leues, irreligioſi & inimici Dei: ſed pii, & tales, de quorum precibus poſſimus eſſe certi, quod Deo ſint placituræ.

2. Sed & ante omnes alios Chriſtus Saluator noſter inuitandus ad nuptias: ſi vtilem, ſi honorificam cuiuſcunque hoſpitis deſideramus præſentiam.

Quamuis autem viſibili modo præſens non ſit affuturus, vt in Cana, præſentiſſimus tamen omnibus eſſe vult. Matth 18 & 28.

Inuitatur autem pijs precibus ante & poſt nuptias. Matth. 18. Si conſenſerint duo, &c. Conſentiant ergo ſponſus & ſponſa ad precandum Dominum: exemplo Tobiæ & Saræ. Tob. 8. v. 4 & 6.

Eritque præſentia illius nobis vtiliſſima. Si enim maxime non ſingulari miraculo benedicat Neogamis, tamen varijs benedictionis modis ipſos cumulaturus eſt: vt habeant vnde viuant. Benedicet labori manuum, vt inde viuere poſſint. Pſal. 128.

Aquam faciet vinum, hoc eſt: Triſtitiam vertet in gaudium.

II.

Hoſpites inuitanndos eſſe diximus, & quales, audiuimus. Nunc quid ipſorum ſit officij dicendum: idque non ſine cauſa. Sicut autem vulgus hominum ipſos tantum inuitat propter munera, vel quod ita vſus obtinuerit conuocare hoſpites, &c. parum curantes cætera quæ magis ſunt neceſſaria: ita plurimi etiam ex vulgo homines imperiti accedunt ad nuptias, nunquam de his cogitantes, quæ omnium maxime requiruntur ab illis.

I. De-

Digitized by Google

I. Debent illi ſua præſentia non tantũ teſtari amorem erga Neogamos : ſed hoc etiam demonſtrare ſimul, quod agnoſcant, hanc ordinationem diuinam eſſe ſanctam & Deo placentem; Deoque cum Tobia (Tob 8. gratias agere, quod ſingulari ſua prouidentia inuenerit homini adiutorium, & coniugium remedium eſſe voluerit, contra vagas libidines, vt ſic poſſint duo in carne vna ſuauiſſime viuere, onera coniugij facilius portare, & ſpem habere vitæ æternæ : ſi in fide manſerint. Hinc merito bonitas, miſericordia, ſapientia ſimul & prouidentia æternis laudibus celebranda. In hunc finem introductæ ſunt preces ad nuptias publicæ, quæ fiunt in Eccleſia.

II. Alterum eſt, quod Neogamis & valde neceſſarium eſt, & vtile inprimis. ſcilicet, vt ipſos non tantum precibus iuuent in templo : ſed vt pijs ſuis votis interuenientibus apud Deum obtineant Neogamis omnia, quæ facere poſſunt ad æternam & corporalem illorum ſalutem. Nihil aliud enim ſunt hæ gratulationes, quam piæ preces, quas etiam Deus ratas habere vult. Ideo olim fuerint vſitatiſſimæ in nuptijs. Geneſ. 24. Ruth. 4. Tob. 7.

III. His ita peractis, quæ ſunt principaliſſima, decet (quod & hoc locô in Cana fit) hoſpites inuitatos hilari animo cætera nuptiarum ſolennia iuuare, & expedire: vt publica lætitia, non tam noſtros, quam nouorum coniugum animos, (de futuris varijs & incertis euentibus valde alioquin ſollicitos) recreemus : amicis, propinquis & cognatis noſtra officia & beneuolentiam noſtram offeramus, polliceamur, præſtemus : Atque tandem Neogamos honeſto aliquo munuſculo, pro ratione facultatum noſtrarum, liberaliter donemus, & (præſertim ſi pauperes ſint) Oeconomiam illorum propediem inſtituendã nonnihil hoc pacto iuuemus : vel in ſignum amoris noſtri donarium aliquod, amicis & cognatis (ſi maxime ditiores ſint, qui hiſce non opus habeant) pro more con-

ſueto exhibeamus Sic honeſte nuptijs intereſſe, & optime illas finire poterimus.

Thema LXXIX.

Ex Ioannis 2. cap.

Et die tertia fiebant nuptiæ in Cana Galilaæ, & erat ibi mater Ieſu. Vocatus eſt autem & Ieſus ad nuptias, & diſcipuli eius. Et vbi defeciſſet vinum, dicit mater Ieſu ad eum, vinum non habent. Dicit ei Ieſus: Quid mihi tecum eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt vſque ad ſummum, Et dicit eis: Infundite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt. Poſtquam autem guſtaſſet Abitriclinus aquam in vinum verſam, neque ſciret, vnde eſſet, (ſed miniſtri ſciebant, qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo loco bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt. Tu ſeruaſti bonum vinum vſque ad hoc tempus. Hoc edidit initium ſignorum Ieſus, in Cana Galileæ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.

DISPOSITIO.

Nuptiæ hoc loco deſcribuntur celebratiſſimæ. Licet enim ſponſus & ſponſa (quod docent circumſtantiæ aliquot) fuerint homines pauperes & abiecti, hoſpites tamen ſunt honeſtiſſimi & illuſtres perſonæ. Adeſt

Adeſt enim filius Dei, Rex Regum, Dominus cœli & terræ, cum matre & Apoſtolis ſuis. Quia vero tria ſolemus alioquin ſpectare in nuptijs celebrioribus, præter ſponſum & ſponſam: agite hæc tria etiam nunc conſiderabimus.

1 Qui interfuerint hoſpites hiſce nuptijs.

2. Quid fiat in conuiuio: Wie man tractiere/vnnd luſtig ſey.

3. Quæ munera Neogamis oblata.

Pars I.

Ad nuptias in Cana comparent hoſpites inuitati. Primum dicitur, ibi fuiſſe mater Ieſu. Opinantur enim nonnulli ſponſum fuiſſe Ioannem Euangeliſtam: qui fuit filius Salome, ſororis Mariæ. Sponſam illius Mariam Magdalenam fuiſſe autumant. Sed vero id non eſt ſimile. Nicephorus putat ſponſum fuiſſe Simonem Cananæum. At quia Scriptura de hoc tacet, non opus eſt ſolicite inquirere.

Quicunque fuerint hi coniuges noui, pauperes certe fuerunt, cum vinum mox primo conuiuio deficiat. Præter Mariam inuitati adſunt Diſcipuli, Comites Chriſti: Et ipſe etiam Saluator cum illis præſto eſt, in honorem nuptiarum & Neogamorum.

L. I. DOCET Chriſtus ſua præſentia id, quod Heb. 13. extat, in omnibus honorabile coniugium.

Contra furores Nicolaitarum, Tacianorum & Encratitarum, & omnium eorum, qui hoc genus vitæ dehoneſtare conantur, prohibentium nubere. 1. Tim. 4. & cœlibatum ſuum commendantium.

Authorem autem habet Deum, qui etiam conſeruat hanc ſuam inſtitutionem Honorat id Chriſtus non tantum hoc loco, ſed quod amorem ſuum erga Eccleſiam hoc myſterio denotat. Eph. 5.

Honorat id Spiritus ſanctus, varijs præceptis paſſim in Scriptura hunc ſtatum muniens & defendens.

2. Sic probatur illorum patientia, fides, ſpes charitas & mutua dilectio. Tobias cæcus. Tob. 2. verſ. 12. & 14.

3. Et non ſunt dignæ tribulationes, ad gloriam reuelandam. Rom. 8.

4. Mitigantur etiam calamitates, vt ſint tolerabiles: 1. Corinth. 10. verſ. 13. Hoc loco mox Chriſtus ignominiam hanc aufert, & magna gloria ornat hoc conuiuium, ſicut iam ſtatim audiemus. Ideoque patienter ferant. 1. Coniuges, hanc calamitatem, quam Deus immittit.

2. Nihil Deo præſcribant. Scit enim, quid facere debeat, quid vtile, quidglorioſum ſit.

3. Et iuſſa illius fideliſſime exequantur.

Hauriant illi aquam & impleant hydrias: hoc eſt, Faciant operas vocationis ſedulo: & Deus dabit incrementum. De hoc ipſi non ſint ſolliciti, quomodo Deus illos vel ditare, vel ſuſtentare velit. Vide totum Pſalmum. 127.

III. Pars.

Chriſtus obſeruat morem etiam noſtro ſeculo pluribus locis vſitatum, vt ſcilicet ad menſam offerat munus ſuum. Inſigni enim & hactenus plane inaudito miraculo, aquam, qua illi hydrias ſex impleuerant, conuertit in vinum meraciſſimum. Ita vt miretur architriclinus, vnde hoc vinum. Sicque non tantum his Neogamis & præſentibus hoſpitibus manifeſtauit ſuam gloriam, ſed etiam magna vini copia donauit Neogamos. Capiunt enim ſex hydriæ iuxta quorundam computationem vltra 360. menſuras vini. Zween Eimer vnnd 40. Maß

L I. Magna hæc eſt coniugibus conſolatio, quod vident Chriſtum, ſi is præſens ſit, omnibus poſſe & velle benedicere, & vel ex aqua facere vinum.

Vult autem adeſſe omnibus piis & Deum timentibus.

bus. Matth. 18. 28. His coniugibus ipſum benedicturum teſtis eſt Pſal. 128. Si patienter ferant onera coniugii, & orationi inſtent, fidemque coniugii ſeruent inuiolabiliter. Da will er ein ſolliche Hochzeit Schenckin thun / daran ſie jhr lebenlang ſollen haben. Vide, quomodo benedixerit coniugio Iacobi, vt qui cum baculo tranſiit Iordanem, reuertatur cum exercitu duplici. Geneſ. 32 Neque eſt abbreuiata manus Domini Eſa 59. Dummodo nos faciamus officium. Nunquam Deus abſque munere nos dimittet.

L. II. Licet magna copia vini donauerit illos Chriſtus, non leguntur tamen ſtrenue potaſſe, &c. Non toleraſſet Chriſtus hoc, ſi ſuo dono abuſi fuiſſent ad ebrietatem. Ita in nuptiis debebamus modice vti vino, ad hilaritatem, non ad ebrietatem. Væ autem illis, qui hoc dono tam turpiter abutuntur. Eſa. 5. verſic. 11. Multi putant, ipſis hoc vitio vertendum, ſi ex conuiuio nuptiali diſcedant ſobrii. Magna hæc eſt ἀσωτία. Epheſ 5.

At facit vinum ad reſtinguendum. 1. Sitim. 2. Ad ſanitatem. 1. Tim. 5. v. 23. 3. Ad hilaritatem. Pſal. 104. Verum ad ebrietatem nunquam legitur Deus vinum deſtinaſſe. Reprehenditur potius hic vini abuſus (qui nuptiis plerunque eſt maximus) præter ſupra dictum locum etiam Prou. 20. 23. Eſa. 5. Gal 5. 1. Corinth. 6.

THEMA LXXX.

Ex Ioan. 3. v. 29.

Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.

DISPOSITIO.

Hæc verba non protulit vir quidam vulgaris, ſed qui maximus eſt inter natos ex mulieribus: Ioannes ſcilicet

licet Baptiſta. Loquitur autem de Chriſto Domino noſtro, cumque vocat ſponſum, ſe vero illius amicum vocat. Quia non tantum ſecundum carnem erat cognatus Chriſti, ſed etiam illius præcurſor conſtitutus à Deo, de quo multis annis, antequam naſceretur, per Malachiam hoc fuit prædictum. Malach. 4. Quamuis autem hæc de ſpiritualibus nuptiis dicta, ſpiritualiter etiam intelligenda ſint: poſſunt tamen illa etiam nuptijs temporalibus ſeruire. Ideoque primum ſpiritualia delibabimus, deinde eadem etiam ad temporalia accommodabimus, de quibus ſimilitudo iſta nos monet. Quia autem certæ ſunt perſonæ hic nobis nominatæ, de ſingulis ordine dicendum. 1 De ſponſo, & de ſponſa, (dann die beyde gehören zuſamen.) 2. De amicis ſponſi.

I. *Pars.*

Chriſtus non in Nouo tantum, ſed & in Veteri Teſtamento ſponſus vocatur, vnde Iohannes etiam hic ipſum ita nominauit. Etenim quia ſponſam habet, vere ſponſus eſt. Pſal. 45. Deſcribitur veſtitus ſponſæ, verſ. 10. & proceſſus nuptialis, &c. Idipſum Chriſtus explicat. Matth. 22. Simile eſt regnum cœlorum Regi. qui fecit nuptias filio.

Hoſ. 2. verſ. 19. Sponſabo te mihi in æternum, &c. Sapientiſſimus ille Salomon peculiarem librum conſcripſit, de his nuptijs, qui Canticum Canticorum vocatur.

Eſaias cap. 45. & 62. huius ſponſi ineffabilem amorem erga Eccleſiam, & promiſſiones eius dulciſſimas prædicat.

Chlariſſime autem Chriſtus rem prodit, inquiens de ſe & Apoſtolis, non poſſunt filij thalami lugere præſente ſponſo. Matth 9. Marc. 2.

Myſterium vero illud omne pandit Apoſtolus, Ephe. 5.

Facit

Facit autem Chriſtus officium boni ſponſi per omnia.

1 Etenim Chriſtus legitime ſibi deuinciens ſponſam, Eccleſiam, præter amorem & obedientiam erga patrem, nihil plane ſpectauit.

Nam Eccleſiæ nullæ fuerunt opes, diuitiæ nullæ. Eſt illa miſera & egentiſſima ſponſa.

Nulla eſt illius pulchritudo & forma, quam potuiſſet ſpectare Dominus. Nulla enim iuſtitia, ſed omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti Rom. 3. Filij iræ. Epheſ. 2. Concepti in peccato. Pſal 51. Peccatum in omnes pertranſiit. Rom. 5: Peccato autem quid turpius coram Deo.

Quod ergo duxit tam deformem, & miſeram ſponſam, voluit obedire voluntati patris cœleſtis, qui ex amore, & miſericordia erga ſponſam, filio ſuo voluit, hanc diſpenſare. Quia ergo & ipſe ſponſus tam impenſe amauit eam, tanto facilius in voluntatem patris conſenſit, vt ipſe formoſiſſimus inter filios hominum, Pſal. 45. v. 3. & ditiſſimus, Pſal. 2. & 8. duceret deformem & egentiſſimam.

2. Eſt vero fidelis ſponſus, qui huic ſponſæ ſuæ omnia ſua bona communicat, licet ab ipſa nihil acceperit Donat enim Chriſtus ſuæ ſponſæ omnem iuſtitiam perfectiſſimam, vt poſſit hac vti pro ſe, & propter ipſam conſiſtere coram iudicio diuino Factus iuſtitia. 1. Cor. 1. Donat ipſi vitam & reſurrectionem. Quia ego viuo & vos viuetis. Ioan 14 v. 19.

Defendit illam, vt nemo poſſit rapere è manu ſua. Ioan 10 Vitam pro illa poſuit. Ibidem. Morte ipſius viuit ſponſa. Summa: Perpetuam illi fœlicitatem, qua exciderat, reſtituit: ideoque ſanctificauit. Volo, vt vbi ego ſum. Ioan. 17 Qui credit, non morietur, ſed per mortem ad vitam traſiit Ioan: 5. & 8.

3. Quod maximum eſt, cum ipſa fidem non ſeruaſſet; ſed turpiſſime violaſſet, tamen paratus eſt eam recipere

pere in gratiam. Ierem 3 Si dimiſerit vir vxorem &c. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego te ſuſcipiam.

Consolatio hæc eſt maxima, non quidem pro impœnitentibus, vt hac facilitate ſponſi abutantur ad impietatem, ſed pro credentibus, & his, qui tentati ſunt. Quem premit inopia. quem tenet mors, quem angit peccatum, &c is cogitet de hoc ſponſo, & ſciat ipſum non eſſe derelinquendum. Non relinquam vos. Ioan 14. Omnes traham ad Me. Ioan. 12. Vitam pono pro vobis. Ioan. 10. v. 15.

Si quis ſectatus eſſet alienam doctrinam, & peccata etiam aduerſus Dei verbum commiſiſſet, is tamen reuertatur ad ſponſum tam beneuolum, ſeria pœnitentia, & ſciat ſe non abiiciendum.

Iam vero etiam temporalia tractabimus, & nuptias Chriſti cum Eccleſia ad noſtras nuptias accommodabimus. Et hic quoque valet illud, diſcite à me Matth. 11.

I. Primum autem Chriſtus monet omnes eos, qui ſibi deligunt ſponſas, vt non accipiant illas propter pecuniam, quam ipſæ poſſident Qua etiam ſi careret, non aſpicerent eam per tranſennam Hoc eſt pecuniam ducere non vxorem Tales autem nuptiæ rariſſime ſunt felices. Vel enim verum illud ſit, Syr. 25 ver. 29. vel aliud accidit. Ideo monet Chriſtus omnes ſuo exemplo, vt ex ingenuo & liberali amore, iuxta diuinam ordinationem, ſuas accipiant ſponſas.

II. Deinde hoc etiam ſuo exemplo docet, obediendum eſſe parentibus, ſi illi filiis ſuis velint deſponſare honeſtas, & tales perſonas, quas nullo iure poſſunt reſpuere. Solent enim multi ſcelerati adoleſcentes, mulieri ſpondere connubium contra diuinam ordinationem. Hoc omnes illi faciunt, qui contemptis parentibus, in quorum poteſtate adhuc, & à quibus magna cura educati ſunt, quibus libet, nullo plane iudicio, fidem matrimonii promittunt. Chriſtus autem ipſe filius Dei patri obedi-

eum ſuo ſponſo coniungant, hoc eſt, vt multa Eccleſiæ membra Chriſto adducant.

Multi ſunt, qui conantur ſponſam abducere à Chriſto ſuo ſponſo: peruerſa doctrina, vt Antichriſtus, Mahomet, Iudæi & fanatici omnes. Ideoque decet amicos ſponſi hortari ſponſam, vt fida maneat ſuo ſponſo, nec deſerat illum vnquam. Sic Petrus prima concione ad Chriſtum adduxit aliquot millia in Pentecoſte. Act. 2.

Paulus ablegat eos ad Chriſtum, quibus prædicat Euangelium a Hieroſolyma vſque ad Illyricum. Roman. 15.

2. Cum itaque per piam & ſinceram Euangelij doctrinam fiat copulatio Chriſti & Eccleſiæ, debet Magiſtratus etiam operam ſuam conferre ad hanc rem hoc pacto, vt curet, quo pia doctrina in Eccleſia tradatur. Tum & ipſi amici ſponſi erunt. Sicuti omnino decet illos non tantum eſſe nutricios Eccleſiæ, Eſa. 49. & 60. v. 16 Sed & protectores.

3. Sunt & amici ſponſi omnes quicunque audiunt vocem ſponſi, & aſtant ad faciendum voluntatem eius Matth. 12. v. 49. 50. Amicos dico vos. Ioan. 15 ver. 14. Hi ſunt, qui congratulantur ſponſo.

Ad inſtitutum etiam noſtrum ſeruiunt hæc, quæ de amicis ſponſi dicuntur.

Sunt autem & eſſe debent ſane amici ſponſi, non tantum, qui illius ſunt parentes & cognati, ſed & omnes qui aſtant ipſi, præſertim diebus nuptiarum, & qui audiunt vocem illius: hi ſunt inuitati hoſpites, & quicunque alij, qui bene cupiunt ſponſo.

1. Eorum itaque officium eſt, congaudere & congratulari ipſi. Quod tum fiet: ſi piis precibus iuuerint ſponſum non tantum in templo, & die prima nuptiarum, ſed omni tempore. Non enim poſſunt illi præſtare maius officium ſponſo & ſponſæ Et hoc eſt ipſi congaudere. Exempla amicorum Rebeccæ, Boas, &

alio-

aliorum hoc docent. Geneſ. 24. verſic. 60. Ruth. 4. verſic. 11.

2. Amicorum ſponſi eſt, conciliare ſponſam ſponſo, non autem abducere illam à ſponſo. Multi ſunt etiam inter amicos & ſanguine iunctos interdum, qui ſeminant diſcordias inter coniuges, &c. Hoc non eſt officium amicorum, ſed Diaboli hoc eſt perturbare coniugia, & ſeminare lites. Is eſt Aſmodæus. Tob. 3.

THEMA LXXXI.

Ex Rom. 7.

Viro obnoxia mulier, viuenti viro alligata eſt per legem, quod ſi mortuus fuerit, liberata eſt à lege viri.

Eadem fere habentur etiam 1. Cor. 7. v. 39.

Mulier alligata eſt legi [matrimonij] *quamdiu viuit maritus eius. Quod ſi dormierit maritus eius, libera eſt, ad nubendum cui vult, modo in Domino* [fiat id.]

DISPOSITIO.

Non infrequens eſt ſimilitudo in Scripturis illa, quæ ex coniugio deſumitur Ierem. 2. Pſal. 25. Oſe. 2. & alibi. Et idipſum Paulus quoque, vt patet 1. Corinth. 11. Ephe. 5. ita etiam Rom. 7. ſæpius tractat. At cap. 7. prioris ad Corinthios de coniugibus & nuptiis ex profeſſo tractat. Inter cætera vero talem ſententiam proponit iiſdem prope verbis ad Romanos & ad Corinthios, quæ docet.

1. Quia lege teneatur vxor, quamdiu maritum habet in viuis.

2. Quid ipſi mortuo marito liceat, vel non.

Hæc iam tractanda ſuſcipiemus, non tantum propter mulieres, ſed & propter viros. Quia eadem eſt ratio vtrobique.

I. Mu-

I.

1. Mulier alligata eſt legi. Eſt enim inter coniuges δέσμος, vinctura, vel δέσμος vinculum: vt non liceat libere agere vel vxori vel marito. Sed ligatus eſt vterque.

2. Ligata eſt autem vxor LEGE. Et lege quidem diuina, quæ iubet adhærere virum vxori, & viciſſim. Et ita quidem ligauit Dominus cõiuges ſexto præcepto Decalogi, vt non poſſint inuicem deſerere, & alijs adhærere, ſine grauiſſimo adulterij crimine. Rom. 7. v. 3.

3 Eſtque hoc vinculum non temporale, ſed perpetuum. QVAMDIV VIVIT MARITVS. Siue breui viuat, ſiue longo tempore. Præter mortem enim nihil eſt, quod poſſit ſeparare coniuges legitimos. Etenim, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Matthæi 19.

L. I. Monemur de fide coniugali, quæ debet inter maritum & vxorem ſanctiſſime coli atq; ſeruari, vt neutra pars alteram deſerat, qualiſcunque cauſa ſit, quæ videatur ipſos diuellere. Durat enim vinculum illud omnibus diebus vitæ, nec poteſt ſolui, neque per morbum ſuperuenientem, (ſi maxime is ſit diuturnus, grauis, & vel intolerabilis, vt ſunt furor, lepra, & alij incurabiles morbi) neque propter alterius delictum commiſſum, nec propter aliquod aliud infortunium, vel propter alterius mores corruptos, vel ſæuitiam, &c. Ideoque nullo pacto rumpendum vinculum ſciant omnes. Neque vero tantum ad vxores pertinent hæc, quia tantum de muliere loquitur Apoſtolus.

Quod enim de muliere dicit, id etiam pertinet ad maritum: quod patet ex Matth. 19. Et cui dictum eſt, non mœchaberis, huic etiam dictum eſt, quod ligatus ſit. Omnibus vero iſtud dicitur.

Rumpitur autem id vinculum. 1. Vel adulterio, quod tentabat facere vxor Potipharis, Geneſ. 39. 2. Vel deſertione. Propterea & hi grauiſſime peccãt, qui vel leuiſſima arrepta occaſione deſerunt inuicem, & putant poſſe illud vinculum dirimi, ſi alter alterum offendat, &

 læſus

læſus mox iurauerit, ſe nunquam cohabitaturum porro alteri: quod frequenter facere ſolent homines leuiculi. Alij, ſi incidant in coniuges moroſas, vel rixoſas, aut tales, quæ vitijs non carent, putant ſic ſe rebus ſuis rectiſſime conſulere, ſi abeant in militiam: & poſt ſe relinquãt vxores, vel cum liberis inedia conficiendas, vel Magiſtratui alendas, &c. Et peccant frequentius deſertores mariti, quam mulieres.

Hoc eſt frangere fœdus, quod pepigerunt coram Eccleſia. Inde vxor fœderis dicitur, Mal. 2. Quod ſi maxime Magiſtratus non animaduertat in eiuſmodi Deſertores, certum tamen eſt, quod Deus hoc periurium ſit grauiſſime puniturus. Vnde haud raro fit, vt iuſto Dei iudicio deſertores iſti miſerrime pereant, deſtituti omnium bonorum auxilio atque patricinio, frigore, fame, interdum etiam à vermibus & pediculis enecati. Cuius rei experientia teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt. Potuiſſent hi, niſi periuri & fœdi fragi eſſent, fœlicius viuere in ſuis locis, quibus degunt, & multo etiam beatius mori.

L. II. Quia lex coniugij tam fortiter ligat coniuges, vt vinculum illud rumpere nefas ſit, qualiſcunque alteri vel maritus vel vxor contingat: (ſiue Nabal iniquiſſimus, ſiue Dauid optimus Abigaili coniungatur, 1. Sam. 25.) Ideoque prius bene deliberandum, cui velis fidem matrimonij dare, ne ſero nimis pœniteat promiſſionis ſemel factæ. Si enim in alijs rebus, quod ſtatuendum ſemel eſt, deliberandum eſt diu: maxime hic. Nec quicquam temere promittendum alicui, cuius ingenium, mores, vitam, conditionemue non habeas comperta.

Recte enim Iureconſulti regulam talem obſeruant: Contracturus matrimonium nõ debet eſſe ignarus conditionis illius, cum quo contrahit. Et Sapiens monet omnes in genere, quod in ſpecie ad præſentem caſum accommodari poteſt, Syr. 33.

Thue nichts ohne Rath/
So gerewts dich nicht nach der That.

II. Dixi-

I.

Diximus qua lege teneatur vxor, ſi viuat maritus. Nunc porro Paulus paucis oſtendit, quomodo habeant res mulieris, ſi maritus vita functus ſit.

1. SI DORMIERIT MARITVS ILLIVS, LIBERA EST. Nõ amplius deuincta eſt, & ligata lege, ſi mortuus fuerit maritus, ſed libera, ſcilicet à LEGE VIRI. Rom. 7.

2. Et quomodo libera ſit, docet. 1. Cor. 7. v. 39. VT NVBERE POSSIT CVI VVLT. Non enim tenetur permanere in cœlibatu, ſi voluerit nubere alteri marito: aut ſi continere non poſſit.

3. Quod ſi vero vult alteri nubere, fiat id IN DOMINO. Non inordinate, nec cæco quodam furore mox poſt obitum viri ad ſecundas nuptias feratur: ſed ſi prius virum defunctũ honeſte luxerit, in timore Domini, alij poſtea fidẽ dare poteſt; ſiquidem denuo ligari voluerit.

L. I. Videmus Pauli ſententiam longe eſſe aliam, quam quæ fuit Hieronymi & aliorum quorundam, qui ſecundas nuptias penitus damnarunt, & æquipararunt ſcortationi. Ad ſtultam eſſe Saducæorum illam quæſtionem, Matth. 22. res ipſa, & reſponſum Chriſti teſtatur. Paulus docet hoc loco, & 1. Tim. 5. Viduas iuniores poſſe & debere nubere. Idem de viris viduis intelligendum. Et teſtantur exempla, Abrahami ducentis Cethuram, Geneſ. 25. & Abigailis nubentis poſt obitum Nabali Dauidi altero marito, non peccare δευτερογάμους. 1. Sam. 25. Qui enim liber eſt à lege, poteſt fidem coniugij dare cuicunque vult. Et ſicut cœlebs non peccat, ita nec ſolutus per mortem coniugis.

Hinc etiam apparet, ſtulte agere illos cõiuges qui morituri ſuperſtites conantur ligare (interdum etiam iuramento obſtringere ſolent) vt in cœlibatu permaneant. Hoc neque vir, nec mulier iure poſtulat. Mortuo enim vno, alter coniunx ſolutus eſt legibus.

Digitized by Google

Thema LXXXII.

Ex 1. Cor. 7.

Propter ſtupra vitanda vnuſquisque ſuam habeat vxorem, & vnaquaque proprium virum habeat.

DISPOSITIO.

Ex initio huius capitis patet, Corinthios Pauli conſilium, in caſibus quibusdam Matrionalibus, per Epiſtolam quandam rogaſſe. Recte enim Corinthij iudicant, matrimonium eſſe rem arduam & grauem: ideoq; hic nihil temere aut priuato arbitrio ſtatuendum, ſed conſulendos eos, qui donis Spiritus ſancti ornati, pronunciare poſſint, quid tenendum ſit, quid non ſit. Ad primam itaque quæſtionem propoſitam, vtrum ſcilicet melius ſit, cœlibem manere, an coniugem fieri: reſpondet Paulus, Bonum quidem eſſe (ſcilicet PROPTER PRÆSENTEM NECESSITATEM verſ. 29.) vxorem non tangere, ne ſint, qui in crebris perſecutionibus, exilijs, ipſos magis affligant aut remorentur, quo minus Chriſtum audacter profiteantur. At aliam tamen ſubeſſe cauſam, ob quam magis neceſſe ſit, etiam inſtante illa neceſſitate fieri coniugem, ſcilicet ſcortationem, quæ metuenda ſit. Egregie autem Paulus hanc rem proponit verbis breuiſſimis, ſed prægnantibus & emphaticis. Quæ ſingula libet excutere, ne quid nobis de illis pereat.

Videamus.

I. VNVSQVISQVE HABEAT VXOREM, ET VNAQVÆQVE HABEAT VIRVM.

Hæc verba non ſunt ita intelligenda, quemadmodum imperitum vulgus illa interpretatur, & quod ſic ſentiat, reipſa comprobat, ſcil. omnibus iuuenibus, omnibus itidem puellis, nihil magis eſſe neceſſarium, quam vt mox ſibi proſpiciant de coniugibus. Denen iſt die Zeit lang

vnd ehe ſie trucken hinder den Ohren ſeynd/ wöllen ſie heu-raten. De his enim loquitur Paulus, qui matrimonio apti ſunt, & Oeconomiam regere poſſunt.

MONENDI itaque primum Iuniores, ne nimium maturent nuptias, & illotis, quod dicitur, manibus mox vbi libidinis flammas aliquas ſentiunt, imprudenter ſeſe præcipitent in matrimonium: quod multis curis, ſolicitudinibus & moleſtijs plenum eſſe, ipſi vtpote inexperti non intelligunt. Prius itaque inuocato Spiritus ſancti auxilio, caſte viuere diſcant, vſque dum adoleſcant, & Oeconomiæ præeſſe, vel manibus ſuis victum parare poſſint, quod Pſalmus 128. requirit, VT SIC BENE IPSIS SIT. Ne mox mendicando panem quærere cogantur.

MONENDI deinde ex hoc loco parentes, vt vltra tempus debitum non detineant liberos ſuos, quos coniugio aptos ſciunt, nec propter priuatum commodum ipſos tentationibus Satanæ exponant. Quin potius hoc ſolicite curent, vt liberis ſuis de coniugio debito & iuſto tempore proſpiciatur. Sicut Hagar Iſmaeli ſuo, & Abrahamus Iſaaco vxorem accipit. Geneſ. 21. verſ. 21. & Geneſ. 24. verſ. 3. Et Iſaacus etiam de filij Iacobi nuptijs ſolicitus eſt. Gen. 28. v. 2.

2. Porro, quare vnuſquiſque vxorem habere debet, & vnaquæque virum? An non ſatius foret, manere cœlibes? PROPTER FORNICATIONEM, inquit Paulus, neceſſe eſt, vt coniuges fiant, quicunque dono continentiæ non ſunt præditi. Non enim omnes capiunt verbum hoc, inquit Chriſtus. Matth. 16. Eſt autem caro valde infirma, & tentata à Satana facile expugnatur, quod Paulus innuit hoc capite verſ. 5. PROPTER INCONTINENTIAM VESTRAM, cauete, ne Satanas vos tentet. Videmus enim, quid acciderit Sichem & Dinæ, Geneſ. 34. quid Amnoni filio Dauidis. 2. Sam. 13. quorum Satanas expugnauit pudicitiam.

Do-

Digitized by Google

DOCET hic locus, grato animo agnoſcendum quod Deus legitimum matrimonium inſtituit, inter cæteras, hanc etiam ob cauſam, vt poſt lapſum eſſet remedium contra prauas libidines, & fornicationem. Idcoque Salomon vult, vt vir lætetur cum vxore ſua, Prouerbior. 5. Sumus enim (vt vno verbo dicam omnia) homines.

Et ſcortatores iudicabit Dominus, Heb. 13. Ne igitur incurramus grauiſſimum Dei iudicium, cogitemus de matrimonio iuſto tempore contrahendo, quod honorabile eſſe debet in omnibus.

Peccant itaque grauiſſime, qui ad plures annos, & ad perfectam ætatem progreſſi, licet ſibi donum caſtitatis deeſſe ſentiant, nihilominus tamen coniuges fieri nolunt: & hoc præceptum Pauli non ſine læſione conſcientiæ audacter contemnunt. Illi vere, 1. vel moleſtias coniugij reformidant & ſubterfugiunt, 2. Vel Deo diffidunt, & de ſua ſuorumque ſuſtentatione dubitant. 3. Vel vinculo matrimonij ligari nolunt, vt liberius ſcortari liceat. Sicque in impuro ſuo cœlibatu manentes. Diaboli laqueis irretiti, trahuntur ad interitum. Et quia Dei martyres fieri noluerunt, Diaboli martyres fieri coguntur.

DEINDE VERO, QVIA PAVLVS PRÆTER PRINCIPALEM illum coniugij finem, ad quem Dominus reſpexit ſua benedictione, dum vult ita propagari genus humanum, hunc etiam finem coniugij eſſe oſtendit, vt vitentur ſcortationes & libidines: erudire voluit nos, de hoc caſu, qui non raro contingit, vbi diſputari ſolet, An liceat his perſonis, quæ ſpem conſequendæ ſobolis amplius non habent, matrimonium inire. Reſpondet Paulus, quod ſic. Alterum enim finem matrimonij ipſos etiam ſpectare debere, vt ſcilicet caſte viuere in coniugio, & ſcortationes vitare poſſint.

Et quis præter hunc ſeni grandæuo, vxorem bacu-

um ſenectutis & fidele adiutorium, (cuius ope in extrema ſenecta maxime indiget) inuidebit?

3 Tandem vero notandum & hoc, quod Paulus non tantum vult virum habere vxorem, ſed ſignate addit, SVAM VXOREM habeat. τὴν ἑαυτᾶ γυναῖκα. Et vxorem vult habere SVVM, & quidem SVVM PROPRIVM virum. τὸν ἴδιον ἄνδρα.

Habet enim Herodes ille (quem Baptiſta hoc nomine reprehendit) vxorem, Herodiadem, ſed NON SVAM vxorem: verum rapuit vxorem fratris Philippi. Marc. 6. v. 17. Et mulieri Samaritanę Chriſtus dicit, Ioan. 4. v. 18. Quinque viros habuiſti & nunc quem habes, NON EST TVVS VIR: hoc vere dixiſti.

Docet itaque Apoſtolus, non ſatis eſſe, accipere & habere virum vel vxorem: ſed habendam propriam vxorē & proprium virum: Ita vt neuter ex coniugibus rapiat alienum, vel habeat, quod ſuum non eſt.

Facit hoc. 1. contra concubinarios, qui non adhærent ſuis vxoribus, ſed concubinas alunt, non legitimo coniugio iunctas. Hoc nihil aliud eſt, quam ſcortari. De hoc Auguſtinus Tom. 10. fol. 803. Sermon. de tempore CCLXIII. Domin. XXII. poſt Trinit. quod grauiſſime peccet, qui concubinam foueat, fronte impudentiſſima rem execrabilem toti populo exhibens. Et grauiſſimam talibus maledictionem minatur. Contra illos enim qui aliter non poſſint, ſuſpiria ducere pios. Hortatur ibidem grauiſſime, qui velint virgines inuenire coniuges: vt illi ipſi vſque ad nuptias ſint virgines. Quia hæc noſtro tempore ſunt communiſſima, placet verba Auguſtini paucula adſcribere.

Hoc loco forte, qui vxoribus adhuc non ſunt coniuncti, dicunt, ſe excuſari poſſe, quia coniugia non habent quibus fidem ſeruare debeant & propterea continere non poſſint. Iſtis, qui iſtam falſam & miſerabilem excuſationem conantur prætendere, iuſtiſſime reſpōderi poteſt & debet, quia nullus magis illicita vitare debet, quam

quam qui reſpuit, quæ licebant, cum vxorem accipere licet, & contra omnium ſcripturarum auctoritatem adulterium committere nunquam liceat, quare cum Dei gratia non accipis, quod licet, & cum DEI offenſa præſumis, quod non liceat? Velim tamen ſcire, ſi illi, qui vxores non habent, & priuſquam coniugiis copulentur, adulterium committere nec metuunt nec enim erubeſcunt, vtrum velint ſponſas ſuas, antequam ad nuptias veniant, ab adulteris aliquibus violari? Cum enim nullus ſit, qui hoc patienter accipiat, quare vnuſquiſque ſponſæ ſuæ non ſeruet fidem, dum ſibi ab ipſa ſeruari deſiderat? Quare vxorem virginem optat accipere, cum ipſe ſit corruptus? Quare viuenti vxori deſiderat copulari, cum per adulterium in anima iam ipſe ſit mortuus, ſecundum illud, quod ſcriptum eſt. Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur? Et illud, quod terribiliter clamat Apoſtolus Hebr. 13 Fornicatores iudicabit Deus. Et illud: Neque adulteri regnum Dei poſſidebunt. Et iterum: Omnes adulterantes & adulteros tanquam clibanus corda eorum.

Sed forte putant aliqui, quod fœminis ante nuptias fornicari non liceat, ſed viris liceat. Iſta punienda, & nimium grauia mala, quod peius eſt, ideo à multis viris ſine vllo timore Domini committuntur, quia ita à pluribus in conſuetudinem miſſa ſunt, & ita vilia vel leuia dicuntur, vt nec iam inter grauia crimina putentur. Nam in fide Catholica, quidquid mulieribus non licet, omnino nec viris licet, vno enim pretio, id eſt, Chriſti pretioſa ſanguine redimuntur, & viri ſimul, & fœminæ. In vnam fidem vocantur, & in vno Eccleſiæ corpore cõgregantur, ſimul Baptiſmi Sacramenta percipiunt, ſimul ad Altare, ad accipiendum corpus & ſanguinem Chriſti accedunt, ſimul vtrique ſexui præcepta donata ſunt. Cum hæc ita ſint, qua fronte, vel qua conſcientia, quod & viris & mulieribus non licet agere, ſoli viri ſe credunt impune committere? Sed & illi, qui hoc facere

Bb 5 præ-

re præſumunt, pro certo cognoſcant, quod ſi cito ſe non emendauerint, & eis fructuoſa pœnitentia non ſubuenerit, & ſic ſubito de hac luce rapti fuerint, æterna illos flamma ſine vllo remedio cruciabit.

Et illud quale eſt, quod multi virorum ante nuptias concubinas ſibi aſſumere non erubeſcunt, quas poſt aliquot annos dimittant, & ſic poſtea legitimas vxores accipiant. Tractant enim apud ſe, vt prius de multis calumniis & rapinis, & iniuſtas diuitias, & iniqua lucra conquirant, & poſtea contra rationem plus nobiles, quam ipſi ſunt, vel ditiores vxores accipiant. Ecce quantis malis ſe obligant, qui non ſolum luxuriæ, ſed etiam auaritiæ vel cupiditati infœliciter ſeruire deſiderant. Vnde coram Deo & Angelis conteſtor atque denuncio ſemper iſta mala & prohibuiſſe & nunquam ei placita fuiſſe, quia præcipue temporibus Chriſtianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit. Sed quod peius eſt, faciunt hoc multi viri iure fori, non iure cœli, non iuſtitia iubente, ſed libidine dominante.

Hactenus Auguſtinus. Vide autem quam egregie noſtri ſeculi mores depingat: Vbi viri tum demum Coniuges fiunt, quando multis annis ſcortis adhæſerunt: & vbi viri ſibi licere id putant: quod tamen fœminis ſit prohibitum. Sed de his ſatis. Putet enim & piget pluribus hæc agere: cum fulmine magis? quam verbis corrigenda videantur: & ipſo Auguſtino teſte pene ſint incorrigibilia.

2. Facit hoc etiam contra eos, qui præter vxores, concubinas nihilominus alunt. Hoc non eſt adhærere ſuæ vxori. Prohibet id Salomon Prouerb. 5. Quare complecterus quæris in ſinu alterius? In tua delectare iugiter. Duo erunt in carne vna, non tres. Geneſ. 2. Matth. 19. Iudicabit Dominus adulteros. Heb. 13. Eſtque hæc obligatio mutua & grauiſſima. Væ igitur huic, qui fidem datam, ſiue viro, ſiue mulieri non ſeruat.

THE-

Thema LXXXIII.

Ex 1. Cor. 7. v. 9.

Quid ſi non ſe continent [vel cœlibes vel viduæ] *contrahant matrimonium. Nam ſatius eſt, matrimonium contrahere, quam vri.*

DISPOSITIO.

Legitur Socrates, Philoſophus ſapientiſſimus, interrogatus ab adoleſcente quodam, vtrum melius eſſet vxorem ducere, aut non ducere, ita reſpondiſſe; vtrumcunque feceris, pœnitebit. Intelligit enim vir prudens, & cœlibatum & coniugium habere ſuas moleſtias: quod nemo ſanus inficiabitur. At quia Corinthii nolebant tantum ſtare iudicio quorumuis ſapientiſſimorum Philoſophorum, ſed Pauli conſilium flagitabant, vtrum melius ſit cælibem manere, an nubere: ideoque & nos certitudinem maiorem ex Pauli conſilio, quam ex Philoſophorum ſententia habere poſſe, nemini debet eſſe dubium.

Videamus igitur ex totius huius capitis ſeptimi tractatione. 1. Qua conditione Paulus iudicet melius eſſe in cælibatu viuere. 2. Et qua viciſſim præſuppoſita conditione melius iudicet eſſe, fieri coniugium.

I.

De his loquitur Paulus, qui adhuc ſunt cælibes, & liberam habent corporis ſui poteſtatem: De ſolutis igitur ſic pronunciat: BONVM EST ILLIS, SI ITA PERMANEANT, vt ego: ſc. in cælibatu. verſ. 8. Et iterum verſ. 7. vellem omnes eſſe, ſicut ego ſum.

De virginibus repetit id, ex conſilio, non ex præcepto Domini, verſ. 26. Bonum eſt, ſi ſic maneant. Item verſ. 28. Solutus es, noli quærere vxorem. Et verſ. 37. Qui ſtatuit ſeruare virginem ſuam, bene facit. Et verſ. 38. Qui non dat nuptum ſuam virginem, melius facit. Et

Et tandem verſ. 40. Beatior ſi ſic maneat iuxta meam ſententiam.

Habemus ergo ſententiam Pauli, ſepties repetiam Bonum eſſe, ſi vel virgines, vel viduæ, vel iuuenes, vel vidui in cœlibatu permaneant. Atqui non abſolute dicit hoc Paulus, ſed certa cum conditione, eaque multiplici: quam etiam ſæpius repetit. Hæ autem ſunt conditiones.

1. Si dono continentiæ ſint præditi, omnino cælibes permanere debere. De quo v. 7. Vnuſquiſque proprium donum habet, alius ſic, alius vero ſic. Oſtendit ſibi donum hoc à Deo datum fuiſſe: quia frequentia erant illis itinera & pericula quotidiana.

Deinde eadem conditio reperitur verſ. 9. ſumpto argumento à contrario ſenſu. Si non continent, nubant. Ergo ſi continere poſſunt, non nubant.

2. Sed & aliam conditionem ponit Paulus, quæ ſumpta eſt ex circumſtantia illorum temporum.

Bonum eſſet manere cœlibes PROPTER INSTANTEM NECESSITATEM. Hanc multoties repetit, ad oſtendendum pericula iſtius temporis. Ideo v. 28. Qui coniuges fiunt iam tribulationem carnis habebunt: Et ibidem repetit Ego libenter vobis parcerem, hoc rerum ſtatu. Ideoque ſuadeo cœlibatum.

Et qui habent vxores, ſint tanquam non habentes. Quia neſciunt, quando per Tyrannos & perſecutionem ſint diuellendi.

3. Eandem conditionem repetens Paulus, etiam aliud quiddam videtur innuere, videlicet, quod tum temporis diſparia admodum fuerint coniugia, vbi Chriſtianus cum gentili iungebatur, & viciſſim. Pariebat hæc res multam ſolicitudinem. Ideo inquit verſ. 32. Volo vos ſine ſolicitudine eiſe. Etenim hoc ſcit, magne cum ſolicitudine cohabitãdum infideli vel marito vel vxori. ne offendaturis. Et propterea hoc agere maritum, vt vxori placeat, ne illa diſcedat: & viciſſim. verſic. 33. & 34 Nec

34. Nec vult Paulus iniicere laqueum cuiquam.

Quantum autem ad poſteriores duas conditiones attinet, habent illæ quidem locum, ſed non abſque prima: ſcil. ſi continere poſſint. Etenim ſi maxima inſtans ſit neceſſitas: & ſi magna ſolicitudine cohabitandum coniugi diuerſæ Religionis, tamen nihilominus Paulus nubendum ſuadet, ſi continentiæ dono non ſis præditus. Id volunt verſus 28. & 36. & 38. huius capitis ſeptimi De quo mox in 2. parte dicendum.

L. Ex his, quæ diximus, manifeſtum eſt neminem qui dono continentiæ inſtructus, & à Deo donatus eſt, cogendum, vt inuitus contrahat matrimonium.] Qui enim poteſt capere verbum hoc, [quod Chriſto, Matt. 19. dixerunt Apoſtoli, (non expedit contrahere matrimonium) capiat. Ideoque ex ſententia Chriſti & Pauli, bonum eſt dono caſtitatis ornatis, vt maneant cum Paulo in cœlibatu. Eſt enim id ſingulare beneficium, & quidem ex Deo, vt ait Paulus 1. Cor. 7. v. 7. Idem Chriſtus: Non omnes capiunt, ſed in QVIBVS DATVM eſt. Poſſunt tales immunes eſſe à multis tribulationibus carnis, & ſine ſolicitudine magna, eaque multo commodius quærere & tractare, quæ Dei ſunt: vt habent verba Pauli. Beatius etiam in hoc mundo, & coram mundo fecilius, atque tranquille poſſunt viuere, quibus id eſt à Deo datum, extra coniugium caſti eſſe poſſint. Huc pertinet id Marc. 13. v. 17. Væ prægnantibus.

Vera autem caſtitas, qnalis erat Pauli & Iohannis Baptiſtæ, Ioſephi pii ſponſi, atque Mariæ virginis, quæ rara ſunt Dei dona, coram DEO tamen nihil merentur, nec beatos faciunt: ſed terrenam tantum felicitatem & tranquillitatem afferunt. Ideoque Ioannis virginitas caſtitati Abrahæ non eſt præferenda, quantum attinet ad iuſtitiam coram Deo. Sicut enim in Chriſto neque mas eſt, neque fœmina, neque ſeruus, neque liber, Gal. 3. Sed omnes vnum ſnnt in Chriſto Ieſu: ita nec coniunx nec cœlebs quicquam habet hoc nomine prærogatiuæ. Nec

obſtat

obſtat, quod Sap. 4. v. 1. videtur cœlibatus caſtitas tantopere commendari: ibi enim non opponitur coniugio, ſed impiorum generationi. Et commendatur hoc nomine, quod matrimonium habeat multas difficultates & afflictiones, quibus caret cœlibatus, &c. Ideoque ipſe etiam Auguſtinus in lib. de bono coniugali c. 21. Tom. 6. folio 557. contra Iouinianum ſcribit: Quod non ſit impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. Cælibatum enim Ioannis, & matrimonium Abrahæ pro temporum diſtributione Chriſto militaſſe, ait.

II. *Pars.*

Qua conditione cælibatus præſtet coniugio, diximus. Nunc viciſſim, quæ conditione melius ſit nubere dicendum, Bonum eſt, inquit, Paulus, manere ſi ut ego ſum: his ſcilicet, qui donum habent à DEO. Viciſſim vero melius eſt nubere his, qui carent hoc dono. Vtitur enim Paulus argumento à comparatis MELIVS EST NVBERE, quam vri. Ideoque concludit: Qui non continent, nubant. Sicut enim ardere flammis libidinum, Satanæ eſt ſtimulus: Ita coniugem fieri Dei eſt ordinatio. Quantum igitur præſtat Dei ordinationi parere, quam Satanæ inſidiis ſeſe exponere: tanto etiam nubere quam vri eſt melius.

DOCET Paulus, quia non omnes poſſint capere verbum id Matth. 19. & pauciſſimi dono continentiæ ſint præditi, ideoque neceſſe eſſe, vt qui voluerit viuere cœlebs, ſeipſum penitius exploret & examinet, vtrum continentiæ donum habeat, nec ne.

Quod ſi quis ſe facibus libidinum, & indomitæ carnis concupiſcentiis vri ſenſerit, is quia non eſt capax hujus verbi de cælibatu, vitam amplectatur coniugalem. Neque enim ſatis eſt, vt corpore aliquis non polluatur, ſed etiam requiritur, vt quis in corde ſua flammas libidinum non perſentiſcat.

Hinc

Hinc facile colligi poterit, qualis ſit caſtitas in illo cœlibatu, vbi indifferenter totum ordinem ſuorum hominum, cœlibatus voto adſtringit Pontifex.

Quamuis enim prætendant illi, ad preces facile Deum largiri donum continentiæ: tamen quia nullum extat mandatum, vt pro diuina ordinatione (quæ abiuranda ſit) petamus continentiæ donum: neque etiam talis facta ſit promiſſio, ſi oremus, futurum, vt ſpreto coniugio poſſimus viuere in cælibatu.

Ideoque ſatius eſt Pauli regulam obſeruare: Melius eſt nubere, quam vri. Diſtribuit enim Deus dona ſicut vult. 1 Cor. 12 Non autem dat donum, quod tu eligis, ſed quod ipſe vult Et neſcimus ſæpe, quid oremus. Rom. 8. Quia igitur alius ſic habet donum, alius aliter, nec datum eſt omnibus à Deo, vtamur remedio contra libidines diuinitus conceſſo. Et gratias agamus cum Tobia [Tob. 8.] Deo Creatori, quod is pro ſua ſapientia, generi humano ſic rectiſſime iudicauerit conſultum.

Teſtatur enim experientia, quos fructus ferat ille ementitus cœlibatus Sacrificulorum, Monachorum, atque Monialium.

Vlricus Epiſcopus Auguſtanus ante annos 600 ſcripſit ad Papam Nicolaum, quod tempore Gregorii in vno lacu inuenta fuerint 600. capita infantum occiſorum in Monaſteriis.

Quod ſi maxime concedamus, (contra communem omnium temporum experientiam,) tales extrinſecus corpus ſuum non polluere fœdis libidinibus: eſt tamen certiſſimum, intrinſecus animos illorum ardere flammis libidinum, quibus reſtinguendis medium adhibere (ſacrum ſc. coniugium) non licet. Hinc ipſorum etiam horribiles ſæpe lamentationes, & ſuſpiria ardentiſſima (vbi aliquando verbis exprimere dolorem licuit) teſtantur, quam male conſcientiis ipſorum fuerit hoc cœlibatus voto conſultum.

De

Debet enim cœlibatus eſſe voluntarius non coactus. Alioquin ſi quaſi carceribus concluſa corpora videantur caſta, cor tamen eſt impuriſſimum. Similes ſunt illi ſepulchris dealbatis Matt. 23. Nec debebant laquei iniici hominibus, præſertim iunioribus. Vide Apolog. Confeſſ. Auguſtan.

Sed & de noſtris dicendum, quibus licet contrahere matrimonium. Putant illi melius eſſe vri, quam nubere. Minus enim ſe moleſtiæ putant ſenſuros ex libidinum incendiis, quam ex coniugii moleſtiis cum hæ ſint perpetuæ fere? illæ vero temporis diuturnitate ceſſent. Ideoque nolunt flammas illas cordis reſtinguere remedio diuinitus conceſſo. Hi Apoſtolo, imo ipſi Creatori Deo, & Chriſto Seruatori, & Spiritui ſancto in faciem contradicunt: & ſeſe inſidiis Satanæ exponunt, atque conſcientiam & grauiſſime ſauciant Ideoque nec mirum, ſi in cœlibatu impuriſſimo grauioribus malis affligantur, quam ſi in coniugio vixiſſent: nec raro fit, vt Deo vindicante ipſorum laſciuiam miſere pereant, & confundantur coram Deo atque hominibus, cum vel iuſtificare Dei ſapientiam, vel Deo contradicere, aut tamen ipſi diffidere non vereantur homines miſerrimi.

THEMA LXXXIV.

Ex Cor. 7. v. 28.

Quid ſi duxeris vxorem, non peccaſti. Et ſi virgo nupſerit, non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri ſunt huiuſmodi:

DISPOSITIO.

Cum Paulus ad quæſtiones quaſdam de matrimonio à Corinthiis ipſi propoſitas reſpondiſſet, & inter cætera dixiſſet: Propter præſentem neceſſitatem, & propter frequentes eius temporis perſequutiones, bonum eſſe

vi uc

viuere ipſos cœlibes, & manere ſicut ipſe ſit, ſiquidem dono continentiæ ſiat prædi:i: poſſent nonnulli, qui iam in matrimonio viuunt, quærere occaſionem diuortij, & repudiare, vel deſerere coniuges: Cœlibes vero à coniugio porro plane abſtinere. Sicut ſolent plurimi declinaturi vnum extremum, ſeſe conuertere ad alterum.

Ineo Paulus verbis prælectis docet: Non peccare eos qui fiant coniuges, ſed ſanctam Domini crucem portaturos. Cum itaque multi etiam apud nos dubitent, vtrum recte faciant contrahendo matrimonium, nec ne, nos primum ex verbis Pauli, atque alijs Scripturæ locis oſtendemus: Non peccati hac ratione, qua Paulus vult, nubendo.

Deinde vero, quia plurimi calamitates & miſerias coniugij reformidant, dicemus, quid ipſis in coniugio ſit ſperandum.

I. Pars.

Paulus hoc loco diſtincte loquitur de viris ſeu iuuenibus & de virginibus: tam de his, qui in matrimonio iam viuunt, quam de illis, qui contrahere iſtud decreuerunt, nondum autem conſummarunt.

1. Si DVXERIS, inquit, vxorem, non PECCASTI. Liberum enim hoc viro, vel viduo, vel iuueni, vt is iam adultus vxorem habeat, vel accipiat ſibi vxorem. Et ſi alligatus iam eſt (facta vel promiſſione, vel cohabitatione) vxori: non debet illud, quod ſemel decreuit, reſcindere.

2. Eadem eſt ratio, ſi virgo vel fœmina nupſerit viro, ſiue matrimonium ſit conſummatum, ſiue non ſit, neque peccauit, quod de coniugio cogitauit. Nec illa etiam quærat ſolutionem.

Non enim poteſt vinculum coniugale diſſolui.

Hoc autem vult Apoſtolus, quantumuis ſint tempora periculoſiſſima, propter inſtantes frequentiſſimas perſecutiones, neminem tamen affligere vel cruciare debet

nem, quæ erat deſponſata viro, Ioſepho, idque in honorem matrimonij.

6. Et quia ſemper placuit coniugium, muniuit illud etiam fortiſſime ſexto præcepto, & ne vnquam impune violetur, occidi voluit adulteros, atque ni reſipiſcant, æterna morte mulctandos ſtatuit. Leuit. 20. v. 10. 1. Cor. 6. Gal. 5. Heb. 13.

7. Illud etiam non apud aliquos tantum, ſed IN OMNIBVS, ſic etiam omni tempore honorabile eſſe voluit. Heb. 13.

Quomodo igitur peccaſſe cenſebitur, quicunque legitimo matrimonio iunctus fuerit?

Quod ſi vero quis primum non legitime contraxerit matrimonium, vel citra conſenſum parentum, aut eorum, quorum intereſt, vel alia ratione peccauit contra Diuinam ordinationem: is deprecetur culpam apud Dominum, & cohabitatione ſancta atq; pia id omne reſarcire ſtudeat: quod per imprudentiam vel temeritatem fuit peccatum.

Quod vero nonnulli caſtitatem maiorem in cœlibatu prætendunt, quam quæ ſit in coniugio: & magis pie ſe viuere poſſe cœlibes opinantur: ſciant illi coniugio etiam caſtitatem non deeſſe, ſi cubile impollutum conſeruarint. Heb. 13.

Hinc ipſe etiam Auguſtinus dicit (De bono coniugali. cap. 22.) Homini Chriſtiano recuſanti nuptias, obijci poſſe: Tunc melior es Abrahamo: Idem teſtatur, Abraham caſte vixit coniugaliter: eſſe autem caſtus ſine coniugio potuit, ſed tunc non oportuit. Non negat etiam, vtrumque eſſe bonum, & caſtitatem continentiæ, & caſtitatem nuptialem, vt vocat.

Et notandum illud, quod dicit (cap. 23.) Connubium nuſquam noſtrarum ſcripturarum authoritate damnatur.

Ad caſtitatem autem hanc, eodem teſte, pertinet, non fornicari, non mœchari, nullo illicito concubitu

maculari. Sic etiam Paphnutius patribus Concilij Niceni, cum abrogare vellent coniugium Sacerdotibus, reſtitit in faciem, pie & recte affirmans, caſtitatem veram eſſe in coniugio, & eſſe conſuetudinem honeſtam cum propria vxore.

Recte adeo Paulus pronuntiat, nõ peccare ſiue virum vel fœminam, ſi coniugium ineat.

II. *Pars.*

Quamuis autem non offendi Deum coniugio, manifeſtum ſit, monet tamen Paulus, ABSQVE AFFLICTIONIBVS IPSOS NON FVTVROS, qui fiant coniuges.

Reſpicit potiſſimum ad illa tempora. Non enim tantum vulgares afflictiones coniugij intelligit, quæ fere coniugij propriæ ſunt, ſed etiam perſecutiones, & exilia, (quæ tunc erant pertimeſcenda) vbi maritus vxorem & liberos ſecum in periculi ſocietatem attrahit, quod illi eſt grauius, quam ſi ſolus patiatur perſecutionem.

At IN CARNE tantum ſenſuros afflictiones addit, oſtendens, carni quidem aliquo modo grauiores futuras calamitates: at Spiritum tamen fore promptum ad ferendas illas, nec illas tribulationes animæ nocituras.

LOCVS Vtilis eſt etiam hæc Pauli admonitio noſtro ſeculo, quamuis perſequutiones per Dei gratiam non ſentiamus. Bifariam autem peccatur à noſtris: Alij propterea plane à coniugio abſtinendum cenſent, quod certo ſciant abſque tribulationibus ipſos in matrimonio viuere haud poſſe. Alij de afflictionibus plane non cogitant, ſed dum impetu quodam cæco feruntur ad nuptias, ſibi nil niſi omnem fœlicitatem pollicentur. Vtrique errant.

Ad priores quod attinet, Paulus non propterea prædixit illos ſenſuros tribulationes, vt deterreat à coniugio. Nec certi illi ſunt, quod extra coniugium futuri ſint

ſint immunes à tribulationibus. Imo grauiores illi ſentient conſcientiæ ſtimulos & Satanæ tentationes, cum coniugati corporales tantum experiantur afflictiones. Nec quicquam nocent tribulationes illæ in CARNE. Nam qui patiuntur in carne, ceſſant à peccato. 1. Pet. 4. verſ. 2. Ideoque Paulus etiam ſolatur, quod hæc cooperentur in bonum diligentibus Deum. Roman. 8. Nec ſunt pares illæ afflictiones Ibid Momentanea hæc eſt afflictio. 2. Cor. 4. verſ 17. Nec vltra vires tentantur. 1. Cor. 10.

Bona igitur eſt illa tribulatio. Bonum eſt mali Domine. Pſalm. 119. Facit coniuges ardentiores ad preces, incitat ad mutuam concordiam, probatam Deo facit illorum fidem, ſpem, patientiam, &c. Nec propter eiuſmodi calamitates Patriarchæ à coniugio abſtinuerunt, ſed patienter tulerunt propter Dominum. Adam videt necem filij violentam, alteriuſque fugam. Geneſ 4. Noha ridetur a filio. Geneſ. 9. Loth videt vxorem in columnam verti. Geneſ 19. Abrahamo Ægyptij volunt rapere (Gen. 12.) vxorem: experitur rixas inter Saram, &c. Geneſ. 16. Iſaacus videt Eſauum Iacobo minitari mortem. Geneſ. 27. Iacobi dilecta coniunx Rahel partus doloribus ſuperata ſuccumbit. Geneſ. 35. Venditur illius filius chariſſimus Ioſephus. Gen 37. Vinum mox deficit in Cana Ioan. 2.

Vbi patientia & precibus ſemper opus eſt.

Sicut itaque priores, de quibus ſupra diximus, his non deterrentur à coniugio, ſi Deo patientiam ſuam & veram fidem probare volunt: Ita poſteriores antequam matrimonium ineant, de his prius cogitent, & ſcie ad talia exercitia corde fideli præparent: ne poſtea pœniteat initi coniugij, cum vident, non omnia ex animi ſententia ipſis ſuccedere. Non itaque ſibi omnem, eamque perpetuam fœlicitatem polliceantur, ſed cogitent de tribulationibus carnis, quarum Paulus hic mentionem facit.

Digitized by Google

Quod ſi vero coniugium adipiſcantur, parati ferre onera & moleſtias coniugij, cum patientia debita, erit illis hæc ſancta Crux. Et beati erunt, ſi ſudorem diuinitus expreſſum patienter ferant. Beatus vir, & bene ipſi erit, benedicitur à Domino. Pſal. 128. Et cogitet illud, Syr. 7. verſ. 16. Similiter etiam mulier, licet ſentiat dolores & moleſtias, ſalua tamen fiet, ſi manſerit in fide, charitate, & ſanctificatione. 1. Tim. 2. in fine.

Ideoque hæc omnia ad folennem nuptiarum confirmationem ex ſacris literis prǽleguntur: vt ſciant quid in coniugio ſperandum ſit, vel non ſit, ſemper itaque eius ſint memores, & ſi hiſce prius propoſitis conditionibus mutuam dederunt matrimonij fidem, cogitent ſe nunquam poſſe ab illo pacto diſcedere.

Thema. LXXXV.
Ex 1. Cor. 7. v. 29.

Cæterum illud dico fratres, tempus contractum eſt. Supereſt, vt, qui habent vxores, ſint tanquam non habeant: & qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquã non gaudeant: & qui emunt, tanquam non poßideant: & qui vtuntur mundo hoc, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.

DISPOSITIO.

Egregie Paulus his verbis patremfamil. inſtruit, quomodo Oeconomiã ſuam inſtituere, & in illa verſari debeat. Cum enim in hoc capite Corinthijs ſuis conſulat quomodo cœlibes & coniugati, virgines & viduæ, fideles cum infidelibvs, viuere debeant: hanc etiam maritis doctrinam tum temporis valde neceſſariã ſubminiſtrat, vt ſciant, quomodo inſtantibus perſecutionibus in omnibus ſuis actionibus ſeſe gerere debeant. Conſiſtunt autem hæ mariti actiones omnes, aut tamen notiſſimę, quantum ad tẽporalia attinet, in his 4. Primum, vt vxo-

re

rem recte tractet. 2. Vt in vtraque fortuna proſpera & ad-uerſa medium teneat. 3. Vt in emendo & vendendo bo-num habeat finem propoſitum. 4. Vt hoc mundo & hac vita recte vtatur. Quomodo itaque circa hęc Corinthius bene verſari debeat & poſſit, Paulus ordine docet. De ſingulis etiam dicendum, & quomodo illa nobis vſui eſſe poſſint, oſtendendum.

I.

Sæpius Paulus in hoc capite meminit periculorum, & calamitatum, quæ imminebant tum Chriſtianis, à Tyrannis & perſecutoribus Eccleſiæ.

Metus igitur erat, ne, qui vxorem habet, nimio erga illam affectu tempore perſequutionis agnitam veritatem abneget, & ad Gentiliſmum reuertatur, ne cogatur deſerere vxorem & liberos, aut ne illos vna ſecum rapiat in exilium. Hanc ob cauſam monet Paulus, quomodo vxores diligere debeant: ne ſcilicet in graiam vxorum à profeſſione veritatis deficiant. Vult vt ſint vxorem habentes, tanquam non habentes: hoc eſt, diligant ſane illas impenſe. Quod ſi vero illæ a Confeſſione Chriſtianiſmi auocare velint, non obediant illorum monitis: ſed ſciant, Deo vocanti ſub cruce magis parendum, & illum ſuper omnia diligendum. Tum iudicent ſe non habere vxores, & propter Chriſtum libenter deſerant. Et cogitent id, quod Chriſtus Petro dicit, auocanti illum, ne redimeret genus humanum paſſione & morte ſua, Matth. 16. Abi poſt me Satan. OBSTACVLO ES MIHI: QVIA NON SAPIS EA, QVÆ SVNT DEI, SED QVÆ SVNT HOMINVM. Et ſciat talis, vxorem ſolicitantem ad defectionem, non amplius facere officium vxoris: ideoque non plus diligendam, quam Deum. Hoc Chriſtus etiam nobis explicat hoc modo: Luc. 14. v. 26. Qui venit ad me, & non odit patrem, matrem, VXOREM & liberos, &c. imo & vitam ſuam, non poteſt eſſe Diſcipulus. Loquitur de perſecutionis caſu: alioquin non odiſſe, ſed diligere debet homo ſuos.

Addit autem Paulus rationem hoc loco, quare non graue eſſe debeat deſerere & negligere vxorem repugnātem profeſſioni veritatis, quia ſcilicet TEMPVS BREVE EST. Fluxa eſt & inſtabilis hæc vita. quam ſi quis voluerit conſeruare, perdet vitam, quæ eſt æterna. Quid tum profuerit huius vitę exigua prolongatio. vide Matt. 16. v. 26. & 25. Matth. 10. v. 39.

LOCVS Etiam ad nos pertinet hæc doctrina, quamuis iam per Dei gratiam, à perſequutionibus ſimus immunes. Pluribus autem modis vſu venire poteſt hæc admonitio.

1 Ita voluntati coniugum debent ſeſe attemperare Chriſtiani, vt nihil in gratiam vel mariti vel vxoris ſuſcipiant, quod ſit contra pietatem. Deo enim magis obediendum quam hominibus. Et ſi quicquam petat alter coniugum, quod Deum poſſit offendere, cogitet alter, ſe iam coniugem non habere. Non enim excuſantur coram Deo, qui in gratiam coniugum contra Dei mandata peccant. Ideoque volebat Dominus occidere Moſen, quod in gratiam vxoris mandatum de circumciſione negligeret, & filij circumciſionem differret. Exod. 4. Nec excuſatur, ſed accuſatur Adam à Deo grauiſſime, quod in gratiam vxoris comedit de fructibus prohibitis. Geneſ. 3. Salomoni etiam non parcit Dominus, quod in gratiam vxorum Idololatriam promouit. 1. Reg. 11. Dauid propter Michal non vult abſtinere à cultu. 2. Sam 6. v. 21.

2. Quod ſi etiam extra Religionis caſum, vir ab vxore, vel vxor à marito petat aliquid impium, vel inhoneſtum, vt (exempli cauſa) iuuet furtum, homicidium, &c. ſit vxorem habens tanquam non habens, & viciſſim. Sicut enim oculus ſcandalizans eſt eruendus. Matth. 5. ita etiam mulier ſcandalizans negligenda. Alioquin iubens & conſentiens pari pœna digni ſunt. Nec excuſat malefactum, vel mariti in vxorem imperium, vel vxoris erga maritum dilectio. Eadē eſt ratio, vbi

aliter

Digitized by Google

alter coniunx alterum vult impedire, ne bene agat. Exempli gratia; Quando Eleemoſynas daturo obſtrepat mulier, Parce mihi & liberis, ne egeamus: tunc ſit vir tanquam non habens mulierem, nec audiat illam Cogita coniugem impia præcipientem, non iam tibi eſſe coniugem, ſed Satanam ſollicitantem ad malum.

3. Etiam hoc pacto vir habens vxorem tanquam non habens, vt non totus ſit vxori deditus propter libidinem ita vt propter voluptatem negligat pietatem: ſed vt caſte & in timore Domini cohabitet coniugi ſuæ Hoc enim Chriſtus reprehendit, nubebant & nuptum tradebant, &c. Hoc eſt, tantum libidinis cauſa ducebant vxores Ibi non legitimum coniugium, quod per ſe non eſt prohibitum, ſed intemperantiam illorum intelligit. Matth. 24. v. 38. Non autem debet, teſte Hieronymo, maritus vxorem vt meretricem diligere: Sic iucunda, iuxta tamen caſta & pia conuerſatio.

4. Tandem & vir moriturus ſit tanquam non habens vxorem Non ſit impatiens, ſi cogatur illam deſerere. Ita cogitet etiam, Deus dedit, Deus abſtulit, ſi illam prius morientem cogatur relinquere. Ezechiel Propheta. Ezech. 24.

II.

Quia varia poterant, tum etiam accidere Chriſtianis Corinthiis coniugibus, vt iam plorandi, iam gaudendi tempus ſit, iam læta, iam triſtia, fluant, inſtruit ipſos Paulus etiam, quomodo vtramque fortunam ferre debeant æquo animo. Qui flent, ſint tanquam non flentes. Licet quidem tempore tribulationum plorare & angi, attamen ita temperent luctum, ne propter aduerſitates Deo litem mouere, & bellum indicere videantur, ſed erigant ſeſe coniuges mutuo ex verbo Domini Sciant aſflictiones eſſe momentaneas, & leues 1. Corinth 4. Ideopue patienter ferant.

Viciſſim, gaudentes ſint tanquam non gaudeant.

Hæc autem ſunt obſeruanda in contractibus.

1. Nequis defraudet proximum in quocunque contractu. 1 Theſſ. 4 v. 6. Deus enim vltor eſt.

2. Ne cor apponamus, Pſal. 62 & propter bona terrena negligamus cœleſtia. Quod fecit is, qui agrum & quinque iuga boum emit. Luc 14.

Ne illa graue ſit relinquere, cum moriendum eſt nobis Luc. 12. v. 20 Eccl. 5 v. 13.

IV.

Qui in hoc mundo viuunt, neceſſe habent cum aliis ita conuerſari, vt mundus illos non auerſetur. At quia mundus eſt immundus, non vult Paulus Chriſtianos ita ad nutum huius mundi vel hominum mundanorum viuere: vt imitentur mores & ſtudia mundi. Nam quæ ſunt in mundo, vt concupiſcentia carnis, oculorum, & faſtus vitæ, non ſunt à patre cœleſti. 1. Ioan. 2. Nec Deum diligit, qui vanitatem huius mundi diligit Ideoque ſic viuendum in hoc mundo, ne mundi huius abuſus Chriſtianos auocet à Deo aut bonis cœleſtibus.

Rationem addit Paulus: Præterit enim σχῆμα huius mundi: hoc eſt, quæ mundus pro delitiis habet, derepente euaneſcunt, & in nihilum rediguntur. Quid igitur profuerit, vanitates illas mundi ſectari?

LOCVS. Quia viuendum in mundo; opera danda, vt non accommodemus nos ad figuram huius ſeculi, Rom. 12. v. 2. nec imitemur mores mundi. Ego vos SELEGI DE MVNDO Non eſtis DE MVNDO. Ioan. 15. Contra eos, qui dicunt, Vlula cum lupis, cum quibus eſſe cupis. Et: Si fueris Romæ, Romano viuito more **Es muß ſich einer nach der Welt richten / die Welt richtet ſich nicht nach jhme /** inquiunt illi.

A. hoc non eſt vti, ſed abuti mundo. Poſſumus quidem in mundo viuere, ſed opera mundi mala non imitari debemus. Mundus mihi crucifixus eſt, inquit Paulus. Gal, 6. v. 14.

Vult

Digitized by Google

I.

Mulieres viris ſubditas & obedientes eſſe vult Apoſtolus, vt alibi dicitur. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. Eadem eſt ſententia Petri. 1. Pet. 3. Imo eſt ſententia ipſius Dei Opt. Max. Ipſe dominabitur tibi, Gen. 3.

Hoc iugum mulieribus impoſitum licet graue ſit, non poſſunt tamen excutere. Et ſufficere merito debebat id, quod hæc eſt Dei voluntas immutabilis, quæ illis ſacroſancta eſſe debet. Neque etiam tenetur Deus huius mandati reddere rationem Attamen propter infirmitatem noſtram, non dedignatus eſt Spiritus ſanctus rationes reddere huius ſubiectionis. Et varias quidem alibi ponit ſcriptura: de quibus ſuo loco.

Nunc tantum illas duas excutiamus, quas hoc loco Paulus nobis dictauit.

1. Ex prima creatione vna ſumitur ratio Non vir creatus eſt ex muliere, ſed mulier ex viro Et primus quidem creatus eſt vir ex terra: non autem ambo ſimul. Tempore prior igitur eſt vir. **Elter vnnd darumb Edler.**

Poſtea etiam creata vxor, ſed non ex terra Verum ex homine, & quidem ex viro ſuo. Habet igitur carnem, oſſa, ſanguinem, vitam, animam, nomen & omnia à viro, ſecundario. A Deo enim primario vir & mulier animam & corpus, vitam & vires habent.

Quia igitur Deus virum prius creauit: ex illo deinde mulieres: ideo cogitent hæ, vnde ſint, vnde vitam, carnem & ſanguinem, nomen & originem habeant. Et ſi liberi debent reuereri ſuos parentes, hanc ob cauſam, quod ortum & vitam habent ex parentibus: debet etiam vxor maritum honorare, quod ex ipſo vitam habet. Quicquid habet vxor, habet à marito: Et quod viuit, viuit ex mariti carne & ſanguine. Quod ſi Deus non creaſſet virum, nunquam de muliere fuiſſet cogitatum. Viro igitur poſt Deum omnia accepta ferat: Sicut

DOMINO. Dominus voluit illos eſſe vnum. Duo erunt in carne vna. Gen. 2. Matth. 19. Nec facit coniugium vnus vir & ſolus vir. ſed vir cum muliere, & mulier cum viro conſtituunt coniugium. Hæc Dei ordinatio eſt. Et quid eſſet primus vir, ſi non addita fuiſſet ipſi vxor? Non habebat ſibi ſimile: propterea tantopere gaudet de vxore. Geneſ. 2. verſ. 23. Quod igitur vxor poſt ipſum creata eſt, id factum eſt propter ipſius commodum. Et quia ex ipſo eſt, ideo non poteſt illam contemnere.

2. Sicut prima vxor eſt ex viro: ita viciſſim, qui primus ex homine eſt vir, ex muliere natus eſt. Etiam omnes viri ſunt ex mulieribus nati. Fortiſſimus Dauid, ſapientiſſimus Salomon, optimus Ioannes Baptiſta, &c ex hoc vaſculo infirmo ſunt prognati. Et ſi non eſſet mulier. nullus naſceretur vir.

3. Omnia ex Deo, inquit Paulus, innuens, tam virum, quam fœminám eſſe creaturam Dei. Nec tantum Deum eſſe patrem & creatorem viri, ſed etiam fœminæ.

PECCANT ERGO VIRI, QVI CONTEMNVNT VXORES SVAS, vel odio habent Deum enim vxoris Creatorem contemnunt, imo ſuum Creatorem & Dei creaturam. Contemnunt adiutorium à Deo datum Imo ſeipſos contemnunt, cum ſint ex muliere nati. Et ſi maxime vir caput eſt, non poteſt tamen eſſe ſine membris. Et tam indiget caput membris, quam membra capite.

Imo ſine vxore non potes vir eſſe: non liberos gignere, nec illos educare, nec familiam recte adminiſtrare. Vir itaque tantum dimidius eſt homo, caput abſq; membris. Cum muliere autem totus vir eſt, ſicut caput & membra vnum ſunt corpus.

Ideoque Petrus grauiſſime monet, 1. Pet. 3. Cum ratione illis cohabitandum.

Et ſi nulla cauſa eſſet alia præter hanc, quod à Deo eſt mu-

Digitized by Google

eſt mulier, non tantum creata, quod hic dicitur, ſed etiam viro iuncta. quod ex Prouerb. 19. & Syr. 26. verſ. 3. patet, omnino teneretur maritus illi habere ſuum honorem.

Maneti itaq; hæretico, qui vxorem dixit à malo Deo profectam, ſimiles ſunt, quotquot illam non diligunt, tanquam Dei donum maximum, vtiliſſimum, ſed contemptim habent. Cum ſit auro & Margaritis pretioſior. Prouerb. 31. Syrach. 7 Tu dilige ipſam propter Deum, qui dedit eam. **Dann ſie kompt von lieber Hand.**

THEMA LXXX II.

Ex Epheſ. 5.

Vxores propriis viris ſubditæ ſitis, veluti Domino. Quoniam vir eſt caput vxoris, quemadmodum & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & idem eſt, qui ſalutem dat corpori. Sed quemadmodum Eccleſia ſubdita eſt Chriſto, ſic & vxores ſuis viris ſubditæ ſint in omnibus.

DISPOSITIO.

Hæc verba pars ſunt Tabulæ illius Oeconomicæ, (**Haußtafel** vulgo vocant) in qua omnes hominum Status & omnes ex verbo Dei admonentur ſui officij, vt ſunt Magiſtratus, Iudices, Subditi, Viri, Vxores, Liberi, Serui, Domini, &c. Et prælegantur non tantum ſtatis temporibus hæc in Eccleſia. ſed ea, quæ iam legi audiuiſtis, pars etiam ſunt eorum, quæ ſolent fere ſingulis hebdomadibus apud nos aliquoties, ad confirmationem nuptiarum prælegi Neogamis. Hæc vero tantum ea comprehendunt, (de quibus etiam nunc tantum dicere animus eſt,) quæ ad mulieres pertinent. De viris dicetur etiam ſuo loco & tempore. Quia enim ſæpius hæc legi audimus, operæ pretium erit, lecta interdum, ſed vel non intellecta, aut tamen neglecta explicare paulo fuſius.

Duo

Dũo autem Paulus his verbis tractat. Primum docet, quid requiratur à mulieribus, quod præſtare teneantur ſuis viris. De his enim tantum loquitur.

2. Rationes ſui propoſiti addit grauiſſimas.

I.

I. Vno verbo requirit à mulieribus SVBIECTIONEM, hoc eſt, obedientiam. Hoc infra explicat per timorem. Non debet agere pro libitu ſuo, ſed iuxta voluntatem viri viuere. Eſt enim ſubdita viro, tanquam ſui Magiſtratus. Ideoque timere debet, ne quicquam peccet contra maritum, nec faciat, quod reprehenſionem mereatur. Nec tamen eſt ſeruilis timor hic, nec oritur ex tyrannide: ſed eſt filialis timor, & ex amore natus.

Monetur ergo vxor, ne ſit reſponſatrix, vel obmurmuratrix: ſed ſi neceſſe eſt loqui, faciat id cum modeſtia & manſuetudine, Abigail erga Nabal. 1. Sam. 25. Non ſit imperioſa, & quæ marito velit præſcribere, qualis erat aliquando Michal. 2. Sam. 6. v. 20. Si monendus eſt vir, fiat id ex charitate, modeſte & humiliter. Eſther. Eſth. 8.

II. Subditæ ſint vxores SVIS viris: & quidem SVIS PROPRIIS viris: τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. Non ſine cauſa hoc additur. Multæ mallent adhærere alienis non proprijs viris. Commendant interdum alios viros in faciem ſuorum: & addunt, ſi meus maritus talis eſſet, vellem vtique illi parere. Multæ ſuos viros auerſantur, nec parent illorum imperio, ſed alienis ſubdunt ſeſe.

Monentur ergo, vt quælibet ſuum maritum reuereatur, qualiſcunque is ſit. Eſt enim caput vxoris, ſi maxime ſit caput heteroclitum.

Suus cuique placeat maritus præ omnibus alijs, nec alienum commendet, nec complexus quærat in ſinu alterius. ET SVIS VIRIS ſubditæ ſint omnes. Cum enim Bathſeba alij marito, qauntumuis Regi, ſeſe ſubijceret, vide quanta inde mala ſequuta ſient. 2. Sam. 12.

III. Debent vero mulieres ſubditæ eſſe maritis IN

Dd OMNI-

OMNIBVS REBVS Hoc demum videtur non durum eſſe, ſed grauiſſimum, Optarent illæ quidem obedire maritis in omnibus, quæ non diſplicere poſſunt. AT IN OMNIBVS obedire maritis, hoc quam durum eſt? Nunquid etiam in his, quæ contra conſcientiam poſſunt requirere mariti, parendũ? Minime. Deo enim magis obediendum quam hominibus. Act. 5. Ideoq; Abigail nõ in omnibus facit voluntatẽ viri, qui durus eſt & imiſericors erga pauperes. Potuiſſet etiã Sapphira detrectare mariti imperium, quando iuſſit illam mentiri Deo. Act. 5.

In omnibus autem marito obedire iubet Paulus propterea, quod ſcit, mulieres varias ſolere prætendere excuſationes. 1. Dicunt enim, ſi non talis, vel talis eſſet maritus, &c. 2. Alię dicunt: Ego nõ ſum viliori loco nata, ſed eodem quo maritus: Ergo non ſubiacere volo illi. 3. Alię dicunt: Ego mihi non videor minus ſapere, quã maritus: Ergo haud imerito detrecto illius imperium. 4. Aliæ dicunt: Ego locupletaui meum maritum. Ille viuit de meis bonis. Syr. 25. v. 29. Nunquid igitur adhuc ero illi ſubdita? &c. At qualiſcunq; ſis tu, qualiſcunque ſit maritus, IN OMNIBVS debes ſubdita eſſe. Nihil hic excipitur, niſi quod contra conſcientiam & honeſtatem eſt.

II.

Sufficere quidem debebant hæc vxoribus, quod Paulus id præceptũ tradidit. At quia ſcit, quam graue illis ſit imperium maritorum, præſertim IN OMNIBVS rebus, ideoq; rationes huius præcepti adducit grauiſſimas.

1. Subditæ eſtote, tanquam DOMINO. Subindicat Deo hanc præſtari obedientiam, quæ præſtatur marito, & Deo negari, quæ recuſatur marito. Dominus enim eſt, qui ſubdit eas maritis. Sicut is eſt, qui populum ſubdit ſub Dauidem, Pſal. 144. v. 2. ita is etiam ſubiecit Euam Adamo. Geneſ 3.

Eſt illis hæc ſubiectio non turpis, ſed glorioſa, propter Deum. Et commendatur hoc in Sara, quod vocat virum ſuum Dominum. 1. Petr. 3.

Cogi-

Cogitent, quid acciderit Vaſthi detrectanti imperium viri. Eſth. 1 Reſponſant illæ: Maritus meus non eſt Aſuerus? At nec tu es regina.

Viciſſim quid Scriptura ſentiat de imperioſis mulieribus, & inobedientibus, videre eſt compendio quaſi, Syr. 25. & 26.

2. Altera ratio. Vir caput eſt vxoris, quemadmodum Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.

Sunt illæ vas infirmum, nec poſſunt id præſtare, quod vir, neque conſilio, nec manuum labore.

Videmus Exemplo Euę, quam facile ſuccumbant tentationibus Satanæ. Capite itaque opus eſt, quod regere poſſit vxorem. Sicut Eccleſia Chriſto opus habet. Agnoſcat vxor virum eſſe caput: Et ſi pia eſt, gratias aget Deo, quod illi hunc habuerit honorem, & propter commodum illius caput dederit.

Si impia ſit & imorigera, cogitet, tibi in pœnam dedit caput. Alioquin nemo poſſet te in ordinem cogere. Ergo ſubdas collum tuum huic iugo, ſi non propter maritum, tamen ꝓpter Deum. Et ſane hęc obedientia Euę & ſubiectio eſt pars aliqua pœnæ, quæ infligitur ꝓpter peccatũ.

Licet enim etiam ante lapſum fuerit ſub Adamo, tamen fuiſſet illa ſubiectio magis iucunda.

Non autem graue eſt pijs matronis agnoſcere virum caput ſuum. Imo orant Deũ, ne illas velit priuare hoc capite, defenſore & rectore. Quã n. abſq; viris ſint miſeræ, teſtari poſſunt viduę. Vide de Naemi, Ruth Ruth. 1. v. 10.

Si quæ vero ſunt rebelles fœminæ, quibus graue eſt viro, tanquam capiti ſubiacere, illi cogitent, quam hoc ſit futurum abſurdum, ſi quis vellet pedibus ad cœlum ſurſum directis, corpore inuerſo incedere in capite, & capite pro pedibus vti.

Non aliter agunt illæ, quæ volunt eſſe caput viri. Eſtque hæc vera ſeditio aduerſus Deum Creatorem magis, quam aduerſus maritum. Ideoque non impune ferent. Nullius enim ſeditionis vnquam fuit fœlix euentus.

 3. Ter-

Digitized by Google

3. Tertia ratio latet in his verbis Pauli. Sicut Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & IDEM, QVI SALVTEM DAT CORPORI. Sicut ergo Eccleſia ſubiacet Chriſto: ita mulieres viris ſubditæ ſint.

Eccleſia prompto animo ſubiacet Chriſto. Quia non caput tantum, ſed ET SALVATOREM CORPORIS expetitur Chriſtum. Eſt enim Eccleſia ſponſa Chriſti ſanguine illius parta, mundata, à tyrannide Satanæ liberata, & ſaluatur etiam per ipſum. Ita vir ſua quadam ratione eſt SERVATOR VXORIS. Habet enim VXOR à viro, (ſi bonus is ſit, & qualis eſſe debet) tutelam & defenſionem, victum & amictum, conſilium & ſolatium, compaſſionem & conſolationem in afflictionibus, dilectionem, & cætera.

Ideoque pro his beneficijs debet illa obedientiam non denegare. Et ſane quæ pia eſt & cordata prompto animo hanc præſtabit, & grato animo omnia beneficia agnoſcet, atque viciſſim maritum participem reddet laboris ſui, & beabit, exemplo mulieris pretioſæ, de qua Pro 31. in fine.

THEMA LXXXVIII.

Ex Epheſ, 5.

Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum expoſuit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet eam ſibiipſi glorioſam, Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & irreprehenſibilis. Sic debent viri diligere ſuas vxores, vt ſua ipſorum corpora. Qui diligit ſuam vxorem, ſeipſum diligit. Nullus enim vnquam ſuam ipſius carnem odio habuit, imo enutrit ac fouet eam, ſicut & Dominus Eccleſiam.

DIS-

Digitized by Google

DISPOSITIO.

1 Sæpe multumque audimus ex varijs paſſim Scripturæ locis, & ex cap. 5. ad Epheſios inprimis admoneri ſui officij mulieres: præſertim cum ad confirmationem nuptiarum ſolennem hæc ſingulis prælegantur Neogamis, quæ Paulus tractat verbis iam propoſitis.

At cum non tantum de mulieribus, ſed & de viris Paulus agat eo loco, ideoque non eſt, quod opinentur viri, ſe nihil opus habere admonitione illa Paulina, cum per ſe faciant officium non moniti. Illis ergo etiam neceſſe erit, officij partes, ex his verbis Pauli, demonſtrare aliquanto prolixius: vt non tantum cœlibes, quid aliquando ſit coram Eccleſia promittendum, intelligant, ſed & maritis promiſſio olim facta in memoriam reuocetur.

Videamus 1. Quid Paulus à maritis requirat.

2. Quas ſui affirmati rationes adducat.

I.

Sicut à mulieribus vno verbo requiſiuit obedientiam & ſubiectionem: ita viciſſim à viris vno verbo tantum requirit dilectionem & charitatem. Inquit enim, viri diligite vxores. Non autem eſt vir, qui non velit videri diligens vxorem: ſed multi grauiſſime aberrant. Ideoque quis amor requiratur, primum hic attendendum.

1. Paulus autem præcipiens diligi vxores, non intelligit cęcum & inſanum illum amorem amantium, qui verius furor dici meretur. Is enim amor raro eſt conſtans & durabilis, vltra tres menſes. Et facile vertitur in odium.

Nec intelligit Paulus hunc amorem, vt (quod effœminati nonnulli ſolent facere) maritus vxori indulgeat, quicquid illa molitur, & vt conniueat ad omnia illius dicta & facta, quantumuis inhoneſta, vel tamē ſcandaloſa, & offendiculi plena. Nec ita diligere debet vxorem, vt in gratiam illius ipſe contra Deum peccet: quod feciſſe legitur Salomon, & Ioram filius Ioſaphat. 1. Reg. 11. & 2. Par. 21. Nō enim maior debet eſſe dilectio vxoris, quam

Dei. Qui plus diligit vxorem, quam Chriſtum, eius diſcipulus non erit.

Rectius feciſſet Adam, ſi non in gratiam mulieris violaſſet præceptum Dei ſui. Nec recte facit Achab, quod in gratiam Iſabelis perſequuturæ Eliam (1. Regum 19.) tacet ad omnia illius conſilia, & magis honorat vxorem, quam Deum verum, cuius viderat cultum eſſe verum. 1. Regum 18.

Sed verus amor erga coniugem, vt ſincerus & cõſtans eſſe debet: ſic non lædere Deum, vel conſcientiam debet. At multa requirit hæc erga coniugem dilectio. De quo iam dicendum.

II. Æſtimanda autem hæc ſunt ex natura charitatis veræ. 1. Corinth. 13. & patebit, quid maritalis illa dilectio requirat. Huc quadrant etiam multa Pauli verba in præſenti textu.

1. Charitas eſt benigna Benignus ergo & benefactor erit maritus erga vxorem. Et hoc loco illud requirit Paulus, innuens, vxorem tanquam propriam carnem eſſe alendam, ſuſtendandam, & curandam.

2. Charitas nunquam ceſſat. Idem eſt, quod Paulus hic: Nemo odit carnem ſuam. Debent ideoque viri ſemper amore ſincero proſequi vxores. Exempla, Abraham erga Saram. Iacobus erga Rahelem. Dauid erga Michal.

3. Charitas omnia ſuffert, eſtque patiens admodum. Ita maritus diligens vxorem, infirmitates illius feret patienter. Cum ratione cohabitauit. 1. Petr. 3. Vitia nouerit, non oderit. Alter alterius onera portabit. Gal. 6. Si fers in æquo vitium propter virtutes alias, magis in vxore. Hoc eſt, quod exemplo Chriſti monet Paulus maritos; ſicut is Eccleſiæ infirmitates fert, & rugas atque maculas, &c. ita maritus.

4. Charitas non inflatur. Ita maritus non ſuperbe dominabitur vxori, quam diligit. Sicut & Chriſti imperium erga eccleſiam non eſt tyrannicum & inſolens, ſed ſuaue & iucundum. Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt.

5. Cha-

5. Charitas non eſt PROCAX. Germ. Treibt nicht mutwillen. Ita maritus non debet fallere fidem vxori. Sicut Chriſtus conſtantiſſime adhæret ſponſæ: etiamſi illa fidē non ſeruauerit. Ierem. 2. Tu fornicata es &c. Quod quidem mulieres nō ſtudeant imitari, ſpe illa freti, quod mariti ſint condonaturi delictum.

6. Sed nec æmulatur, nec ſuſpicax eſt charitas, verum omnia credit, omnia ſperat. Ita maritus non debet eſſe ſuſpicax & zelotypus. Et magis ſtudeat defendere honorem mulieris, quam illius famam in diſcrimen adducere. Sicut Chriſtus ſuam eccleſiam defendit ab omni iniuria, &. Vide Syracid. 9. cap. Ne zeles. &c.

7. Tandem charitas omnia ſuffert, & non irritatur. Ita maritus diligens vxorem, ferat patienter illius correptiones, preſertim ſi ſint neceſſariæ, vtiles, & ſimul modeſtæ. Patet Abrahamus recte monenti Saræ, licet illud fuerit ipſi grauiſſimum. Geneſ. 21. Et ideo placet verſ. 12.

Videtis, opinor, chariſſimi, quid Paulus requirat, precipiens dilectionem. Plura ſunt, quam quæ vel hic ſunt enumerata (quæ ex Corinth. petere licet) vel quæ facile à maritis præſtantur. ſi non ſint timentes Dominum.

Cum autem Paulus ſciat, quam difficulter viri nonnulli conſentiant in hæc (quæ diximus) charitatis præcepta, ideo rationes huius propoſiti affert haud leues, de quibus iam dicendum in 2. parte.

II. *Pars.*

1. Ratio vna Pauli hæc eſt: Diligite vxores, SICVT CHRISTVS ECCLESIAM ſuam. Non dubitauit filius Dei mortem ſubire, & grauiſſimas paſſiones pro Eccleſia, quia illam ſibi deſponſauit. Propterea SIBI etiam dicitur mundaſſe, redemiſſe, &c. Si igitur volumus frui hac Chriſti dilectione, redemptione, imitemur etiā nos exemplū Chriſti, & ſic diligamus vxores, ſicut Chriſtus Eccleſiam, vt neceſſitate hoc poſtulante, etiā vitam pro ipſis ponere non graue ſit. Diabolo non permittendum

vt is turbet hunc amorem à Deo inſtillatum cordibus. Qui enim locum dat Diabolo, teſtatur ſe non eſſe membrum Eccleſiæ. Nec etiam diligetur à Chriſto, qui non diligit vxorem. Nec poteſt vir dicere, ſe diligere Deum, quando odit vxorem. 1. Ioan. 3.

2. Qui diligit vxorem PROPRIVM CORPVS, PROPRIAM CARNEM, SEIPSVM diligit. Carnem ſuam nemo odit. Inſani homines ſeipſos lædunt: nunquam autem is, qui compos mentis eſt, ſuam carnem odiſſe poteſt. Quia igitur mulier cum viro eſt vna caro. Geneſ. 2. inſanus certe cenſendus eſt, qui odit vxorem ſuam. Videmus vnde mulier ſit Geneſ. 2. Ex coſta viri: prope cor, ex latere, ex carne & oſſibus mariti exempta. Ideo tantopere placet Adamo, vt pronuntiet, relinquendos marito parentes, & adhærendum vxori. Sunt itaque inexcuſabiles, qui dilectionem vxoris in arbitrio ſuo poſitam eſſe iudicant. Imo qui ita verſantur cum vxoribus in domo, ſicut Leo. Syr. 4.

Perturbat id Deum. Malach. 2. v. 17. & ſanctos Angelos. Sicut concordia viciſſim Deo & hominibus placet. Syr. 25.

Impediuntur orationes, & ſuſpiria aſcendunt ad Deum. 1. Pet. 3. v. 7. Mal. 2. v. 13. Hoc non eſt bonum viris.

THEMA LXXXIX:

Ex Epheſ. 5.

Myſterium hoc magnum eſt, verum ego loquor de Chriſto & Eccleſia. Quanquam & vos ſingulatim hoc præſtate, vt quiſque ſuam vxorem diligat, tanquam ſe ipſum. Vxor autem, vt reuereatur virum.

DISPOSITIO.

Paulus de Coniugio tractans ad Epheſios, innuit illud eſſe duplex: aliud ſpirituale, aliud corporale.

Spirituale inter Chriſtum & Eccleſiã. Corporale vero inter

inter virum & vxorem. Et hanc rem non carere myſterio dicit. Alterum enim deſignari per alterum. Spirituale docet, quomodo corporale debeat eſſe comparatum. Et corporale ſimilitudine quadam, ſi ſit ſincerum, docet, quale ſit ſpirituale inter Chriſtum & Eccleſiam. Quia igitur alias de corporali coniugio audimus tantum, nunc ſimul de ſpirituali & corporali dicemus.

Et primum quidem de illo, deinde etiam de hoc, vt, quomodo vnum deſignet alterum, videamus.

I.

Myſterio, & quidem magno, non carere tractationem de coniugio, Paulus diſerte oſtendit. Eſſe enim coniugium etiam inter Chriſtum & Eccleſiam

1. Chriſtum autem ſponſum eſſe, patet ex Pſal. 45. Ex Cantico Canticorum, ex Eſa 54 & 62. Ita etiam ex Parabola Matth. 22. Et hoc loco: Sponſam eſſe Eccleſiam Dei: extra omne dubium ponit Paulus.

2. At magna eſt diſparitas. Chriſtus prædiues eſt, ſanctus & iuſtiſſimus, abſque omni peccato Eſa 53. Sponſa vero Eccleſia eſt paupercula, carens omni gloria, habēs rugas & maculas, quas prius opus fuit mundare ſanguine & lauacro aquæ.

3. Interim tamen Chriſtus non eſt dedignatus hanc ſibi deſponſare. Tantuſque fuit amor illius erga ſponſam vt mori pro ipſa voluerit & ſanguine ſuo illam redimere. Act. 20.

4. Ideoque magno ſtudio mundauit, & gratioſam ſibi exhibuit. Seque illi caput & defenſorem conſtituit. Saluator corporis dicitur Epheſ. 5

5. Habet itaque ſponſa Eccleſia cauſas graues, vt hoc ſuum caput reuereatur, & ipſi obediat in omnib. Sine hoc capite n. nunquam vel conſiſtere, vel in conſpectum Dei venire, vel mūda apparere, imo nec ſaluari vnquā poſſet.

Et huius myſterii nos admonere debet ſæpius coniugium honeſtum inter maritum & vxorē: Talis enim (ſuo modo) eſt ratio inter Chriſtum & Eccleſiam, qualis inter bonum & excellentem ſponſum & ſponſam pauperculam:

3. Fidem coniugalem ipſi ſeruet inuiolate. Non deficiat vnquam, ſed firmiſſime adhæreat ipſi. Alieni paſtoris vocem non audiunt oues. Ioan 10 Poteſt vir ferre infirmitates, ſed adulterium ferre non poteſt Ita Chriſtus Eccleſiæ infirmitates fert, ſed ſi plane ſiat adultera, tunc ſeſe ſubducit, Adulterium n. cauſam ſeparationis præbet.

II.

Sicut per coniugium corporale denotatur. quid in ſpirituali coniugio ſiat inter Chriſtum & Eccleſiā: ita viciſſim ſpirituale coniugiū docet, qd in corporali fieri debeat. De quo Paulus breuiter, quia ſupra id fuſius tractauit.

1. De viro, vnuſquiſque ſuam vxorem diligat. Quomodo; Sicut ſeipſum.

Qualis debeat eſſe hæc dilectio, ſupra in præcedentis Thematis tractatione dictū eſt copioſe. Si velit maritus examinare cor ſuum, & obſeruet quanta dilectione ſeipſum proſequatur: vno verbo hoc erit, vt nihil ſibi velit mali, nihil non optet boni. Idem erga vxorem valet Rurſus, ſi ad ſpirituale coniugium reſpiciamus, de quo ſupra, docet Chriſtus ſuo exemplo, quid debeat maritus.

1. Debet illi defenſionem, & quidem talem, quæ ipſa etiam mortis pericula non recuſet. Sanguine enim Chriſtus ſibi redemit Eccleſiam.

2. Communicare omnia ſua bona debet maritus ſuæ vxori. Sunt enim vnum corpus & vna anima. Vna Caro & vnus ſanguis. Sicut Chriſtus nos omnium cœleſtiū bonorum facit participes Cohæredes Chriſti. Rom 8.

3. Summatim dicimus omnia, ſicut ſalutem Chriſtus pręſtat corpori: ita vir debet ſalutem pręſtare vxori: vt ab ipſo omnia habeat, quæ ad corporalē ſalutem ipſi ſunt neceſſaria. Et hæc quidem omnia ex dilectione fluunt. Quicunq; enim maritus vxorem ſincere diligit, ſeipſum & omnia ſua illi haud inuitus communicabit.

II. De officio vxoris etia& Paulus breuiter tractat, dicens, VXOR REVEREATVR VIRVM. Reuerentiam illam ſupra per SVBIECTIONEM expoſuit.

Eſt

DISPOSITIO.

De coniugio ineundo ſæpe multumq; cogitant iunio res tum maſculi tum fœmellæ, quam primum ſe ad matrimonium aptos eſſe, (interdum etiam cæco atque præpoſtero admodum iudicio) deprehendunt. At de officio virorum & mulierum, & quomodo in coniugio viuendũ, pauci admodum ſunt qui cogitent. Ideoq; recte fit, quod ſæpius publicis concionibus homines vtriuſq; ſexus de officio virili, & muliebri admonentur. Hanc ob cauſam multi in ſcriptura paſſim loci occurrunt, in hanc ſententiam. Nec ſemel etiam Paulus id genus argumenti tractat quemadmodum inter alia multa etiam præſens locus docet. Primum igitur de mulieris erga virum: Deinde etiam de viri officio erga mulierem dicemus.

I.

Paucis verbis multa complectitur Paulus, dicens: Vxores ſubditæ eſtote propriis viris, ſicut conuenit, in Domino.

1. Primum ergo requirit Paulus ſubiectionem, vt & Epheſ. 5. Et Petri eadem eſt ſententia 1. Pet. 3.

Quæ ſubiectio requirit obedientiam & reuerentiam. [De reuerentia illa in Thematis præcedent. tractatione, & de obſequio in tractatione Themat. 87. dictum. Ideo hic ero breuior, quia pene eadem occurrunt iſtis locis]

2. Obedientiam autem reſtringit. Cum enim dicat, ſubditæ eſtote viris, addit PROPRIIS viris. Idem eſt Epheſ. 5. ſupra oſtenſum. Non alienis viris delectentur aut illis ſeſe ſubiiciant: ſed propriis. Contra quorundam peruerſitatem, de qua ſupra ſuo loco.

3. Altera reſtrictio eſt, IN DOMINO. Cum ſupra Epheſ. 5. dixiſſet, in omnib. ſubditæ eſtote, iam id reſtringit & quo pacto intelligi velit oſtendit, ſc. in Domino debere illas ſubiacere. Ne videatur quoduis obſequium etiam in re impia præcipere, ideo dicit, illud tantum ſe requirere: quod in Domino, hoc eſt, ſalua pietate & conſcientia poſſit præſtari. Alioquin Deo plus obediendum, quam

partes, percipite. Idem vero vobis ſic dicit Apoſtolus? viri diligite vxores, & ne ſitis amarulenti erga ipſas.

Sicut autem Paulus à mulierib. requirit obedientiã & ſubiectionẽ, ita à viris poſtulat dilectionẽ erga coniuges.

Non hic inſanum illum amorem intelligit, quo multi feruntur ad nuptias: non amorem illum, qui ad nutum vxorum ſeſe accommodat, intelligit, ſed verum & ſobrium affectum maritalem: qualis erat in Abrahamo, Iſaaco Iacobo, Dauide, Boos, &c Multum autem requirit dilectio: quæ talis eſſe debet erga vxorem, qualis eſt viri cuiuſque erga ſeipſum. [De quo ſi in ſpecie plura quis deſiderat, videat tractationem Themat. 88.] At videre, chariſſimi, quid dilectioni ſit contrarium, quidque opponat eidem Paulus; NE SITIS AMARVLENTI ERGA ILLAS. Intelligit maleuolentiam illam, quæ eſt in quibuſdam viris, qui vbi faſtidire cœperint vxores, inuident illis poſtmodum & bona & honorem, alimenta item & omnia, & optant eas perditas Sicut enim amor erga vxorem, ſi verus eſt, ardentiſſimus eſt, ſic etiam viciſſim odium, vbi inueterauit, acerbiſſimum eſt Hoc ne fiat, ſolicite Paulus monet, ne ſitis acerbi vel amarulẽti erga eas.

VSVS. Tum ex illis, quæ priori parte tacta ſunt, tum etiam ex pauculis hiſce quædam erunt notanda: quæ cedere poterunt ad doctrinam noſtram.

1. Quod enim Deus vxores non niſi in Domino ſubiacere vult maritis, eo ipſo admonẽtur viri, ne quid exigãt ab vxoribus, niſi quod poſſit fieri in DOMINO. Hoc eſt, quod ſalua & illæſa conſcientia poſſint præſtare vxores.

Quod enim nonnulli viri id (quod eſt valde iniquum) poſtulant ab vxoribus, oſtendunt ſe Domini præcepta negligere, & interim ſua præcepta contra Dominum obtrudere. Quod quam ſit impium & abſurdum, quis non videt? Et vt cætera omnia iniquiſſima ſtultorum quorundam & impiorum maritorum poſtulata taceamus, hoc vnum: quam quæſo eſt abſurdum & impium in Deum, ſi requirere maritus audeat ab vxore, vt ipſi

per

permittat libere ſcortari & adulterium committere cum aliis? Quod ſane multi faciunt, qui dum turpiſſime proprium tholamum commaculant, interim exigunt à mulieribus hanc tolerantiam & patientiam, vt ne ægre ferant, ſed taceant ad illa ſcelera. Quidam etiam ne contra hiſcere vel muttire volunt vxores. At ô ſcelus! ô nefandam impietatem! Non tantum adulterio polluere ſeſe, ſed & inſuper exigere à muliere, vt pro ſubiectione illa quam teneatur præſtare, hoc vel expreſſe probet, vel tamen ſilentio tegat, & patientia, &c. Illud vero intolerabile eſt vxori. Nec poteſt in Domino, hoc eſt, ſalua cõſcientia, tacere & conniuere ad ſcelera mariti, quin in faciem ipſi reſiſtere, & tanti ſceleris atrocitatem, (quæ æternam damnationem meretur), ante oculos ponere debet. Si id agnoſcat & culpam deprecetur apud Deum inprimis, & apud maritam ſuam, tum demum poterit illi delictum commiſſum condonare, & porro cum ſubiectione debita ipſi cohabitare. At vel impietam illius iuuare, vel approbare nunquam poteſt, in Domino.

2. Sed & hoc alte infigant animis ſuis mariti, non ſatis eſſe, ſi ſemel dilexerint vxores ſuas. (Nemo enim vxorem accipiet, quam nunquam dilexerit.) Sed requiri etiam, ne dilectio illa vnquam vertatur in amarulentiam.

Non enim locum dare debet maritus Diabolo, vt is euellat amorem cordi inſtillatum à Domino. & contra ſeminet Zizania amarulenta: quod quidem Aſmodæus ille nequam ſtudioſe facere tentat.

Nec cauſa vlla eſt, quæ amarulentiam illam viri erga vxorem, (quæ chariſſima olim fuit) hinnulum gratiſſimum Prou. 5. poſſit excuſare.

Non propter ætatem ingraueſcentem vxoris amarulentus eſſe debet. Non enim deſpicienda ea, quæ fuit vxor iuuentutis. Malach. 2. v. 15 Nos etiam oramus ne Deus proiiciat in diebus ſenectutis, Pſal. 71. v. 9. Ergo nec nos idipſum faciamus erga vxores.

Non propter infirmitates amarulentus ſit Etenim iam

ante

ante nouit illam eſſe vas infirmum. 1. Pet. 3. Si Deus nos vellet abijcere propter infirmitatem, & linum fumigans extinguere, aut calamum quaſſatum conterere. Eſai. 42. Væ nobis.

Non propter formam neglectam amarulentus eſſe debet maritus. Etenim pulchritudo fallax eſt. Prouerb. 31. verſic. 29.

Non propter vitia mulieris amarulentus eſſe poteſt: cum nemo viuat ſine crimine: & re ipſe quidem maritus (quiſcunque tandem ſit) ἀναμάρτητος ſit. Pro remiſſione peccatorum orabit ad te omnis ſanctus. Pſal. 32. Quin potius alter alterius onera portet. Gal. 6. Amci vitia noueris, non oderis.

Inprimis vero caueant mariti, ſi aliquando Satan diſcordias ſeminet inter coniuges, ne inueteratum fiat odium Satana inſtigante. Illud enim amarulentiam parit. Nec ſint mariti ἄσπονδοι. 2. Tim 3.

THEMA XCI.

Ex 1. Theſſ. 4.

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis à ſcortatione, & ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere cum ſanctificatione & honore, non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodum & gentes, quæ non nouerunt Deum, &c.

DISPOSITIO.

Regius Pſaltes Dauid Pſalm. 143. verſ 10. orat, Domine doce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu. Et hoc magni beneficij loco habet Propheta, ſi voluntatem Domini ſciat. Ecce autem Paulus nobis verbis prælectis Dei voluntatem manifeſte tradit: Hæc, inquit, eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis à ſcortatione. Hanc nos non tantum ſcire, ſed etiam facere debemus. Dico vos amicos, ſi feceritis voluntatem meam

Digitized by Google

Ioan.15. Cum autem hoc tempore extremo, plures ſint ſerui ſcientes voluntatem Dei, attamen non facientes, ideoque plagis multis vapulandi. Luc. 12. v. 47. neceſſe erit, vt liberemus animas noſtras. Hanc itaque grauiſſimam Pauli exhortationem in manus ſumemus & dicemus.

1. Quomodo ſanctitati ſtudendum, vt caueatur ſcortatio.

2. Ad quos pertineant hæc præcepta de ſcortatione vitanda.

3. Rationes Pauli examinabimus, quare abſtinendum à ſcortatione.

I.

Vitate ſcortationem inquit Paulus. Et hoc vult 6. Decalogi præceptum. Idem etiam eſt 1. Cor. 6. v. 18. Notandum vero, quod intelligat per ſcortationem, non actus tantum illicitos, (licet hos potiſſimum) ſed & impudicos ſermones, geſtus, &c. De quo Epheſ. 5.

Quomodo autem cauēda ſcortatio. Vnusquiſque vas ſuum poſſideat cum ſanctificatione & in honore, non in concupiſcentia.

Vas vocat corpus hominis, à Deo formatum & creatum. Sępius enim vtitur Scriptura hac ſimilitudine vaſis, & quidem vaſis fictilis. 2. Cor. 4. Apoſtolos vocat vaſa teſtacea ſeu fictilia. Et in genere omnes homines vocat vaſa. 2. Tim. 2. verſ. 20. & 21. Sicut enim figulus vaſa facit pro voluntate ſua, & eadem poteſt iterum frangere. Ier. 18. Ita homo etiam eſt in poteſtate Dei, Roman. 9. Et facit quidem vaſa ad honorem & ſanctificationem. 2. Tim 2. Vaſa autem à Diabolo corrupta tolerat magna patientia. Roman. 9. In his vaſis Spiritus ſanctus habitare vult. 1. Cor. 6. & 2. Cor. 6.

Ideoque illa ſunt habenda in pretio, ne polluantur. In ſanctificatione poſſideat vas ſuum. Vaſa ad honorem. Vaſa aurea & argentea. 2. Tim. 2. Hæc non polluuetur.

Exem-

Digitized by Google

Exempli gratia. Si tibi vas aureum vel deauratum ſit donatum à Principe, illud certe magnifacis, & in honore habes. Ita Deus dedit tibi corpus, vas ad honorem, pretioſius auro (factum hominem ad imaginem ſuam dicit, Geneſ. 1. verſ. 26.) & illud vult in æternum ſaluare. Ideoque tu non polluas illud ſcortatione. De quo 1. Cor. 6. Cætera peccata fiunt extra corpus. Scortatio autem corpus polluit. Et ſicut corpus non debes polluere: ita nec animum vel cor. Hoc enim polluto, corpus mundum eſſe non poteſt.

II.

Quibus vero datum eſt hoc præceptum de vitanda ſcortatione? Sunt enim qui ſe non putant eadem lege teneri, qua alij. Qui cœlibes ſunt, putant ad ſe nihil pertinere talia mandata. Et placet illis Terentianum illud: Non eſt flagitium ſcortari adoleſcentes. Nonnulli ex nobilioribus, potentibus, ditioribus perſonis ſeipſos volunt eximere ab hac lege, & libidini (vti ſperant) impune operam dare. Alij aliud prætendunt.

At Paulus ab hac Regula neminem excipit, ſed notanter ait, VNVS QVIS QVE poſſideat vas ſuum in honore: Quia enim ad Theſſalonicenſes non tantum, ſed & ad omnes Chriſtianos ſcripta eſt Epiſtola, pertinet hoc etiam mandatum ad omnes. Sicut & præceptum illud ſextum Decalogi ad omnes pertinet.

Quia etiam omnia omnium hominum corpora, & diuitum & pauperum, & virorum & mulierum, &c. ſunt vaſa Dei, in quibus vult habitare Spiritus ſanctus, ideoque munda & ſancta debent ſeruari & cuſtodiri. Et quanto præſtantius eſt vas, tanto debet aſſeruari mundius. Dicimus itaque vobis omnibus (chariſſimi auditores) per Dominum Ieſum, cum Paulo Apoſtolo, quod apud Deum ſicut in alijs, ita etiam in hoc caſu nullus ſit perſonarum reſpectus. Actor. 10. Deut. 10. Nec olim in extremo iudicio cuiuſquam perſonam accipiet iuſtus

3. Fidem coniugalem ipſi ſeruet inuiolate. Non deficiat vnquam, ſed firmiſſime adhæreat ipſi. Alieni paſtoris vocem non audiunt oues. Ioan 10 Poteſt vir ferre infirmitates, ſed adulterium ferre non poteſt Ita Chriſtus Eccleſiæ infirmitates fert, ſed ſi plane fiat adultera, tunc ſeſe ſubducit, Adulterium n. cauſam ſeparationis præbet.

II.

Sicut per coniugium corporale denotatur. quid in ſpirituali coniugio fiat inter Chriſtum & Eccleſiã: ita viciſſim ſpirituale coniugiũ docet, q̃d in corporali fieri debeat. De quo Paulus breuiter, quia ſupra id fuſius tractauit.

1. De viro, vnuſquiſque ſuam vxorem diligat. Quomodo; Sicut ſeipſum.

Qualis debeat eſſe hæc dilectio, ſupra in præcedentis Thematis tractatione dictũ eſt copioſe. Si velit maritus examinare cor ſuum, & obſeruet quanta dilectione ſeipſum proſequatur: vno verbo hoc erit, vt nihil ſibi velit mali, nihil non optet boni. Idem erga vxorem valet Rurſus, ſi ad ſpirituale coniugium reſpiciamus, de quo ſupra, docet Chriſtus ſuo exemplo, quid debeat maritus.

1. Debet illi defenſionem, & quidem talem, quæ ipſa e iam mortis pericula non recuſet. Sanguine enim Chriſtus ſibi redemit Eccleſiam.

2. Communicare omnia ſua bona debet maritus ſuæ vxori. Sunt enim vnum corpus & vna anima. Vna Caro & vnus ſanguis. Sicut Chriſtus nos omnium cœleſtiũ bonorum facit participes Cohæredes Chriſti. Rom 8.

3. Summatim dicimus omnia, ſicut ſalutem Chriſtus pręſtat corpori: ita vir debet ſalutem pręſtare vxori: vt ab ipſo omnia habeat, quæ ad corporalẽ ſalutem ipſi ſunt neceſſaria. Et hæc quidem omnia ex dilectione fluunt. Quicunq; enim maritus vxorem ſincere diligit, ſeipſum & omnia ſua illi haud inuitus communicabit.

II. De officio vxoris etiã Paulus breuiter tractat, dicens, VXOR REVEREATVR VIRVM. Reuerentiam illam ſupra per SVBIECTIONEM expoſuit.

Eſt

DISPOSITIO.

De coniugio ineundo ſæpe multumq; cogitant iuniores tum maſculi tum fœmellæ, quam primum ſe ad matrimonium aptos eſſe, (interdum etiam cæco atque præpoſtero admodum iudicio) deprehendunt. At de officio virorum & mulierum, & quomodo in cõiugio viuendũ, pauci admodum ſunt qui cogitent. Ideoq; recte fit, quod ſæpius publicis concionibus homines vtriuſq; ſexus de officio virili, & muliebri admonentur. Hanc ob cauſam multi in ſcriptura paſſim loci occurrunt, in hanc ſententiam. Nec ſemel etiam Paulus id generis argumenti tractat quemadmodum inter alia multa etiam præſens locus docet. Primum igitur de mulieris erga virum: Deinde etiam de viri officio erga mulierem dicemus.

I.

Paucis verbis multa complectitur Paulus, dicens: Vxores ſubditæ eſtote propriis viris, ſicut conuenit, in Domino.

1. Primum ergo requirit Paulus ſubiectionem, vt & Epheſ. 5. Et Petri eadem eſt ſententia 1. Pet. 3.

Quæ ſubiectio requirit obedientiam & reuerentiam. [De reuerentia illa in Thematis præcedent. tractatione, & de obſequio in tractatione Themat. 87. dictum. Ideo hic ero breuior, quia pene eadem occurrunt iſtis locis]

2. Obedientiam autem reſtringit. Cum enim dicat, ſubditæ eſtote viris, addit PROPRIIS viris. Idem eſt Epheſ. 5. ſupra oſtenſum. Non alienis viris delectentur aut illis ſeſe ſubiiciant: ſed propriis. Contra quorundam peruerſitatem, de qua ſupra ſuo loco.

3. Altera reſtrictio eſt, IN DOMINO. Cum ſupra Epheſ. 5. dixiſſet, in omnib. ſubditæ eſtote, iam id reſtringit & quo pacto intelligi velit oſtendit, ſc. in Domino debere illas ſubiacere. Ne videatur quoduis obſequium etiam in re impia præcipere, ideo dicit, illud tantum ſe requirere: quod in Domino, hoc eſt, ſalua pietate & conſcientia poſſit præſtari. Alioquin Deo plus obediendum, quam

partes, percipite. Idem vero vobis ſic dicit Apoſtolus? viri diligite vxores, & ne ſitis amarulenti erga ipſas.

Sicut autem Paulus à mulierib. requirit obedientiā & ſubiectionē, ita à viris poſtulat dilectionē erga coniuges.

Non hic inſanum illum amorem intelligit, quo multi feruntur ad nuptias: non amorem illum, qui ad nutum vxorum ſeſe accommodat, intelligit, ſed verum & ſobrium affectum maritalem: qualis erat in Abrahamo, Iſaaco Iacobo, Dauide, Boos, &c Multum autem requirit dilectio: quæ talis eſſe debet erga vxorem, qualis eſt viri cuiuſque erga ſeipſum. [De quo ſi in ſpecie plura quis deſiderat, videat tractationem Themat. 88.] At videte, chariſſimi, quid dilectioni ſit contrarium, quidque opponat eidem Paulus: NE SITIS AMARVLENTI ERGA ILLAS. Intelligit maleuolentiam illam, quæ eſt in quibuſdam viris, qui vbi faſtidire cœperint vxores, inuident illis poſtmodum & bona & honorem, alimenta item & omnia, & optant eas perditas Sicut enim amor erga vxorem, ſi verus eſt, ardentiſſimus eſt, ſic etiam viciſſim odium, vbi inueterauit, acerbiſſimum eſt Hoc ne fiat, ſolicite Paulus monet, ne ſitis acerbi vel amarulēti erga eas.

VSVS. Tum ex illis, quæ priori parte tacta ſunt, tum etiam ex pauculis hiſce quædam erunt notanda: quæ cedere poterunt ad doctrinam noſtram.

1. Quod enim Deus vxores non niſi in Domino ſubiacere vult maritis, eo ipſo admonētur viri, ne quid exigāt ab vxoribus, niſi quod poſſit fieri in DOMINO. Hoc eſt, quod ſalua & illæſa conſcientia poſſint præſtare vxores.

Quod enim nonnulli viri id (quod eſt valde iniquum) poſtulant ab vxoribus, oſtendunt ſe Domini præcepta negligere, & interim ſua præcepta contra Dominum obtrudere. Quod quam ſit impium & abſurdum, quis non videt? Et vt cætera omnia iniquiſſima ſtultorum quorundam & impiorum maritorum poſtulata taceamus, hoc vnum: quam quæſo eſt abſurdum & impium in Deum, ſi requirere maritus audeat ab vxore, vt ipſi

per

permittat libere ſcortari & adulterium committere cum aliis? Quod ſane multi faciunt, qui dum turpiſſime proprium thalamum commaculant, interim exigunt à mulieribus hanc tolerantiam & patientiam, vt ne ægre ferant, ſed taceant ad illa ſcelera. Quidam etiam ne contra hiſcere vel mutire volunt vxores. At ô ſcelus! ô nefandam impietatem! Non tantum adulterio polluere ſeſe, ſed & inſuper exigere à muliere, vt pro ſubiectione illa quam teneatur præſtare, hoc vel expreſſe probet, vel tamen ſilentio tegat, & patientia, &c. Illud vero intolerabile eſt vxori. Nec poteſt in Domino, hoc eſt, ſalua cõſcientia, tacere & conniuere ad ſcelera mariti, quin in faciem ipſi reſiſtere, & tanti ſceleris atrocitatem, (quæ æternam damnationem meretur), ante oculos ponere debet. Si id agnoſcat & culpam deprecetur apud Deum inprimis, & apud maritam ſuam, tum demum poterit illi delictum commiſſum condonare, & porro cum ſubiectione debita ipſi cohabitare. At vel impietam illius iuuare, vel approbare nunquam poteſt, in Domino.

2. Sed & hoc alte inſigant animis ſuis mariti, non ſatis eſſe, ſi ſemel dilexerint vxores ſuas. (Nemo enim vxorem accipiet, quam nunquam dilexerit.) Sed requiri etiam, ne dilectio illa vnquam vertatur in amarulentiam.

Non enim locum dare debet maritus Diabolo, vt is euellat amorem cordi inſtillatum à Domino, & contra ſeminet Zizania amarulenta: quod quidem Aſmodæus ille nequam ſtudioſe facere tentat.

Nec cauſa vlla eſt, quæ amarulentiam illam viri ergà vxorem, (quæ chariſſima olim fuit) hinnulum gratiſſimum Prou. 5. poſſit excuſare.

Non propter ætatem ingraueſcentem vxoris amarulentus eſſe debet. Non enim deſpicienda ea, quæ fuit vxor iuuentutis. Malach. 2. v. 15 Nos etiam oramus ne Deus proiiciat in diebus ſenectutis, Pſal. 71. v. 9. Ergo nec nos idipſum faciamus erga vxores.

Non propter infirmitates amarulentus ſit Etenim iam

ante

ante nouit illam eſſe vas infirmum. 1. Pet. 3. Si Deus nos vellet abijcere propter infirmitatem, & linum fumigans extinguere, aut calamum quaſſatum contercre. Eſai. 42 Væ nobis.

Non propter formam neglectam amarulentus eſſe debet maritus. Etenim pulchritudo fallax eſt. Prouerb. 31. verſic. 29.

Non propter vitia mulieris amarulentus eſſe poteſt: cum nemo viuat ſine crimine: & ne ipſe quidem maritus (quiſcunque tandem ſit) ἀναμάρτητος ſit. Pro remiſſione peccatorum orabit ad te omnis ſanctus. Pſal. 32. Quin potius alter alterius onera portet. Gal. 6. Amci vitia noueris, non oderis.

Inprimis vero caueant mariti, ſi aliquando Satan diſcordias ſeminet inter coniuges, ne inueteratum fiat odium Satana inſtigante. Illud enim amarulentiam parit. Nec ſint mariti ἄσπονδοι. 2. Tim 3.

THEMA XCI.

Ex 1. Theſſ. 4.

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis à ſcortatione, & ſciat vnusquiſque vas ſuum poßidere cum ſanctificatione & honore, non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodum & gentes, quæ non nouerunt Deum, &c.

DISPOSITIO.

Regius Pſaltes Dauid Pſalm. 143. verſ 10. orat, Domine doce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu. Et hoc magni beneficij loco habet Propheta, ſi voluntatem Domini ſciat. Ecce autem Paulus nobis verbis prælectis Dei voluntatem manifeſte tradit: Hæc, inquit, eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis à ſcortatione. Hanc nos non tantum ſcire, ſed etiam facere debemus. Dico vos amicos, ſi feceritis voluntatem meam

Exempli gratia. Si tibi vas aureum vel deauratum ſit donatum à Principe, illud certe magnifacis, & in honore habes. Ita Deus dedit tibi corpus, vas ad honorem, pretioſius auro (factum hominem ad imaginem ſuam dicit, Geneſ. 1. verſ. 26.) & illud vult in æternum ſaluare. Ideoque tu non polluas illud ſcortatione. De quo 1. Cor. 6. Cætera peccata ſiunt extra corpus. Scortatio autem corpus polluit. Et ſicut corpus non debes polluere: ita nec animum vel cor. Hoc enim polluto, corpus mundum eſſe non poteſt.

II.

Quibus vero datum eſt hoc præceptum de vitanda ſcortatione? Sunt enim qui ſe non putant eadem lege teneri, qua alij. Qui cœlibes ſunt, putant ad ſe nihil pertinere talia mandata. Et placet illis Terentianum illud: Non eſt flagitium ſcortari adoleſcentes. Nonnulli ex nobilioribus, potentibus, ditioribus perſonis ſeipſos volunt eximere ab hac lege, & libidini (vti ſperant) impune operam dare. Alij aliud prætendunt.

At Paulus ab hac Regula neminem excipit, ſed notanter ait, VNVSQVISQVE poſſideat vas ſuum in honore: Quia enim ad Theſſalonicenſes non tantum, ſed & ad omnes Chriſtianos ſcripta eſt Epiſtola, pertinet hoc etiam mandatum ad omnes. Sicut & præceptum illud ſextum Decalogi ad omnes pertinet.

Quia etiam omnia omnium hominum corpora, & diuitum & pauperum, & virorum & mulierum, &c. ſunt vaſa Dei, in quibus vult habitare Spiritus ſanctus, ideoque munda & ſancta debent ſeruari & cuſtodiri. Et quanto præſtantius eſt vas, tanto debet aſſeruari mundius. Dicimus itaque vobis omnibus (chariſſimi auditores) per Dominum Ieſum, cum Paulo Apoſtolo, quod apud Deum ſicut in alijs, ita etiam in hoc caſu nullus ſit perſonarum reſpectus. Actor. 10. Deut. 10. Nec olim in extremo iudicio cuiuſquam perſonam accipiet iuſtus

iudex. Nec quenquam excuſabit (quod ſolent nonnulli ſibiipſis perſuadere) vitæ genus, aut conditio, potentia, vel authoritas, nobilitas vel gloria. Cuius rei exempla ob oculos ſtatuit Deus, etiam in ſplendidiſſimis olim familijs. Perit Dominus terræ ſuæ Sichem nobilis & vnicus filius Hemor Principis. Gen. 34.

Pereunt Princeps Iſraeliticus Simri, & nobiliſſima Midianitica filia Casbi. Num. 25.

Nec impune tulit Dauid Rex potentiſſimus adulterium ſuum. 2. Sam. 12.

Quæ ſingula teſtantur Deum punire velle ex æquo ſcortationes, non habita ratione perſonæ.

III.

Hæc cum ita ſint, vnuſquiſque tanto diligentius apud animum ſuum perpendat rationes, à Paulo adductas, ob quas cauenda ſit ſcortatio. Non enim eſt vt quiſquam cogitet, hominum hæc eſſe commenta, ſed mandata hęc vobis damus, (cum Paulo ex hoc loco) PER DOMINVM IESVM, cuius legatione fungimur. Diuina itaque lege tenemini monitis noſtris parere

1. Ratio autem eſt grauiſſima, quando dicit Paulus, VOLVNTAS DEI EST VESTRA SANCTIFICATIO. Is voluntatem ſuam declarauit generaliter, Leuit. 19 Sancti eſtote. Et, non mœchaberis. Exod 20. In ſpecie autem Leuit. 20. v. 10. Deut. 22. Et Deut. 23 In Nouo Teſtamento grauiſſimis verbis Paulus docet, quæ ſit voluntas Dei 1. Cor. 6. Galat. 5. Hebr. 13. Hoc loco v. 5, Nolite ambulare cum affectu concupiſcentiæ, SICVT GENTES QVÆ DEVM IGNORANT. Non mirum eſt Ethnicos ab adulterio & ſcortatione non abhorruiſſe, quia Deum non nouerunt, nec præcepta illius. Quamuis etiam inter Gentes fuerint caſtiſſimi. Lucretia mori maluit, quam vitiata à Tarquinio viuere. Alexander Magnus aſpicere noluit filias Darij, & edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliretur.

Pene-

Penelope Icari filia nullis blandimentis, vel pollicitationibus adduci potuit, vt abſente per viginti annos Vliſſe caſtitatem corrumperet.

Hippo Græca mulier, capta à nautis cum pudicitię ſuę inſidias parari ſenſiſſet, noctu ſe in aquas pręcipitem dedit, maluitque mori pudica, quam impudica viuere.

Plurima alia de Scipione Africano, Sophronia, Daphne, &c. poſſent adduci. Nec deſunt exempla Romanorum, qui filios vel filias deprehenſas in actu impudico occiderunt.

Quod ſi maxime ex gentibus plurimi caſtitati non dederunt operam nihil mirum, cum Deus illis fuerit ignotus.

Chriſtiani vero nullam prætendere poterunt excuſationem. Seruus enim ſciens voluntatem, &c. Luc. 12. Et maior erit Chriſtianorum damnatio. Quia vocati ſunt ad ſanctitatem, non ad immunditiam.

III. Huc pertinet illud etiam, quod poſt pauca ſequitur hoc loco, vbi Paulus dicit, Deus vltor erit. Vix enim vllum eſt peccatum, in quod grauius animaduertit Deus etiam in his terris. Nec illud potuit Dominus tolerare etiam apud gentes.

1. Videmus, quæ comitentur ſcortationem & adulterium. Syr. 19. v. 2. & v. 3. Prou. 29. v. 3. Iob. 31. Syr. 9. v. 6. Prou. 6. v. 26. & 27. 28. vbi breuiter concludit Sapiens. v. 29. nemo impune feret adulterium. Prou. 19. v. 3. Ier. 5. v. 8. & 9. Ezech. 22. v. 11.

2. Teſtantur id exempla. Num. 25. Simri. Gen. 34. Sichem. Gen. 19 Sodomitæ. Et Beniamitæ. Iud. 20 Filij Eli. 1. Sam. 2. Samſon. Iud. 16. Dauid. 2. Sam. 12. Iulius Cæſar creditur diuino iudicio occiſus à Bruto, cuius matrem adamaſſe legitur, alteri marito nuptam. Tarquinius Superbus. Victorinus tyrannus. Paris raptor Helenæ, exempla præbent pœnarum.

3. Et quod grauiſſimum eſt. 1 Cor. 6. Galat. 5 Heb. 13 Epheſ 5. Non habent tales partem in Regno Dei.

Ee 3 THE-

Digitized by Google

THEMA XCII.

Ex 1. Tim. 2. v. 9.

Mulieres [volo] in amictu modeſto, cum verecundia & caſtitate ornare ſem. tipſas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſtitu ſumptuoſo, ſed quod decet mulieres profitentes pietatem per bona opera.

DISPOSITIO.

Mira ſolicitudine hoc agunt mulieres, vt appareant in veſtitu decenti. Plures vero in exceſſu, quam in defectu peccant. Et ſane multi iudicant, opus eſſe apud nos, in tanto luxu, leges ferri de re veſtiaria, quod in alijs quibuſdam Rebuspublicis factum eſſe conſtat. Hanc autem habemus hoc loco ordinationem veſtiariam, quam conuellere aut negligere nefas eſt. Etenim Paulus hoc loco egregie & accurate deſcribit. 1. Quis veſtitus mulierum & quis ornatus ſit probabilis atque decorus. 2. Et quis contra ſit inconueniens atq; deteſtabilis. De vtroque videamus.

I.

1. Mulieres volo apparere in amictu modeſto. Erat hoc vitium mulierum iſtius temporis commune, quod eſt etiamnum fere, vt nimij ornatus ſtudioſiores ſint, quam par eſt. Sic enim in publicis congreſſibus ſeſe oſtentare ſolent. Paulus itaque hortatur, vt veſtitus ſit honeſtus & decorus, pro ratione perſonarum, non ad luxum, ſed ad honeſtatem comparatus.

2. Maior enim ornatus, Paulo teſt, eſt verecundia & caſtitas. Neque poteſt externus ornatus, licet mundiſſimus & exquiſitiſſimus, illas ſic ornare, quemadmodum pudicitia. Hæc perpetuam habet laudem apud Deum & homines. Et ſine hac nihilo ſunt melioris conditionis, quam eſt porcus monili aureo ornatus. Prouerb. 11.

3. Et

Et ſane inter omnia maxime decet mulieres per bona opera ſuam profiteri pietatem. Inprimis vero loquitur Paulus de his mulieribus, quæ iam modo ad fidem Chriſtianam conuerſæ, doctrinam Euangelij amplectebantur, alentes ſpem vitæ æternæ, Illas decet aliter viuere, quam gentiles, quæ Deum ignorant, & ſpem æternæ ſalutis non habent. Decet has verus Dei timor, ardens ſtudium pietatis, & omne bonum opus, quo fidem ſuam demonſtrent Eccleſiæ.

LOCVS Videmus ex hoc loco legitimum veſtimentorum vſum non improbari Paulo, dum is amictum modeſtum non reprehendit in mulieribus. Hic autem verus vſus eſt veſtimentorum, 1. tegere partes pudendas, frigus & æſtum arcere. Patet ex prima veſtium confectione. Geneſ. 3.

2. Deinde veſtes adhibere etiam ad modicum ornatum, nullibi eſt prohibitum. Neque enim auro, argento, byſſo, purpura indui vetat Dominus. Atqui natura dictat, hæc omnia attemperari debere ad ætatis, ſexus, ordinis, loci & temporis rationem. Alia enim veſtis decet iuuenes, alia ſenes, alia ruſticas, alia nobiles perſonas. Hominibus in Magiſtratu aut loco eminentiori conſtitutis, cultus conceſſus & magnificus addit aliquam authoritatem, teſte Quintiliano.

Propter cultiorem veſtitum non leguntur Principes aut Reges reprehenſi in Scriptura. Commendat magnificentiam Salomonis ipſe Chriſtus Matth. 6. At modum ſeruare voluit Deus omnes homines in omnibus, vt & hoc loco. Idque præſertim inferioris conditionis homines facere omnino oportet: ne quid nimis.

Ideo enim reprehenditur diues. Luc. 16. Quod cum non fuerit Magiſtratus, aut nobiliori loco habitus, purpura tamen & byſſo quotidie vſus fuerit. De quo in 2. parte plura.

Vnum hoc monet Paulus, magis ornari mulieres virtutibus, quam veſtibus. Inter quas præcipuum lo-

cum habeat pudicitia & caſtitas ; Ornamentum ſingulare hoc commendatur.

Syr. 26. v. 19. & 20. Syr. 37. Exempla. Rebecca. Eſther. Maria. Suſanna.

Quod ſi non alia eſſet vlla cauſa, ob quam caſtitati ſtudere deberent, vna tamen hæc ſufficere poteſt, vt ſcilicet, PROFITEANTVR SIC PIETATEM SVAM: hoc eſt, vt ſic teſtentur ſe viuam habere fidem, non mortuam. Non enim eſt fides, vbi caſtitas non eſt. Ideoque 1. Tim. 2 non ſine cauſa coniunguntur, fides & ſanctificatio atque caſtitas.

Quia enim fidem operibus neceſſe eſt (Iacob. 2) oſtendere, ideoque caſtitatem ſuam in corde, verbis, veſtibus & omni ratione hominibus comprobare debent honeſtæ & piæ matronę.

Hic eſt ornatus pulcherrimus. Sic placere poterunt Deo & hominibus. 1. Petr. 3.

II.

Videamus porro, quid in ordinatione illa veſtiaria Pauli ſit prohibitum, vel indecens.

1. Non tortis crinibus vult illas ornari. Reſpicit ad mores illorum temporum, vbi crinibus varie tortis atq; retortis ſuperbiebant; quemadmodum hodie apud nos ſolent facere nobiles perſonæ, & alię.

Eſai 3. v. 24. reprehendit Deus etiam tortos crines.

2. Auro & margaritis non vult ſplendere mulieres. Non quidem omnibus indifferenter prohibitum eſt geſtare aurum & margaritas: (licet enim id nobilioribus & magno loco natis) ſed ne etiam plebeij ordinis homines tam magnifice ornentur, vetat. Sicut hodie etiam ruſticorum & ciuium filiæ omnem pene nobilium & Principum matronarum ornatum, quacunque poſſunt ratione, imitari ſtudent.

3. Veſtitum ſumptuoſum in genere reprehendit, qui magis ad luxum, quam ad neceſſitatem, vel modicum & decentem ornatum facit.

LOCVS

Locvs Sicut verum veſtimentorum vſum, Paulo non improbari ſupra diximus: ita viciſſim ex hac 2. parte docemur, veſtitum immoderatum omnino improbari. Hunc autem dicimus veſtitum immoderatum, qui non tantum ſupra modum eſt ſumptuoſus, ſed etiam hunc, vbi ratione formæ veſtimentorum magna apparet leuitas. Atque plurimum hodie peccatur in forma, & ſæpius ars materiam ſuperat.

Et ſane ſi à capite ad pedes deſcendas, atque omnia veſtimentorum genera conſideres, tam in viris quam in mulieribus, magnam luxuriam reperies in pleriſque. Et quod dolendum eſt, quotidie fere noua veſtiendi forma excogitatur. Nunc Hiſpanorum, mox Italorum, vel Gallorum formam imitantur in veſtimentorum confectione: & tandem etiam Turcarum imitabuntur Germani habitum. Proh pudor? Quæ hæc inconſtantia, longe à moribus maiorum noſtrorum diſtans? Et plurimi quidem non agnoſcunt, ſe veſtitu ſumptuoſo & leuiculo tam grauiter peccare. Multi etiam ad publicas conciones tam ſuperbe accedunt. Et incedentibus Dominis, (vt Hieronymus habet) ſæpe ancilla virgo procedit ornatior, vt quam incomptam videris, dominam ſuſpiceris. Viciſſim, quæ maxime ornata comparet, ſæpe ancilla eſt. Quin nec in ipſo etiam luctu interdum poſſunt ſibi temperare ab immodico & indecoro veſtimentorum genere.

1. At cogitandum, quæ fuerit origo veſtimentorum, peccatum ſcilicet: Geneſ. 3. Ideoque Deus hunc luxum, (præſertim in mulieribus: quia apud ipſas plerunque maior eſt, quam in viris) grauiſſime reprehendit, Eſa. 3. 1. Pet. 3. Et hoc loco atque alibi.

2. Offenditur etiam immoderato hoc veſtitu proximus. Alij enim imitantur has ineptias, & oriuntur mox æmulatio. Alii leuitate illa, quæ in veſtibus cernitur, accenduntur ad libidinem, &c.

3. Lædit etiam ſumptuoſe ornata ſeipſam. Sic enim

maritum & liberos multis bonis ſpoliat. Et rem familiarem non mediocriter lædit illa ſumptuoſitas. Sic etiam quod pauperibus debeatur, interdum erogatur ad luxum illum immoderatum. Nec raro veſtes illæ prætioſæ ſolent oppignorari aliis.

4. Quod ſi hæc non fiant, punit tamen Deus alia ratione, ſicut is nouit facere. Quod Eſa. 3. & Zephaniæ 2. minatur.

Huic luxui omnino eſſet reſiſtendum. Non enim mouere debet illud, quod obiiciunt, neminem pro ipſis exſoluere nummos. & ſi quæ ſunt alia illorum effugia. Peccatur enim contra Deum. Is ſuperbis reſiſtit. Et odit (ait Auguſtinus) Deus holoſericatos & pannoſos.

1. Concionatores faciant ſuum officium: & caueant ne domeſtici ipſorum (dum ipſi etiam tam ſumptuoſe incedunt, multos etiam vincunt luxu) alios offendant & irritent. Væ per quem. Matth. 18.

2. Magiſtratus quoque & legibus & pœnis hunc faſtum debebat cohercere. Romani legem Oppiam habebant, ne qua mulier auro plus ſemiuncia ornaretur. Càto Conſul Romanus hanc legem acerrimi defendit. At hodie tàntum cuique licet, quantum libet.

3. Parentes etiam hanc leuitatem in liberis ſuis, vltra, quam par eſt, veſtitis, non debebant ferre: multo minus iuuare; quod faciunt quam plurimi.

4. Cogitent omnes in genere, præſertim virgines, ſe non magis poſſe ornari, quam cultu ſimplici.

Conſideret quiſque ſuam conditionem, ætatem; vitæ genus, &c. Et ſi honeſtas atque pietas ſpectetur in omnibus, amictus erit decorus, moderatus, de quo in prima parte dictum. Sed de his ſatis hoc loco.

THI-

THEMA XCIII.

Ex 1. Tim. 2. v. 12.

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Cæterum mulieri non docere permitto, neque authoritatem vſurpare in viros, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim prior formatus eſt, deinde Eua. Et Adam non fuit deceptus, ſed mulier ſeducta, obnoxia facta eſt tranſgreſſioni, &c.

DISPOSITIO.

Singularem in Scriptura laudem merentur matronæ honeſtæ, quæ non euagantur paſſim ſed vel domi ſuæ, vel in Eccleſia Chriſti inueniuntur. Hæ veræ ſunt οἰκουροι affixæ domibus, ſicut viris parieti domus Pſal. 128. Et talem vxorem habere, omnis honeſtus vel vir, vel iuuenis deſiderat. At quia fieri poteſt, vt quis vel domi, vel in Eccleſia verſetur, & tamen officium ſuum non rite adminiſtret, ideoque egregie Paulus hoc loco mulieres docet. 1. Quomodo in templo. 2. & quomodo domi ſuæ facere debeant officium. De his dicemus breuiter,

I.

In Eccleſia vel in templo vult Paulus mulierem diſcere, non docere. Mirum hoc videri poterat. Cum olim etiam mulieres legantur donis Prophetiæ ornatæ fuiſſe, vt Miriam, Exod. 15. Hulda. 2. Reg. 22. & Hanna, Propheti ſſæ. Luc. 2. At licet illa dona ſingularia fuerint, tamen publico munere docendi in Eccleſia fungi non debebant, etiam in Veteri Teſtamento; ſed domi vel priuatim ſonuerunt verbum Dei, & prophetarunt.

Singularia tamen illa exempla communem regulam non infrigunt. Ideo repetit idem Paulus, 1. Cor. 14. Mulier taceat in Eccleſia.

Diſcere autem vult illas, in ſilentio, cum ſubiectione

Non

Digitized by Google

Non curioſe omnia ſcrutentur, nec ogganiant docentibus, ſed audiant miniſtros verbi docentes, & audita ſeruent, meditentur in timore Domini. Exemplo Lydiæ. Actor. 16. Sic Dominus aperiet cor.

Locvs. Videamus occaſione horum verborum Pauli, & quomodo & quando fœminis concionari liceat vel non liceat. Reperiuntur interdum adeo confidentes & audaces mulieres, quæ non tantum viros proprios, ſed paſtores ſuos & Miniſtros verbi docere conantur. Ideo Paulus Apoſtolus legem ponit, qua cohibeatur hæc audacia mulierum, & partes docendi illis (ſi maxime has ſibi rapere conarentur) minime eſſe committendas aſſerit. Rationem poſtea adducit, quæ huc etiam referri poteſt. Ita enim prima mulier ſuum erudiuit maritum, vt inde omnis noſtra miſeria ſequuta ſit.

Propter iudicii imbecillitatem igitur ſatius eſt illas diſcere quam docere. Eſt etiam id genus hominum valde curioſum, nec facile contentum eſſe poteſt. Quot ſeminarent illæ hæreſes? quæ monſtra opinionũ tuerentur? Ideo cum ſubiectione & in ſilentio illas vult diſcere Paulus. De his autem ſatis, quia honeſtę matronę abhorrent ab eiuſmodi temeritate & audacia.

1. Ne tamen mulieres omnem ſibi à Paulo poteſtatem docendi ereptam eſſe putent, ſciendum poſſe illas domi, imo debere eſſe doctores, & concionari ſuis liberis atq; familiæ. Quia enim frequenter illis conuerſantur, poſſunt eos erudire de capitibus variis ſincæræ Religionis, præſertim ex Catechiſmo, & audita in concionibus ad ipſos referre. Mulieri quoque dicitur illud: Acue filiis. Deut. 6. v. 7. Ibi enim additur, cum ſederis in domo tua, &c. quod ad mulieres magis, quam ad viros pertinet, cum illi extra domum ſæpius laborent.

2. Deinde vbi maritus non facit officium, monendus eſt ab vxore. Abigail monet Nabalum 1. Sam. 25. At hic non locum habet illud Pauli, inſta importune. Magna

enim

Digitized by Google

enim diligentia inſtituendæ hæ conciones domeſticæ, ne plus deſtruant, quam ædificent.

1. Non ebrijs aut iratis concionentur matronæ. Abigail non prius cum viro agit, quam is exhalauit crapulam. 1. Sam. 25. v. 36.

2. Debent eiuſmodi conciones domeſticæ **Hauſpredigten** eſſe modeſtæ, ne ſuſpicari poſſit maritus, [illegible] ex odio, vel dominandi libidine. Sed vt intelligat, proficiſci eas ex affectu coniugali, conſtare debent deprecationibus & blandiſſimis cohortationibus.

3. Et debent eſſe breues. Si enim πολυλογία vnquam eſt moleſta, maxime hic eſt. Etenim [illegible] raro ſolet eſſe fauorabilis.

Tales vero exhortationes mariti audire non recuſent. Interdum etiam vxor non importune monet. Quin ipſe Deus iubet Abrahamum obtemperare Saræ recte monenti. Gen. 21. Et ſi Pilatus Chriſtum dimiſiſſet liberum, non vtique malus conſiliarius vxor eidem fuiſſet. Matth. 27. Certe rectius marito ſentit Rebecca, procurando benedictionem filio iuniori Iacobo. Gen. 27. Dei erat hoc conſilium. Sicut enim cohæredes ſunt gratiæ, ita ſua etiam habent dona ſingularia.

II.

Vidimus quid mulier facere debeat in templo. Audiamus etiam quid facere debeat in domo ſua. Sicut autem in templo non debet docere, ita domi non debet imperare viro.

Quemadmodum in ſilentio debet diſcere cum ſubiectione: ita etiam in ſilentio conuerſari debet marito. Non quod muta eſſe debeat, ſed ne vſurpet authoritatem in virum, & obloquatur ei.

Rationes huius mandati 2. affert Paulus.

1. Adam prior formatus eſt, deinde Eua. Hoc fere idem eſt, quod ſupra dixit, 1 Cor. 11. Mulier ex viro, non vir ex muliere creatus eſt. Sic etiam mulier propter virum

iudex. Nec quenquam excuſabit (quod ſolent nonnulli ſibiipſis perſuadere) vitæ genus, aut conditio, potentia, vel authoritas, nobilitas vel gloria. Cuius rei exempla ob oculos ſtatuit Deus, etiam in ſplendidiſſimis olim familijs. Perit Dominus terræ ſuæ Sichem nobilis & vnicus filius Hemor Principis. Gen. 34.

Pereunt Princeps Iſraeliticus Simri, & nobiliſſima Midianitica filia Casbi. Num. 25.

Nec impune tulit Dauid Rex potentiſſimus adulterium ſuum. 2. Sam. 12.

Quæ ſingula teſtantur Deum punire velle ex æquo ſcortationes, non habita ratione perſonæ.

III.

Hæc cum ita ſint, vnuſquiſque tanto diligentius apud animum ſuum perpendat rationes, à Paulo adductas, ob quas cauenda ſit ſcortatio. Non enim eſt vt quiſquam cogitet, hominum hæc eſſe commenta, ſed mandata hęc vobis damus, (cum Paulo ex hoc loco) PER DOMINVM IESVM, cuius legatione fungimur. Diuina itaque lege tenemini monitis noſtris parere

1. Ratio autem eſt grauiſſima, quando dicit Paulus, VOLVNTAS DEI EST VESTRA SANCTIFICATIO. Is voluntatem ſuam declarauit generaliter, Leuit. 19 Sancti eſtote. Et, non mœchaberis. Exod 20. In ſpecie autem Leuit. 20. v. 10. Deut. 22. Et Deut. 23 In Nouo Teſtamento grauiſſimis verbis Paulus docet, quæ ſit voluntas Dei. 1. Cor. 6. Galat. 5. Hebr. 13. Hoc loco v. 5, Nolite ambulare cum affectu concupiſcentiæ, SICVT GENTES QVÆ DEVM IGNORANT. Non mirum eſt Ethnicos ab adulterio & ſcortatione non abhorruiſſe, quia Deum non nouerunt, nec præcepta illius. Quamuis etiam inter Gentes fuerint caſtiſſimi: Lucretia mori maluit, quam vitiata à Tarquinio viuere. Alexander Magnus aſpicere noluit filias Darij, & edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliretur.

Pene-

Penelope Icari filia nullis blandimentis, vel pollicitationibus adduci potuit, vt abſente per viginti annos Vliſſe caſtitatem corrumperet.

Hippo Græca mulier, capta à nautis cum pudicitię ſuę inſidias parari ſenſiſſet, noctu ſe in aquas pręcipitem dedit, maluitque mori pudica, quam impudica viuere.

Plurima alia de Scipione Africano, Sophronia, Daphne, &c. poſſent adduci. Nec deſunt exempla Romanorum, qui filios vel filias deprehenſas in actu impudico occiderunt.

Quod ſi maxime ex gentibus plurimi caſtitati non dederunt operam nihil mirum, cum Deus illis fuerit ignotus.

Chriſtiani vero nullam prætendere poterunt excuſationem. Seruus enim ſciens voluntatem, &c. Luc. 12. Et maior erit Chriſtianorum damnatio. Quia vocati ſunt ad ſanctitatem, non ad immunditiam.

III. Huc pertinet illud etiam, quod poſt pauca ſequitur hoc loco, vbi Paulus dicit, Deus vltor erit. Vix enim vllum eſt peccatum, in quod grauius animaduertit Deus etiam in his terris. Nec illud potuit Dominus tolerare etiam apud gentes.

1. Videmus, quæ comitentur ſcortationem & adulterium. Syr. 19. v. 2. & v. 3. Prou. 29. v. 3. Iob. 31. Syr. 9. v. 6. Prou. 6. v. 26. & 27. 28. vbi breuiter concludit Sapiens. v. 29. nemo impune feret adulterium. Prou. 19. v. 3. Ier. 5. v. 8. & 9. Ezech. 22. v. 11.

2. Teſtantur id exempla, Num. 25. Simri. Gen. 34. Sichem. Gen. 19 Sodomitæ. Et Beniamitæ. Iud. 20 Filij Eli. 1. Sam. 2. Samſon. Iud. 16. Dauid. 2. Sam. 12. Iulius Cæſar creditur diuino iudicio occiſus à Bruto, cuius matrem adamaſſe legitur, alteri marito nuptam. Tarquinius Superbus. Victorinus tyrannus. Paris raptor Helenæ, exempla præbent pœnarum.

3. Et quod grauiſſimum eſt. 1 Cor. 6. Galat. 5 Heb. 13 Epheſ. 5. Non habent tales partem in Reguo Dei.

THEMA XCII.

Ex 1. Tim. 2. v. 9.

Mulieres [volo] in amictu modeſto, cum verecundia & caſtitate ornare ſem.tipſas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſtitu ſumptuoſo, ſed quod decet mulieres profitentes pietatem per bona opera.

DISPOSITIO.

Mira ſolicitudine hoc agunt mulieres, vt appareant in veſtitu decenti. Plures vero in exceſſu, quam in defectu peccant. Et ſane multi iudicant, opus eſſe apud nos, in tanto luxu, leges ferri de re veſtiaria, quod in alijs quiquibuſdam Rebuspublicis factum eſſe conſtar. Hanc autem habemus hoc loco ordinationem veſtiariam, quam conuellere aut negligere nefas eſt. Etenim Paulus hoc loco egregie & accurate deſcribit. 1. Quis veſtitus mulierum & quis ornatus ſit probabilis atque decorus. 2. Et quis contra ſit inconueniens atq; deteſtabilis. De vtroque videamus.

I.

1. Mulieres volo apparere in amictu modeſto. Erat hoc vitium mulierum iſtius temporis commune, quod eſt etiamnum fere, vt nimij ornatus ſtudioſiores ſint, quam par eſt. Sic enim in publicis congreſſibus ſeſe oſtentare ſolent. Paulus itaque hortatur, vt veſtitus ſit honeſtus & decorus, pro ratione perſonarum, non ad luxum, ſed ad honeſtatem comparatus.

2. Maior enim ornatus, Paulo teſt, eſt verecundia & caſtitas. Neque poteſt externus ornatus, licet mundiſſimus & exquiſitiſſimus, illas ſic ornare, quemadmodum pudicitia. Hæc perpetuam habet laudem apud Deum & homines. Et ſine hac nihilo ſunt melioris conditionis, quam eſt porcus monili aureo ornatus. Prouerb. 11.

3. Et

Et ſane inter omnia maxime decet mulieres per bona opera ſuam profiteri pietatem. Inprimis vero loquitur Paulus de his mulieribus, quæ iam modo ad fidem Chriſtianam conuerſæ, doctrinam Euangelij amplectebantur, alentes ſpem vitæ æternæ, Illas decet aliter viuere, quam gentiles, quæ Deum ignorant, & ſpem æternæ ſalutis non habent. Decet has verus Dei timor, ardens ſtudium pietatis, & omne bonum opus, quo fidem ſuam demonſtrent Eccleſiæ.

LOCVS Videmus ex hoc loco legitimum veſtimentorum vſum non improbari Paulo, dum is amictum modeſtum non reprehendit in mulieribus. Hic autem verus vſus eſt veſtimentorum, 1. tegere partes pudendas, frigus & æſtum arcere. Patet ex prima veſtium confectione. Geneſ. 3.

2. Deinde veſtes adhibere etiam ad modicum ornatum, nullibi eſt prohibitum. Neque enim auro, argento, byſſo, purpura indui vetat Dominus. Atqui natura dictat, hæc omnia attemperari debere ad ætatis, ſexus, ordinis, loci & temporis rationem. Alia enim veſtis decet iuuenes, alia ſenes, alia ruſticas, alia nobiles perſonas. Hominibus in Magiſtratu aut loco eminentiori conſtitutis, cultus conceſſus & magnificus addit aliquam authoritatem, teſte Quintiliano.

Propter cultiorem veſtitum non leguntur Principes aut Reges reprehenſi in Scriptura. Commendat magnificentiam Salomonis ipſe Chriſtus Matth. 6. At modum ſeruare voluit Deus omnes homines in omnibus, vt & hoc loco. Idque præſertim inferioris conditionis homines facere omnino oportet: ne quid nimis.

Ideo enim reprehenditur diues. Luc. 16. Quod cum non fuerit Magiſtratus, aut nobiliori loco habitus, purpura tamen & byſſo quotidie vſus fuerit. De quo in 2. parte plura.

Vnum hoc monet Paulus, magis ornari mulieres virtutibus, quam veſtibus. Inter quas præcipuum lo-

Digitized by Google

cum habeat pudicitia & caſtitas ; Ornamentum ſingulare hoc commendatur.

Syr. 26. v. 19. & 20. Syr. 37. Exempla. Rebecca. Eſther. Maria. Suſanna.

Quod ſi non alia eſſet vlla cauſa, ob quam caſtitati ſtudere deberent, vna tamen hæc ſufficere poteſt, vt ſcilicet, PROFITEANTVR SIC PIETATEM SVAM: hoc eſt, vt ſic teſtentur ſe viuam habere fidem, non mortuam. Non enim eſt fides, vbi caſtitas non eſt. Ideoque 1. Tim. 2 non ſine cauſa coniunguntur, fides & ſanctificatio atque caſtitas.

Quia enim fid m operibus neceſſe eſt (Iacob. 2) oſtendere, ideoque caſtitatem ſuam in corde, verbis, veſtibus & omni ratione hominibus comprobare debent honeſtæ & piæ matronę.

Hic eſt ornatus pulcherrimus. Sic placere poterunt Deo & hominibus. 1. Petr. 3.

II.

Videamus porro, quid in ordinatione illa veſtiaria Pauli ſit prohibitum, vel indecens.

1. Non tortis crinibus vult illas ornari. Reſpicit ad mores illorum temporum, vbi crinibus varie tortis atq; retortis ſuperbiebant: quemadmodum hodie apud nos ſolent facere nobiles perſonæ, & alię.

Eſai 3. v. 24. reprehendit Deus etiam tortos crines.

2. Auro & margaritis non vult ſplendere mulieres. Non quidem omnibus indifferenter prohibitum eſt geſtare aurum & margaritas: (licet enim id nobilioribus & magno loco natis) ſed ne etiam plebeij ordinis homines tam magnifice ornentur, vetat. Sicut hodie etiam ruſticorum & ciuium filiæ omnem pene nobilium & Principum matronarum ornatum, quacunque poſſunt ratione, imitari ſtudent.

3. Veſtitum ſumptuoſum in genere reprehendit, qui magis ad luxum, quam ad neceſſitatem, vel modicum & decentem ornatum facit.

LOCVS.

LOCVS Sicut verum veſtimentorum vſum, Paulo non improbari ſupra diximus: ita viciſſim ex hac 2 parte docemur, veſtitum immoderatum omnino improbari. Hunc autem dicimus veſtitum immoderatum, qui non tantum ſupra modum eſt ſumptuoſus, ſed etiam hunc, vbi ratione formæ veſtimentorum magna apparet leuitas. Atque plurimum hodie peccatur in forma, & ſæpius ars materiam ſuperat.

Et ſane ſi à capite ad pedes deſcendas, atque omnia veſtimentorum genera conſideres, tam in viris quam in mulieribus, magnam luxuriam reperies in pleriſque. Et quod dolendum eſt, quotidie fere noua veſtiendi forma excogitatur. Nunc Hiſpanorum, mox Italorum, vel Gallorum formam imitantur in veſtimentorum confectione: & tandem etiam Turcarum imitabuntur Germani habitum. Proh pudor? Quæ hæc inconſtantia, longe à moribus maiorum noſtrorum diſtans? Et plurimi quidem non agnoſcunt, ſe veſtitu ſumptuoſo & leuiculo tam grauiter peccare. Multi etiam ad publicas conciones tam ſuperbe accedunt. Et incedentibus Dominis, (vt Hieronymus habet) ſæpe ancilla virgo procedit ornatior, vt quam incomptam videris, dominam ſuſpiceris. Viciſſim, quæ maxime ornata comparet, ſæpe ancilla eſt. Quin nec in ipſo etiam luctu interdum poſſunt ſibi temperare ab immodico & indecoro veſtimentorum genere.

1. At cogitandum, quæ fuerit origo veſtimentorum, peccatum ſcilicet: Geneſ. 3 Ideoque Deus hunc luxum, (præſertim in mulieribus: quia apud ipſas plerunque maior eſt, quam in viris) grauiſſime reprehendit, Eſa. 3. 1. Pet. 3. Et hoc loco atque alibi.

2. Offenditur etiam immoderato hoc veſtitu proximus. Alij enim imitantur has ineptias, & oriuntur mox æmulatio. Alii leuitate illa, quæ in veſtibus cernitur, accenduntur ad libidinem, &c.

3. Lædit etiam ſumptuoſe ornata ſeipſam. Sic enim

maritum & liberos multis bonis ſpoliat. Et rem familiarem non mediocriter lædit illa ſumptuoſitas. Sic etiam quod pauperibus debeatur, interdum erogatur ad luxum illum immoderatum. Nec raro veſtes illæ prætioſæ ſolent oppignorari aliis.

4. Quod ſi hæc non fiant, punit tamen Deus alia ratione, ſicut is nouit facere. Quod Eſa. 3. & Zephaniæ 2. minatur.

Huic luxui omnino eſſet reſiſtendum. Non enim mouere debet illud, quod obiiciunt, neminem pro ipſis exſoluere nummos, & ſi quæ ſunt alia illorum effugia. Peccatur enim contra Deum. Is ſuperbis reſiſtit. Et odit (ait Auguſtinus) Deus holoſericatos & pannoſos.

1. Concionatores faciant ſuum officium: & caueant ne domeſtici ipſorum (dum ipſi etiam tam ſumptuoſe incedunt, multos etiam vincunt luxu) alios offendant & irritent. Væ per quem. Matth. 18.

2. Magiſtratus quoque & legibus & pœnis hunc faſtum debebat cohercere. Romani legem Oppiam habebant, ne qua mulier auro plus ſemiuncia ornaretur. Càto Conſul Romanus hanc legem acerrimi defendit. At hodie tàntum cuique licet, quantum libet.

3. Parentes etiam hanc leuitatem in liberis ſuis, vltra, quam par eſt, veſtitis, non debebant ferre: multo minus iuuare; quod faciunt quam plurimi.

4. Cogitent omnes in genere, præſertim virgines, ſe non magis poſſe ornari, quam cultu ſimplici.

Conſideret quiſque ſuam conditionem, ætatem; vitæ genus, &c. Et ſi honeſtas atque pietas ſpectetur in omnibus, amictus erit decorus, moderatus, de quo in prima parte dictum. Sed de his ſatis hoc loco.

Thi-

Digitized by Google

THEMA XCIII.

Ex 1. Tim. 2. v. 12.

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione, Cæterum mulieri non docere permitto, neque authoritatem vſurpare in viros, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim prior formatus eſt, deinde Eua. Et Adam non fuit deceptus, ſed mulier ſeducta, obnoxia facta eſt transgreſſioni, &c.

DISPOSITIO.

Singularem in Scriptura laudem merentur matronæ honeſtæ, quæ non euagantur paſſim ſed vel domi ſuæ, vel in Eccleſia Chriſti inueniuntur. Hæ veræ ſunt οἰκουροὶ affixæ domibus, ſicut viris parieti domus Pſal. 128. Et talem vxorem habere, omnis honeſtus vel vir, vel iuuenis deſiderat. At quia fieri poteſt, vt quis vel domi, vel in Eccleſia verſetur, & tamen officium ſuum non rite adminiſtret, ideoque egregie Paulus hoc loco mulieres docet. 1. Quomodo in templo. 2. & quomodo domi ſuæ facere debeant officium. De his dicemus breuiter,

I.

In Eccleſia vel in templo vult Paulus mulierem diſcere, non docere. Mirum hoc videri poterat. Cum olim etiam mulieres legantur donis Prophetiæ ornatæ fuiſſe, vt Miriam, Exod. 15. Hulda 2. Reg. 22. & Hanna, Prophetiſſæ. Luc. 2. At licet illa dona ſingularia fuerint, tamen publico munere docendi in Eccleſia fungi non debebant, etiam in Veteri Teſtamento; ſed domi vel priuatim ſonuerunt verbum Dei, & prophetarunt.

Singularia tamen illa exempla communem regulam non infrigunt. Ideo repetit idem Paulus, 1. Cor. 14. Mulier taceat in Eccleſia.

Diſcere autem vult illas, in ſilentio, cum ſubiectione

Non

enim diligentia inſtituendæ hæ conciones domeſticæ, ne plus deſtruant, quam ædificent.

1. Non ebrijs aut iratis concionentur matronæ. Abigail non prius cum viro agit, quam is exhalauit crapulam. 1. Sam. 25. v. 36.

2. Debent eiuſmodi conciones domeſticæ **Hauſzpredigten** eſſe modeſtæ, ne ſuſpicari poſſit maritus, [illegible] ex odio, vel dominandi libidine. Sed vt intelligat, proficiſci eas ex affectu coniugali, conſtare debent deprecationibus & blandiſſimis cohortationibus.

3. Et debent eſſe breues. Si enim πολυπλογία vnquam eſt moleſta, maxime hic eſt. Etenim [illegible] ratio ſolet eſſe fauorabilis.

Tales vero exhortationes mariti audire non recuſent. Interdum etiam vxor non importune monet. Quin ipſe Deus iubet Abrahamum obtemperare Saræ recte monenti. Gen. 21. Et ſi Pilatus Chriſtum dimiſiſſet liberum, non vtique malus conſiliarius vxor eidem fuiſſet. Matth. 27. Certe rectius marito ſentit Rebecca, procurando benedictionem filio iuniori Iacobo. Gen. 27. Dei erat hoc conſilium. Sicut enim cohæredes ſunt gratiæ, ita ſua etiam habent dona ſingularia.

II.

Vidimus quid mulier facere debeat in templo. Audiamus etiam quid facere debeat in domo ſua. Sicut autem in templo non debet docere, ita domi non debet imperare viro.

Quemadmodum in ſilentio debet diſcere cum ſubiectione: ita etiam in ſilentio conuerſari debet marito. Non quod muta eſſe debeat, ſed ne vſurpet authoritatem in virum, & obloquatur ei.

Rationes huius mandati 2. affert Paulus.

1. Adam prior formatus eſt, deinde Eua. Hoc fere idem eſt, quod ſupra dixit, 1 Cor. 11. Mulier ex viro, non vir ex muliere creatus eſt. Sic etiam mulier propter virum

virum creata eſt, vt ſc. adiutorium ipſi præſtet. Non vir propter mulierem factus legitur. Merito igitur dominatur vir vxori, non contra.

2. Infirmioris ſexus ratione idem fieri debet. Eua enim mulier decepta eſt à ſerpente, non Adamus. Illum enim Diabolus non aggreſſus eſt, ſed infirmius vas.

Et mulier decepta peccatum inuexit in mundum. Non negat Paulus Adamum etiam lapſum eſſe in peccatum, ſed non primum deceptum eſſe ſerpentem aſſerit. Rom. 5. dicitur propter peccatum Adami mors inuecta, &c. Ibi omnia Adamo tribuuntur. Hic autem in eo tantum conſiſtit collatio, quod Eua prior decepta, marito peccandi occaſionem præbuit. Ideoque propter peccatum, ſubiectio ſtatim impoſita eſt mulieri, in pœnam: Ipſe dominabitur tibi, ait Dominus, Gen. 3. Huc Paulus reſpicit hoc loco.

Locvs. Nihil hic odio mulierum Paulus fieri vult, de quo non expreſſum Dei verbum nobis ſit patefactum. Dum autem omne imperium in maritum vxori adimit, diuinum mandatum exſequitur. Et certe non neceſſaria eſſet hæc admonitio erga pias matronas, quales erant Sara, Rebecca, Eſther, Abigail, &c. quæ ſua ſponte faciunt officium, & obediunt ſuis viris in ſilentio & timore Domini: at propter imperioſam Euam Gen. 3. v. 6. obloquentem Zephoram. Exod. 4. verſ. 26. ſuperciliosam Vaſthi. Eſth. 1. verſ. 12. neceſſe eſt hæc diuina mandata mulieribus ſæpe inculcare: quod videlicet nullum ipſis Deus in maritos conceſſerit imperium. Idque non tantum propter peccatum, & in pœnam, ſed etiam propter infirmitatem iudicij. Dann die erſte Fraw hat es vbel gemeiſtert.

Hoc agnoſcere & propter Deum prompto animo obedire debent: imo & gratias agere, quod Deus ipſis vaſculis infirmioribus, clementiſſime proſpexit de Capite, à quo habeant defenſionem, conſilium, auxilium, ſuſtentationem & omnia. Ideoque ipſum maritum non

ſine

Digitized by Google

ſine cauſa reuereri & honorare debent: cum ſine ipſo non poſſint veri corporis habere rationem, ſiquidem ſine capite eſſent. Nec illis, ſi piæ ſunt & honeſtæ, graue erit hoc imperium Si enim Deum vera fide inuocauerint, commodos ipſis largietur maritos, qui non ſuperbe ipſis dominabitur: ſed cum dilectione mixtum imperium, ſuaue ſimul & iucundum vſurpabunt. Sin durus etiam piæ matronæ contingat maritus, vt Abigaili Nabal, tamen patienter ferat illius imperium. Idque non tam propter virum, quam propter Deum; cuius hæc eſt voluntas. Vel enim ipſa maritum humili & pia conuerſatione lucrifaciet, vel Deus vindicabit iniurias vxori illatas, vbi prius ipſarum patientia probauerit. Cuius rei Abigail teſtis eſſe poterit. 1. Sam. 25

Quæ vero mariti imperium detrectauerit, ſciat non tantum confuſionem illi & ignominiam in his terris exſpectandam eſſe: (dum vel verbis vel verberibus mariti corrigenda, vel Magiſtratus ſui authoritate cohercenda fuerit) ſed etiam coram Tribunali Dei damnandum. Cum non in maritum tantum crudelis, ſed ſeditioſa coram Deo reputetur: quæ illius ſacroſancta mandata temere violauerit. De his alibi plura.

THEMA XCIV.

Ex 1. Tim. 2.

Salua tamen fiet [mulier] *per generationem liberorum, ſi manſerit in fide ac dilectione & ſanctificatione cum caſtitate.*

DISPOSITIO.

Non eſt dubium, quin vehementer perturbent animos piarum mulierum hæ ſententiæ Paulinæ, quando dicit, non peccauit Adam (primus ſcilicet) ſed mulier. Non ſeductus eſt Adamus (primo omnium ſcilicet) à ſer-

ſerpente, ſed mulier ſeducta eſt & introduxit tranſgreſſionem Similiter cum audiunt illud Syracidis. 25 v 33. A muliere prouenit peccatum, & propter illam omnibus eſt moriendum Huc accedunt, quod triſtiſſimum eſt, dolores partus in pœnam transgreſſionis : quos experiri coguntur omnes, quæcunque liberos pariunt. Et interdum hi tam graues ſunt, vt multæ illis ſuperatæ, ſuccumbant in partu. Accedit dominium viri ſæpe valde ſuperciliosum & tyrannicum. Hinc adeo multæ cogitant, ô miſerum ſexum fœmineum · præſtaret mulieres, vel non naſci, vel non fieri coniuges. Quare tantopere illas affligit Dominus? Quare ſic excruciat? An non ſatis erat vnum genus pœnæ ipſis inflictum? Quare cum alioquin clementiſſimus ſit, vxoribus non eſt propitius : Forſitan etiam non cupit illas ſaluari? Et ſicut in his terris, ita etiam in altera vita erunt miſerrimæ? His omnibus Paulus occurrit ſententia prælecta, quæ eſt conſolatoria? qua oſtendit, omnem miſeriam temporalem & corporalem, quæ in mulieres cadere poſſit, nihil tamen ipſorum æternæ fœlicitati poſſe derogare.

Cum autem hæc omnibus Neogamis conſolationis cauſa ſoleant prælegi, quæ forſitan non ab omnibus intelliguntur, ideo operæ pretium erit de his quoque tractare, ſicut ſupra de omnibus, quæ ad nuptias prælegi ſolent, ex Matth. 1. Mar. 10. Epheſ. 5 & Coloſ 3. ſigillatim dictum eſt. [Inuenies hæc in tractatione Thematis 75 87. 88. 89. 90.] Singula itaque verba erunt excutienda: & quid nos moneant, ſemper addendum.

Videamus.

I. Salua fit mulier. Idem Petrus teſtatur: 1. Pet. 3. Conſortes eſſe gratiæ. Sicut enim vir & mulier ſimul peccarunt, ita etiam per Chriſtum ſimul ſunt redempti. In Chriſto enim neque mas neque fœmina, ſed omnes v-

num

num ſunt in Chriſto Ieſu. Gal. 3. verſ. 28. Quinimo propterea Chriſtus mulierem matrem habere voluit, & ex ſemine mulieris natus eſt, vt oſtenderet (inter cætera) etiam mulieres ſaluari. Multum Chriſtus in terris deambulans dilexit mulieres, à quibus etiam interdum (imo non raro) plus accipit beneficij, quam à viris. Vide Luc. 8. v. 2. Iuuit etiam mulieres, & fidem illarum commendauit. Matth. 9 & 15.

Et reſurgens à morte primus apparet mulieri, &c. Ioan. 20.

L. Hæc non tantum magna eſt pro mulieribus piis conſolatio, ſed monentur etiam viri, vt hac de cauſa & ipſi honorem habeant vxoribus. Hæc enim Petri eſt ſententia. Nec afflictis addenda afflictio: ſed erigendæ potius miſeræ, ſicut Chriſtus etiam ſemper blande cum illis egit. Sunt enim natura timidæ & fugaces ceruæ.

Et quia Deus illas honorauit multis nominibus, viri etiam merito ſuum illis habeant honorem.

Chriſtus filius Dei natus eſt ex muliere.

Et multa præclare geſſerunt mulieres diuina virtute præditæ.

Debora iudicat Iſraelem. Iud. 4.

Iael occidit Siſſeram. ibidem.

Eſther liberat omnem populum Iudaicum. Eſth. 5.

Ioſabeam enutrit Regem Ioas clam in templo 7. annis. 2. Reg. 11.

Abigail maritum conſeruat, & Dauidem prohibet, ne peccet. 1. Sam. 25.

Mulier Abelis ciuitatem conſeruat. 2. Sam. 20.

Iudith occidit Holofernem. Iudith. 13.

Fortis eſt mulier illa mater 7. liberorum. 2. Mach. 7.

Ornauit etiam Deus illas Spiritu Prophetico. Miriam. Exod 15. Debora. Iud. 4. Hulda. 2. Reg. 22. Hanna Propheteſſa. Luc. 2.

II. Sed quid hoc ſibi vult, quod Paulus dicit: Salua fit PER LIBERORVM GENERATIONEM. Numquid

Ff pro-

propterea ſaluabitur, quod liberos parit? Sunt quidam ex aduerſarijs, qui hęc verba in alienum ſenſum detorquēt: & hinc ſibi pulchre colligere videntur, per bona opera homines conſequi vitam æternam. At Paulus hic nō docet, quomodo conſequamur vitam æternam, ſed quę cōditio Chriſtianis hominibus ſit conceſſa. Et hoc vult τεκνογονία illa & moleſta liberorum generatio, educatio, nō impedit hominum ſalutem: ſed in hoc ſtatu poſſunt Deo ſeruire, fidem exercere, & ſalutem conſequi æternam.

Nemo autem propter coniugium ſaluatur, ſicut nec propter aliud officium, ſed per fidem. De quo habemus expreſſum Pauli textum. Galat. 2. v. 16. NON NISI PER FIDEM IESV CHRISTI, &c.

Ideoque Paulus mox addit, ſi manſerit in fide. Eſt enim vita æterna donum Dei. Rom. 6. Eph. 2, quod paratum eſt ab initio Matth. 25. propter meritum Chriſti pretioſiſſimum, qui legem impleuit pro nobis. Matth. 5. verſ. 17. Gal. 3. v. 13. Gal. 4. verſ. 4. fide apprehendendum. Rom. 3. Gal. 2. Ioan. 3. Hæc ergo eſt ſententia Pauli: Mulieres ſeruari & æternam ſalutem conſequi, in vita coniugali, ſi maxime liberos gignant, & tam amori cōiugali, quam etiam rei familiari operam dent, dummodo veram fidem in Chriſtum habeant & retineant.

L. I. Docemur, coniugium eſſe vitæ genus ſanctum & Deo placens: & liberos gignere, educare, &c. non impurum opus, ſed diuinæ ordinationi conforme. Ideoque placere coniuges mulieres, quæ circa hæc occupantur.

Notandum hoc contra Encratitas non tantum & Tatianos & ſimiles fanaticos: ſed & contra alios ſanctulos, qui coniugium Dei ordinationem honeſtiſſimam, ſanctiſſimam, optimam conſpurcarunt hoc pacto, quod dixerunt, eos qui in coniugio liberis procreandis operam dent, ſecundum carnem viuere, adeoque Deo placere non poſſe. Contra has Satanæ præſtigias Paulus manifeſte aſſerere non dubitat, ſaluari mulieres liberos generantes, ſi in fide maneant, &c.

L. II.

Digitized by Google

LII. Maxima hæc eſt cõſolatio pro mulieribus, quæ & in partu & cum grauidæ ſunt, & in liberorum educatione, &c. maximos ſentiunt dolores & moleſtias maximas: ſi cogitent, quod Deus hæc ſciat, intelligat, agnoſcat & tanti faciat, vt ſi in fide patienter dolores & moleſtias ferant, illis certam ſpem ſalutis æternæ fecerit. Et ſunt hæ miſeriæ ipſis adiumento in bonum, Roman. 8. vt habeant materiam exercendæ pietatis, ardentius orent, in vocatione ſedulo verſentur, atque fidem, ſpem, patientiam atque obedientiam ſuam, Deo hac ratione probent. Hæc omnia ſi ex fide faciant, Deo placebunt. Sicut enim ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Hebr. 11. verſ. 6. & quicquid non ex fide fit, peccatum eſt, Rom. 14. ita viciſſim, quaſcunque illæ faciunt ex fide operas, quantumuis ſordidas & moleſtas, Deo vehementer placere manifeſtiſſimum eſt.

Si quæ vero ſunt ſteriles, cogitent Deo ita viſum eſſe. Nec nocere poſſe ſterilitatem, ſi ipſe etiam in FIDE maneant.

III. Quia vero fides, ſi vera eſt viua, nunquam eſt ſine operibus: ſed conſpicua fit ex operibus bonis, ideoque Paulus hoc loco addit, quibus operibus fideles mulieres ſuam fidem debeant comprobare & teſtari, ſcilicet Sanctificatione, & caſtitate, & dilectione.

1. In dilectione, inquit, manendum. Non generalis tantum dilectio proximi requiritur: ſed inprimis etiam illa coniugalis erga maritum: ex qua oritur ſubiectio & reuerentia, quã Paulus requirit. Epheſ. 5 Coloſ. 3. & alibi.

2. Sanctificatio autem veſtra hæc eſt, inquit Apoſtolus, vt vnuſquiſque ſciat vas ſuum poſſidere cum ſanctificatione & honore, & non cum affectu concupiſcentiæ, &c. 1. Tim. 4. Internam requirit pudicitiam, ne cor ardeat libidinibus. Poteſt etiam generaliter de omni vitæ ſanctitate & honeſtate intelligi.

3. Cum caſtitate, ſcilicet etiam externa: quę cõſiſtit in geſtibus, moribus, verbis & factis, vt abſint omnia tur-

pia facta, dicta, &c. De quibus Epheſ. 4. & 5. Paulus tra-ctat.

Locvs. Quod alioquin generaliter Apoſtolus dicit. probate vos, vtrum ſitis in fide, 2. Cor. 13. v. 5. idem hic in ſpecie dictum eſt vxoribus. Cum enim audiant, ſaluari poſſe ipſas, ſi in fide ſint: ea vero tribus hiſce notis, dilectione, ſanctitate & caſtitate fiat manifeſta omnibus: facile inde colligere poterunt, quo loco ſint res ipſarum. Et ſi hactenus nec dilectioni, nec ſanctitati vitæ aut caſtitati operam dederunt, ſciant ſe fideles non fuiſſe, & propterea etiam extorres à patria cœleſti.

Ideoque porro his virtutibus ſtudeant, quibus & fidem Deo probare, & ſe coram mundo etiam irreprehenſibiles exhibere poſſunt. Nulla autem decipiat ſeipſam. De ſingulis vero virtutibus ſupra ſæpe dictum eſt in ſpecie. Qui vult, poterit illa huc referre.

Thema XCV.

Ex 1. Tim. 3.

Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris maritum.

Hoc Thema nuptijs Miniſtrorum Eccleſiæ debet accommodari. Hic enim ex profeſſo tractatur locus DE COELIBATV ET CONIVGIO MINISTRORVM Eccleſiæ.

DISPOSITIO.

Magna nobis cum aduerſarijs lis eſt de coniugio ſacerdotum, hoc eſt, Miniſtrorum Eccleſiæ: Illi non licere ſacerdotibus contrahere matrimonium contendunt: nos omnino hoc licere, non tantum generali voluntate diuina, ſed & ſpeciali Pauli permiſſione, conſtanter aſſerimus, idq; authoritate huius loci Paulini, & conſimilium defendi poſſe ſtatuimus. Dum vero illi hoc Pauli teſtimonium clariſſimum eludere conantur, nos tamen pro veri-

veritate verborũ, quę nullam patiuntur eluſionem, certamus. Et vincere poſſe veritatem nihil dubitamus.

1. Nos itaque iam primum bona fide recenſebimus, quomodo hunc tam manifeſtum & clarum locum Pauli in alienum ſenſum detorquere nitantur aduerſarij.

2. Deinde verum ſenſum eorundem oſtendemus.

3. Et tandem, quæ pro coniugio Miniſtrorum Eccleſiæ argumenta militent, breuiter in medium afferemus confutatis aduerſariorum obiectis quibusdam.

I.

Thomas de Aquino ſuper hunc locum valde eſt breuis & intricatus. Dum enim Hieronymum cum Auguſtino & Ambroſio conciliare nititur, plane negligit id, quod ad explicandum hunc locum facere debebat. Et de concubinis tantum interpretatur. Tandem ſic quærit: Quæ eſt cauſa huius inſtitutionis? Numquid non magis impeditur, qui multas concubinas habet? Reſpondet: dicendum, quod hoc ſit non propter incontinentiam tantum, ſed propter repræſentationem ſacramenti, quia ſponſus Eccleſię eſt Chriſtus, & vna eſt Eccleſia. Cant. 5. vna eſt columba mea. Hactenus ille.

Quæ vero huius Thomæ de cœlibatu ſacerdotum ſit ſententia, ex ipſius verbis, generalique hoc pronunciato patet, quod inquit, ad perfectionem tendentibus, maxime vitandum eſt vinculum coniugale.

Ieſuitæ Diligenſ. (In Diſputat. edit. Diling. ſuper Epiſt. ad Timoth.) ita explicant hunc locum, quando neceſſum fuerit, vt ex his qui mariti ſunt aut fuerũt, aliquis fiat Epiſcopus, cauet his verbis Apoſtolus, ne is Digamus ſit, ſed vnas tantum expertus nuptias. His addunt, Diſcipulos, qui vxores habuerunt, antequam Chriſtum ſequerentur, ab ijs deinde abſtinuiſſe. Deinde in Eccleſia nunquam fuiſſe morem, vt à ſacerdote poſt ſuſceptum ſacrum ordinem vxor duceretur.

Alij hunc locum interpretati ſunt de ijs, qui ante ele-

ctionem fuerunt mariti vnius vxoris, non autẽ qui tunc eſſent, cum eligerentur. Et ſi quis iteraret coniugium; exui illum ſacerdotali prærogatiua. Ambr. Ep. 82.

Hinc gloſſa ordinaria ſic habet, vnius vxoris maritum id eſt, Monogamũ poſt baptiſmum. Si enim & ante coniugẽ habuit, q̃ obierit, non ei imputatur, cui prorſus nouo nec ſtupra, nec alia quæ ante fuerunt, iam obſunt, &c.

Ioan Piſtor. Apoſtata (in lib. Wegweiſer) ſic torquet locum, oportet fuiſſe virum, & quidem vnius tantum vxoris. Loqui enim Apoſtolum de ijs, qui multo ante habuerint vxores. Et hanc interpretationẽ vocat veriſſimã.

Sed magis inepti illi ſunt qui (cum Calixto) ita hunc locum deprauant, vt vnius vxoris maritus idem ſignificet, quod vnius Eccleſiæ paſtor. Eo quod non liceat Epiſcopo plures obtinere Epiſcopatus aut beneficia Eccleſiaſtica. Cum tamen tempore Pauli tales Epiſcopatus non fuerint, & ne ipſi quidem iuxta hanc gloſſam vixerint hactenus.

Franciſcus Coſterus Ieſuita in Enchiridio, hæc verba Pauli duplicem ſenſum admittere dicit, Vnum hæreticum, vt nemo conſecretur ſacerdos, niſi qui ſaltem vel vnam vxorem habuerit Hoc ſane ſi dixit Apoſtolus. Chriſti Domini ſui exemplum non eſt ſequutus, qui B. Ioannem Euangeliſtam virginem, Apoſtolorum numero adſcripſit, quem etiam teſte Beda, à nuptijs in Cana Galileæ reuocauit, & pleroſque alios cœlibes & innuptos habuit. Male etiam ipſi Timotheum & Titum Epiſcopos fecit, & male denique poſt Chriſtum virginitatem conſuluit. Alter ſenſus Catholicus eſt: non eſſe conſecrandum Sacerdotem, qui amplius vnius vxoris fuiſſet maritus, hoc eſt, qui ſecundas nuptias expertus eſſet. Quod etiamnum ſancte obſeruat Eccleſia, quæ dignum nullum, adeoque nec eum, qui viduam duxiſſet, admittit in ordinem ſacerdotij. Hæc ille.

Tandem vero alij, (Bunderus) vbi animaduertunt ſuperiores, quas commemorauimus, eluſiones lucem clariſſimam

uiſſimam textus Paulini ferre non poſſe, fatentur primitiuam Eccleſiam, dum adhuc rudis ex gentibus conſtituebatur, leniora dediſſe præcepta, & propter conuerſorum paucitatem Sacerdotibus permiſiſſe coniugium. Roborata vero Eccleſia, hominibusque ad potiora prouocatis, additum eſſe Eccleſiaſtico ordini cœlibatum.

Videmus quomodo admiratio cœlibatus homines eo adduxerit, vt quoquo poſſent modo ad præconceptam ſuam opinionem torquerent Pauli verba clariſſima. Sic enim lector, qui intelligentiam ſcripturis inferre, non inde referre voluerit, neceſſe habet vndique & in omnes formas detortas interpretationes quærere.

II.

Sed quæ tandem vera ſit huius loci Paulini ſententia videndum. Verba ſunt manifeſta: Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem: vnius vxoris maritum.

1. Vetat Apoſtolus, ne eligatur is in Paſtorem vel Epiſcopum, qui duas vel plures ſimul domi alit vxores, vſitatum enim erat Iudæis & gentilibus maritis eius temporis, plures habere vxores. Id patet ex Canon. diſtinct. 33. cap. maritum duarum matronarum, &c. Et diſt. 34. cap. is qui, & cap. audite: & Iuſtinus in tryphone, &c. Iudæi prætendebant exempla patrum: Gentiles idem ſibi licere putabant. Vult ergo Paulus tales eligi Paſtores, qui non plures ſimul habeant vxores, ne illi offendiculum alijs præbeant. Chriſtus enim primam inſtitutionē reuocauit, vt vnus vir ſit & vna fœmina. Matth. 19.

At non vetuit Paulus ne Paſtor viduus priore coniuge orbatus alteram duceret, nec ſecundas nuptias damnauit. Mortua enim vxore vir ſolutus eſt à lege matrimonij, vt nubere poſſit cui voluerit, non minus quam mulier. Rom. 7. v. 2. 1. Cor. 7. v. 39.

3. Nec torqueri poteſt aut debet hæc Pauli ſententia ad eos qui olim fuerunt mariti. In præſenti enim loquitur de his, qui iam ſint, Idem Tit. 1. v 6 vult. Dicit enim:

Oportet eſſe,&c. Et,ſi quis eſt inculpatus, vnius vxoris vir, &c. Alias ſequetur,Epiſcopum aliquem eligendum, qui olim fuerit irreprehenſibilis? olim ſobrius : iam vero non ſit ſobrius, &c. quod eſt abſurdiſſimum.

4. Quod vero dicitur, vnius vxoris maritum eſſe OPORTET, id non infert hanc neceſſitatem, vt quemlibet Epiſcopum eſſe vxoratum oporteat : ſed hoc vult, ſi Epiſcopus in matrimonio viuat, ne is ſit πολύγαμος, ſed vnam tantum habeat vxorem, iuxta ordinationem Dei. Gen. 2. & Chriſti. Matth. 19.

5. Sed neque allegoriam illam, poſſe pati hanc ſententiam Pauli, vt vnius vxoris vir, idem ſit, quod Epiſcopus vnius Eccleſiæ, teſtantur illa Pauli verba, quibus liberorum meminit, & ex gubernatione familiæ vult ſumi iudicium, an talis aptus ſit ad regendam Eccleſiam. Nec etiam obſtat omne id, 1.Cor.7. quod Paulus de cœlibatu tractat : quia non tradit præceptum de cœlibatu omnibus amplectendo, ſed conſilium propoſuit, pro ratione illius temporis, v. 25. 26.

III.

Ex his omnibus docemus audacter & libere, nullo modo, nulla ratione, nullo verbo, nulla ſyllaba, per omnem ſacram Scripturam interdictum eſſe Miniſtris Eccleſiæ coniugio. Et recte Belarminus (Tom.1.Col.1435.) Ieſuita, iam factus Cardinalis, fatetur, NON IVRE DIVINO, SED HVMANO DVNTAXAT PROHIBITVM ESSE CONIVGIVM SACERDOTIBVS, & proinde in hoc diſpenſari poſſe. Gregorius de Valentia, de Miſſa cap. 3. tantum contrariam Eccleſiæ diſpoſitionem obtendit. Gratianus (35. q.1. Can.cum igitur) continentiam Miniſtrorum non inter Apoſtolica præcepta, ſed inter conſilia duntaxat numerat. Et 26. q. 2. ſic legitur: copula ſacerdotalis nec legali, nec Euangelica, nec Apoſtolica authoritate prohibetur : Eccleſiaſtica tamen lege penitus interdicitur. Sicq; non ſine graui ac diuino con-

conſilio licet miniſtris noſtrarum Eccleſiarum ducere vxores.

1. Cum enim coniugium per ſe ſit genus vitæ ſanctum, & Deo placens, vtpote, ab ipſo inſtitutum, ſpeciali benedictione diuina donatum, legibus contra omnis generis iniurias munitum, quare illud prohibitum eſſet ſolis ſacerdotibus & Eccleſiæ miniſtris, qui tamen ſacra tractant, & hunc Dei ordinem coram Eccleſia ſuis concionibus exornant, benedictionibus &, precationibus promouent?

2. Quid quod ipſe Deus Sacerdotibus veteris Teſtamenti, quos ſanctiſſimos eſſe voluit, permiſit, imo præcepit, vt ducant vxores, ſed honeſtæ famæ, vel virgines vel Sacerdotum viduas. non autem quaſuis de communi vulgo, ad cauenda varia offendicula. Vt patet ex Leuit. 21.

3. Nec eſt alia ratio coniugii in Nouo Teſtamento. Eius enim inſtitutio reuocatur & commendatur Matth. 19. Nuptiæ ipſius Chriſti præſentia ornantur. Ioan. 2.

4. Et quid multis opus Heb. 13. inter omnes honorabile coniugium. Hinc ipſe Chriſtus coniugatos elegit diſcipulos Matth. 8. v. 14.

5. Teſtatur Apoſtolus, Eccleſiæ Miniſtros habere poſſe vxores & liberos, 1. Tim. 3. verſ. 2. Tit. 1. verſ 6. 7. 1. Cor. 9. v. 5. vbi de ſe & Barnaba dicit, quod poteſtatem habeant ſororem mulierem circumducendi: ſicut cæteri Apoſtoli & fratres Domini & Cephas.

6. Nec vilibi in Nouo Teſtamento differentia ponitur inter Eccleſiæ miniſtros & alios quoſuis Chriſtianos, quod his liceat viuere matrimonio, illis vero non.

7. Quod ſi canones antiquos ex Iure Canonico & Conciliis pluribus velimus allegare, poſſemus id facere bene magno numero: quibus permiſſum eſt aperte, omnibus Eccleſię miniſtris in matrimonio viuere. Vnum ex omnibus proferre locum libet, Innocentii Papæ,

Digitized by Google

(Ad Epiſcopos Macedoniæ. diſtinct. 26. cap. deinde ponitur) qui ſic ſcribit, & præſentem Pauli locum pro ſacerdotum matrimonio citat: Quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptũ, qui ait, vnius vxoris virum eſſe oportet ſacerdotem; Et mox: vxorem ducere crimen eſt, an non eſt crimem? Si crimen, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa, qui vt crimina committerentur, in Paradiſo præcepit, cum ipſe eos benedixit. Si vero non eſt crimen (quia quod Deus inſtituit, nefas ſit crimen appellare, & Salomon addidit, etenim à Deo præparatur viro vxor) quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod authore Deo legitur conſummatum Et in fine Canonis: Nuptiarum ergo copula, quia Dei mbdato perficitur, nõ poteſt dici peccatũ.

[Nota. Qui plura eius generis Teſtimonia ex ipſo Iure Canonico, & antiquiſſimorum Pontificiorum Theologorum ſcriptis requirit, conſulat Epiſtolam Synodicam, D. D. Andreæ Oſiandri fratris mei honorandi & affinis chariſſimi: ſcriptam ad Piſtorium. Edit. Tubing. Anno 94. vbi eleganter & docte plurima in hanc ſententiam congeſſit, in teſtimonium ſuper aduerſarios.]

8. Et quid quæſo reſpondebunt aduerſarii, ſi illis huc ponamus Cathalogum Romanorum Pontificum, qui fuerunt filii ſacerdotum: De quibus Gratianus (Diſt. 56. cap. Cenomanenſem (pronuntiat, quod ex ſacerdotibus nati in ſummos Pontifices promoti, ex legitimis coniugiis nati fuerint. Fuiſſe enim licita vbique coniugia, & adhuc in Orientali Eccleſia licere, &c. aſſeritur ibi. Cathalogus autem Pontificum Romanorum, qui filii ſacerdotum fuiſſe leguntur, hic eſt.

Bonifacius I.	Filius Iucundi Presbyteri.
Felix III.	Filius Felicis Presbyteri.
Gelaſius I.	Filius Valerii Epiſcopi.
Agapetus I.	Filius Gordiani Presbyteri.
Syluerius I.	Filius Hermiſdæ Epiſcopi.

Theo-

Digitized by Google

Theodatus Oſius, Filius Stephani Subdiaconi.
Theodorus I. Filius Theodori Epiſcopi.
Hadrianus II. Filius Talari Epiſcopi.
Ioannes XI. Filius Sergij III Pontificis.
Ioannes XII. Filius & hic Sergii Pontificis.
Ioannes XIV. Filius Ioannis Epiſcopi.
Ioannes XVI. Filius Leonis Presbyteri.

9. Sed & Epiſcoporum Coniugum & Maritorum exempla alia poſſent adduci, quale eſt illud vnum ex multis, quod ſequitur. De S. Hilario Epiſcopo Pictauienſi Mantuanus canit. (In Faſtis Ianuar lib. I.]

Integritas vitæ, legum prudentia, cultus,
Cælituum, tutela inopum, diadema pedumq́;
Pictauienſe tibi, dum nil mortalia curas,
Dum viuis tibi ſorte tua contentus, ab omni
Ambitione procul, populo applaudente tulerunt:
Non nocuit tibi progeniens, non obſtitit vxor,
Legitimo coniuncta thoro: *non horruit illa*
Tempeſtate Deus thalamos, cunabula, tædas.
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita virtus.
Sordet, & attrito viuit cum plebe cucullo.
Propterea, leges, quæ ſunt connubia contra,
Eſſe malas quidam perhibent: prudentia patrum
Non ſatis aduertit, dicunt, quid ferre recuſet,
Quid valeat natura pati. Ceruicibus, aiunt,
Hoc inſuaue iugum noſtris imponere Chriſtus
Noluit. Iſtud onus, quod adhuc quam plurima monſtra
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum.
Tutius eſſe volunt, qua lex diuina ſinebat
Iſſe via, veterumque ſequi veſtigia patrum.
Quorum vita fuit melior, cum coniuge, quam nunc
Noſtra ſit, excluſis thalamis & coniugis vſu.

10. Huc

10. Huc pertinet etiam Epiſtola illa Vdalrici, Epiſcopi quondam Anguſtani, qui non tantum refert, quanta incommoda ferat coacta & inuita virginitas, (cum in vno ſtagno circa Monaſterium Monialium aliquod tempore Gregorij Magni, 600. capita infantum reperta fuerint.) Sed etiam talia pro Sacerdotum coniugio fundamenta ponit, quæ ſacris ſcripturis conſentanea, & Pontificiis ſudes in oculis ſunt.

Videantur Paralipomena Vrſpergenſis.

Hinc recte Paphnutius ſuperiorum Thebarum Epiſcopus contra Patres Nicænæ Synodi, legem, quam de cœlibatu Sacerdotum condere volebant, diſſuaſit: quod futura eſſet cauſa impuritatis & impudicitiæ in ordine Eccleſiaſtico. Is etiam ſua interceſſione omnem rem eam impediuit. Veneratione dignum eſſe matrimonium, neque caſtitate & pudicitia ſua id carere, dicens. Huic Paphnutio (licet nuptiarum ipſe expers eſſet) bene monenti, patres Nicænæ Synodi paruerunt. Teſtibus Socrate lib. 1. cap. 11. & Sozomeno lib. 1 c. 23. Niceph. lib. 8 c. 19. Facta ſunt hæc ante annos. 1300.

Hæc licet ita ſint, nihil tamen proficiunt apud impuri cælibatus laudatores. Ieſuitæ enim palam & ſine pudore aſſeuerant, neminem ad ſacros ordines admittendum niſi cœlibem, aut qui de vxoris conſenſu caſtitatem ſuam Deo conſecrauerit: quin imo eo impudentiæ progreſſi ſunt, vt ſcribere non vereantur hæc verba: SACERDOS SI FORNICETVR, AVT DOMI CONCVBINAM FOVEAT, TAMETSI GRAVI SACRILEGIO OBSTRINGAT (Coſterus in Enchiridio de cœlibatu Sacerdot. pag. 455. exemplar. Colon. An. 86) GRAVIVS TAMEN PECCAT, SI CONTRAHAT MATRIMONIVM, ſicut eſt leuius peccatum, ſi maritus neglecta vxore, vel vaga libidine ſe polluat, vel cum ſtabili ſcorto adiutorium committat, quam ſi dimiſſa vxore, aliam ſibi publico matrimonio iungat, &c. Sed vide grauitatem delicti, pag. 456. commiſſi. ſi

ſacer-

ſacerdos ducat vxorem, poſt pauca: Primo, voto ſolemni caſtitatis iniuriam faciunt. Secundo Eccleſiam grauius vulnerant, cum qua tanquam ſponſi ſunt copulati. Tertio, INVERECVNDIVS SCORTANTVR CVM EA QVAM PRO SVA HABERI VOLVNT. Quarto, obſtinata perfractaque voluntate in peccato perſeuerant. Quinto, HÆRESI VITIATVM INTELLECTVM HABENT, quod arbitrentur eſſe nuptias, QVÆ NON SVNT NVPTIÆ, SED PEIORA OMNIBVS ADVLTERIIS SACRILEGIA. Hæc ille. Approbarunt hoc Bellarminus & Greizerus & alij. Hinc videre eſt, quod non tantum ſuis nullas permittant nuptias honeſtas, ſed inſuper etiam noſtri ordinis coniugia tantum pro ſcortationibus & adulteriis perpetuis habeant. Sed & nefanda hæc crimina ſuis quibuſdam rationibus, quin etiam ſcripturæ dictis probare nituntur.

Et primum quidem contendunt intra annos 1600. (Piſtorius) non vllum fuiſſe ſacerdotem coniugatum. Quod quam ſit falſum, exempla ſuperius allata demonſtrant. Nec eget putidum hoc mendacium vlla reſponſione alia: cum & Canones antiqui & hiſtorici omnium temporum diuerſum teſtentur. Et cum illi multum de Leuiticis Sacerdotibus mutuari velint, quid reſpondebunt, cum opponitur illis Summorum Pontificium exemplum, qui fuerunt coniuges, & tamen ſeruierunt altari. Quod videre eſt Ex. 29. verſ. 38. & 39. Num. 28. verſ. 3. & 4

2. Quod ſi vrgent ſanctitatem virginum, coniugio illam longe præferentes, eo quod virgo corpore & animo, coniux tantum animo caſta ſit: opponimus illis exemplum Saræ, Rebeccæ, &c. quarum virtutes commendantur. Quin etiam pia inter coniuges conſuetudo vocatur caſtitas, ſanctificatio, &c. 1. Tim 2. ver. vltimo. 1. Theſſ. 4. v. 4. Vt & 1 Cor. 7. v. 14. ſanctificatur vir. 1 Pet 3. v. 2. caſta conuerſatio mulierum. Tit. 2. v. 4. vt ſint caſtæ.

Et

Digitized by Google

Sic vrbes, populique ferunt, ea fama per omnem
Iam vetus Europam mores extirpat honeſtos.
Sanctus ager ſcurris, venerabilis ara cinœdis.
Seruit, honorandæ diuum Ganymedibus ædes.

Hæc cauſa eſt, quod Æneas ipſe Syluius (poſtea factus Pontifex Pius II.) inter ſuas ſententias hanc habuit: Sacerdotibus magna ratione ademptum eſt coniugium; ſed maiori reſtituendum. Ipſe quoque Lindanus (licet acerrimus propugnator Papatus) innuit, rectius ſanctiuſque ſibi videri, caſtos atque integros maritos ad ſacerdotium aſſumere, quam impuriſſimos nebulones præficere aut tolerare, &c. Et hæc hactenus.

[Notabit lector, non hoc conſilio in tractatione huius præſentis Thematis prolixum me fuiſſe, quod hæc omnia pro concione tractanda eſſe putem: Sed volui ſic Miniſtros Eccleſiæ armare contra hoſtes coniugij, ſi forte cum illis aliquando in certamen veniant, qui coniugia ipſorum adulteria vocitare, & liberos ipſorum ex legitimo matrimonio ſuſceptos pro ſpuriis habere non vereantur. Quod hodie Ieſuitis ſolenne eſt: vt ſupra ex Coſtero paucis demonſtrauimus. Plura tamen & grauiora petere poſſunt, qui volunt, ex præclaro illo Chemnitiano Examine Concilij Trident. & Diſputatione D.D. Menzeri contra Piſtorium de cælibatu, atque aliis aliorum ſcriptis. Hæc breuiter iis ſufficere poſſe puto, qui aliorum prolixoribus commentarijs & ſcriptis ſumptuoſis deſtituuntur. De quo lectorem amice monendum duxi.]

THEMA XCVI.

1. Tim. 3. v. 8.

Miniſtros itidem compoſitos non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri auidos; tenentes myſte-

ſum formula inſtructionis Miniſtrorum Eccleſiæ in hoc Ducatu conueniunt. Videamus igitur. 1. Quales ipſi Miniſtri eſſe debeant. 2. Quales etiam vxores ipſorum debeant eſſe. 3. Quale præmium ipſis exſpectandum, ſi ſint fideles.

I.

Primo docet à quibus vitijs alieni eſſe debeant. 1. Non vult eſſe bilingues. Non ſeminent diſcordias, quod ſolent bilingues, ſed ſint aperti, candidi & ſinceri, conſtantes atque veraces, ſeruantes promiſſa, & loquentes veritatem ex corde ſuo. Pſalm. 15. Deinde quia bilingues plerunque ſunt hæretici, & ludunt ambiguitatibus, aliter loquuntur aliter ſentiunt. ideoque hoc vitium in Eccleſiæ miniſtro non eſt tolerandum. Quia enim verbum Domini eſt veritas, & nihil præter veritatem continet, ideoque Miniſter, qui tractat verbum Dei, veritatis debet eſſe ſtudioſiſſimus. Sunt autem eiuſmodi bilingues non ſolum leues & futiles, verum etiam fraudulenti, ſalutem proximi, & honeſtatem parum curantes. Quod Miniſtrum Eccleſiæ non decet facere.

2. Non ebrioſos vult eſſe Miniſtros Eccleſiæ. Ebrij enim non habent partem in Regno Dei. Væ illis. Eſai 5. 1. Cor. 6. Gal. 5. Miniſtri ebrioſi offendiculo erunt alijs. Væ autem homini. Matth 18, Nec quicquam ordinate agent ebrioſi, cum in vino ſit ἀσωτία Eph. 5.

Ideoque ſacra facientibus vino interdictum erat, eo tempore, quando ingrediendum in tabernaculum, &c. Leuit. 10. Id hac occaſione præceptum, quod Nadab & Abihu (vt circumſtantiæ docent) ex ebrietate alienum ignem intulerunt in tabernaculum; & propterea repentina morte extincti ſunt. Ibidem.

3. Non turpe lucrum ſectari debent, Miniſtri Eccleſiarum. Etenim quibus odor lucri dulcis eſt ex re qualibet, hi non fideliter præerunt Eccleſiæ Patet id exemplo Bileami, qui propter ſperatum lucrum, in gratiam Re-

Ideoque Deus mandauit, vt non ducat ſcortum Sacerdos, ne alij offendantur. Leuit 21.

Vtrum non ſatis eſt ipſum honeſtum eſſe, ſed etiam vult Paulus, ipſum bene præeſſe liberis ſuis, atque toti familiæ.

1 Erudiat & educet liberos in timore Domini. Non ad ſuperbiam & petulantiam liberorum & domeſticorum conniueat, ſicut Eli, 1. Sam. 2. Sed grauiter id reprehendat & emendet.

2. Hoc agat, vt omnia ordine, honeſte & decenter fiant inter liberos & domeſticos: ne locus detur calumniatoribus. Hæc enim nota apti miniſtri, ſi ſuis bene præſit. Inde coniectura fieri poteſt, eum etiam poſſe præeſſe Eccleſiæ.

Quia autem neceſſe eſt, vt conſtet de eruditione & de vitæ honeſtate prius, quam Eccleſijs præficiantur: ideo vult eos probari. Quod fit apud nos examinabimus & explorationibus illis ordinarijs, vbi iudicium fit de doctrina & eruditione. Deinde vtrum ſint irreprehenſibiles, annuis viſitationibus probatur. Corriguntur defectus, &c.

Vsvs 1. Ex his omnibus intelligunt boni Eccleſiarũ Miniſtri, quid ab ipſis requiratur. Et ſane fidem dederunt admiſſi ad miniſterium, ſe hæc omnia ſancte obſeruaturos Ideoque ſtudioſe cauendum, ne quid indignum ſe admittant, neue minimum offendant. Matth. 18.

2. Vident etiam auditores, quam graue onus incumbat miniſtris Eccleſiæ. Et ſi tales illis contingunt, quales Paulus requirit, omnino diligendos, & duplici honore dignos iudicent. 1. Tim. 5.

Contrarium noſtrates multi faciunt, qui optimis Eccleſiæ miniſtris inuident vel minima.

3. Quod ſi vero interdum Miniſter Eccleſiæ ex imbecillitate carnis peccet, & nonnihil ab hoc Pauli tramite deflectat, Non propterea reijciendus, ſi corrigat errorem. Nec propterea totum Miniſterium diris deuo-

Vsvss. Vident, quæ cum Eccleſiæ Miniſtris iunguntur matronæ, quid ab ipſis requirat paulus. His itaque virtutibus operam dent, quibus honoratur & ipſum Miniſterium, & perſona Miniſtri: contra vero a vitijs eiuſmodi abſtineat, quę poſſunt aſpergere labem dignitati miniſterij. Hodie multæ ſunt, quæ propterea abhorrent a coniugio cum Eccleſiæ Miniſtris, ne cogantur honeſtatem vitæ, & in veſtitu humilitatem ſectari. &c. Putant enim ſe multo liberius & magis ſuperbe viuere poſſe cum alijs, quam cum Eccleſiæ Miniſtris. Magna hæc eſt impietas.

2. Optandum autem mulieres leues, ebrioſas, calumniatrices, auaras, &c. longiſſime abeſſe ab Eccleſiæ Miniſtris: ne propter illas male audiat ſacroſanctum Miniſterium. Ideoque Miniſtri Eccleſiæ, præmiſſis ardentiſſimis precibus ad Deum, hoc agant, vt non abſq; conſilio ſuorum, nec temere ſeſe in pœnitendas nuptias præcipitent: caueant ne obuijs quibusdam, non ſatis laudatę famæ hominibus fidem matrimonij dent, ſicque ſibi & Miniſterio infamiæ notam inurant. Nō autem exemplis caret hæc res, vbi propter mulierum nequitiam, honeſti Eccleſiarum miniſtri loco moti fuerunt. Parcendum enim miniſterio, quod Dei eſt, non hominum. Itaque Miniſtri honeſtas & pias ducant vxores: vel ſi in malas inciderint, corrigant & emendent illarum mores, quacunque poſſunt ratione, ne propter ipſas male audiat nomen Domini apud aduerſarios, & quoſuis alios. Mulier autem pia, ſedula, honeſta, diligens, caſta, corona, Prou. 12. Ornamentum & decus eſt Syr. 26. mariti, Miniſtri inprimis Eccleſiæ.

III.

Sed quod tandem erit præmium Miniſtri Eccleſiæ bene & irreprehenſibiliter viuentis? Quod illius ſtipendium vel ſalarium? Qui bene præſunt, gradum ſibi bonū acquirunt & libertatem in fide, in Chriſto Ieſu.

1. Hi ſe commendabunt omnibus bonis, & reportabunt ab ipſis laudem atque honorem. Hic videtur etiam Paulus non oblique inſinuare illud, ad altiora tales eſſe promouendos. Notis enim & probatis tuto committi poſſunt maiora.

Magnum autem eſt, habere laudem & honorem apud omnes. Sed non ſufficit hoc.

2. Magnam alacritatem ſentient in corde & conſcientia ſua, ſi in fide Ieſu Chriſti tam diligenter perſeuerarunt, & alijs miniſtrauerunt. Et quia fidem ſeruauerunt, & bonam conſcientiam, quod Paulus requirit, 1. Tim. 1. ideoque etiam expectare poſſunt finem fidei, quæ eſt vita æterna, 1. Pet. 1. & 2. Tim. 4. Fidem ſeruaui, repoſita eſt mihi corona.

CONSOLATIONEM hinc petere debent Eccleſiarum Miniſtri, quod licet ſalaria & ſtipendia ipſorum non ſint in his terris magnifica, ſed plerunque admodum tenuia: quod tamen ſpem habeant de altiori gradu. Non vero dicemus de promotionibus, vel tranſlationibus, quæ fiunt in his terris, in quibus ſemper vera manent illa, quæ verſibus decantantur.

Commoditas omnis ſua fert incommoda ſecum. Et
Vix incommoditas commoditate caret.

Verum de hac promotione dicemus ad cœleſtia, quam Chriſtus omnibus fidelibus ſeruis proponit: In minimo fuiſti fidelis, ſuper maiora conſtituendus es. Matth. 25. Promittit enim Daniel non in his terris ampla ſtipendia Miniſtris fidelibus (ſcit enim mundum, præſertim noſtro tempore, ingratiſſimum eſſe, erga fideliſſimos Eccleſiæ Miniſtros) ſed in altera vita lucem & claritatem, qualis eſt ſplendor firmamenti. Dan. 12. Fulgebunt, qui alios erudierunt ad iuſtitiam, &c

Repoſita eſt corona, non mihi tantum, ſed omnibus diligentibus. 2. Tim. 4. Hæc præmia expectent pij Miniſtri, qui experiuntur magnam huius mundi ingratitudinem,

tudinem. Merces in cœlis copioſa. Matth. 5. Qui hic auferunt cum Phariſæis mercedem ſuam, illic egebunt. Matth. 6. Interim ſoletur eos bona conſcientia, & libertas illa in fide Ieſu Chriſti: de qua Paulus hic.

Et Gloriatio noſtra eſt teſtimonium bonæ conſcientiæ 2. Cor. 1. Nihil ſum mihi conſcius. Et, nec curo humana iudicia: Suo tempore laus erit vnicuique à Deo. 1. Cor. 4.

THEMA XCVII.

Ex 1. Tim. 4. v. 1.

Spiritus autem certo loquitur, quod poſterioribus temporibus deſciſcent quidam à fide, attendentes ſpiritibus impoſtoribus ac doctrinis Dæmoniorum per ſimulationem falſiloquorum, cauterio notatam habentium conſcientiam, prohibentium contrahere matrimonium, &c.

DISPOSITIO.

Continent hæc Pauli verba Vaticinium, quod à Spiritu ſancto, ipſo Paulo teſte, profectum, & diſertis verbis, (abſque ambiguitatibus & verborum inuolucris) prolatum eſt: vt de hoc nemini dubium eſſe poſſit.. Vaticinatur autem de duobus potiſſimum fanaticorum hominum peruerſis & monſtroſis erroribus, quorum vnus pugnabit contra nuptias etiam honeſtas atque legitimas Cum autem non tantum in omnibus, ſed & omni tempore honorabile coniugium voluerit eſſe Dominus, (Apoſtolo Hebr. 13 teſte) operæ pretium erit, ſi primum ex hoc loco de complemento huius vaticinij dicamus, ſcilicet quos intelligat Paulus, & qui tam craſſe circa matrimonium errent Secundo, quodnam Pauli de eiuſmodi Doctoribus, errores hoſce propugnantibus, ſit iudicium.

I.

Vaticinia ab euentibus omnium optime iudicari poſſunt. Futurum autem extremis temporibus in poſtrema mundi parte Paulus vaticinatur, vt reperiantur quidam damnaturi nuptias, & prohibituri nubere: ſicque ordinationem ipſius Dei ſapientiſſimi improbaturi. Quod licet ſit in Deum impijſſimum, certe tamen euenturum prædicit. Nec vnum aliquem tantum futurum, qui hæc doceat & propugnet, ſed aliquos. Neque vero defuturos, qui falſam doctrinam & craſſiſſimos errores ſint amplexuri, ſed multos fore oſtendit, qui attendant & adhæreant ipſis, qui fidem illis habeant. Non enim fuit vnquam error tam craſſus, qui non habuerit ſuos aſſeclas & ſectatores. Diſpiciendum igitur, quinam & quales hi errorum Patroni, & qui ipſorum ſectatores fuerint. Quia enim tam diſerte hæc Spiritum prædixiſſe affirmat: non eſt dubium, quin euentus veritatem Vaticinij huius comprobauerit.

1. Primus itaque (Anno Chriſti 142.) poſt tempora Pauli fuit Saturnius, qui matrimonium doctrinam Dæmoniorum vocauit, ſuis vero diſcipulis turpiter viuere conceſſit. At poſt hunc alter, qui coniugium infeſtare non veritus fuit, eſt Marcion ille, Epiſcopi cuiusdam in Ponto filius, qui cum cœlibatum fouiſſet, virginem autem poſtea vitiaſſet, ideoque à patre ſuo Eccleſia eiectus eſſet, in hæreſin Cerdonis hæretici incidit. Hic inter cæteros errores etiam de coniugio male ſenſit, & coniugatos baptizari noluit: Matrimonia contrahere vetuit, contracta diſſoluit. Habuit is hæreſeos ſuæ ſectatores Apellem, qui muliebrem ſexum damnauit, (vt & Hierax mulieribus ſalutem negauit) Lucianum Blaſthum, Baſilicum, Pythonem & Hermogenem, & multos alios, &c.

2. Marcionem ſequuti ſunt Encratitæ, quorum primus Magiſter, Tacianus fuit, qui nuptias ſimpliciter damnabat: matrimonium defuncta prima vxore non conce-

cedebant. Horum progenies erant Apoſtoloci, qui cum ſua hæreſi etiam Valentiniorum & Marcionitarum dogmata coniungebant. Hi in ſuam communionem non recipiebant vtentes coniugibus.

3. Ex ſchola Tatiani originem duxit Montanus, à quo Montaniſtæ (quorum ſoboles erant Meſſaliani & Sataniani) & Pepuziani atque Cataphryges, qui à patria Montani ſic dicti ſunt. Coniugio hi valde erant iniqui, & inceſtuoſos concubitus non improbabant, ſed concedebant.

4. Sed & Manichæi (quorum author Manes Perſa fuit) & cum illis Gnoſtici, coniugia ex malo quodam Deo profecta aſſeuerabant: liberos procreare grande peccatum eſſe affirmabant. interim vagas libidines ſectabantur, & omnem impudicitiam atque impudentiam turpiſſimorum ſcortorum ſuperabant.

5. Poſt illos Priſcillianiſtæ (quorum author Priſcillianus homo nobili loco natus & eruditus fuit) coniugia abominabantur, (eo quod quicquid ex carne erat, pollutum eſſe credebant) & quaſcunque poterant, ad diuortia cum proximis vxoribus facienda inducebant, Gnoſticos & Manichæos hac in parte ſequuti. Fuerunt & alij hæretici, vt Nicolaitæ Abeliani, Carpocratiani, Hieracitæ, atque Maſſaliani, &c. qui partim verbis, partim ipſo turpi facto, de coniugio ſe non recte ſentire teſtati ſunt. Et hoc quidem omnes grauiſſime hallucinatos eſſe, ipſi etiam Pontificij fatentur. 6. At hi eadem impietate laborant, quia eadem cum antiquis hæreticis hypocriſi nuptias damnant. Neque enim Paulus tantum de perſonis hic agit, ſed de re ipſa & dogmatibus. Et quia hi in poſtrema tempora inciderunt, quibus ſua dogmata ſpargunt: certe etiam de illis Paulum vaticinatum fuiſſe, res ipſa loquitur: & magis de Pontificiis, quam vel de Manichæis, vel de Marcionitis. Putant autem ſe ita poſſe elabi, quod non damnent nuptias in vniuerſum, ſed certo tantum hominum generi matrimonio inter-

dicant, ſacerdotibus, videlicet, cæteris non item. At illi generaliter ita de coniugio loquuntur & ſentiunt, talibuſque argumentis coniugium ſacerdotum impugnant, quib. ſi vera eſſent & apta, in vniuerſum omnium hominum coniugium damnaretur. Etenim dum contra coniugium allegant dicta Scripturæ, qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: Rom. 8. v. 8. Et illud, Rom 13. v. 13. Non in cubilibus & laſciuiis, &c. Item illud, Leuit. 19. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: Et, Tit. 1. v. 15. Immundis omnia immunda, &c, quid quæſo aliud faciunt, quam olim Marcionitæ, & ſimilis farinæ hæretici, qui impie & inepte talibus Scripturæ dictis abuſi ſunt. Ex his patet Paulum de his etiam hic loqui, qui matrimonium contrahere prohibeant ſuis ſacerdotibus. Cuius quidem prohibitionem author & Patronus eſt is, de quo olim Danieli dictum ab ab Angelo: Non curabit amorem mulierum. Dan. 11 v. 37.

Montano (Euſeb. lib. 5 c. 18.) exprobratur inter cætera, quod coniugia diſſoluere docuerit: non quod matrimonium in vniuerſum prohibuerit. Sed ſatis eſt illum ſuperſtitioſum metum conſcientiis inieciſſe: cum ſincera religio doceat, liberum eſſe cuique vel viro vel fœminæ, vt matrimonium contrahat in Domino. Cuius rei prohibitio, ſiue ſit generalis, ſiue ſit ſpecialis, tamen impia, & hoc Pauli loco reprehenſa eſt.

II.

Videamus autem iudicium Pauli de hac doctrina quorum libet hæreticorum, vt intelligamus, quid & nos de eadem ſentire debeamus. Aperit autem nobis Paulus ſuum, iudicium. 1 Quid ſentiat de ipſa hac doctrina, quæ coniugio aduerſatur. 2. Quid de Doctoribus eiuſmodi opiniones tradentibus. 3. & quid tandem etiam de ſectatoribus vel auditoribus, haſce monſtroſas opiniones amplectentibus iudicet.

1. Quantum attinet ad ipſam doctrinam, ea non eſt

vera,

vera, nec verbo Dei conſentanea, ideo nec diuina, ſed Dæmoniorum doctrina. Etenim cum Deus ſit author coniugii, bonam ordinationem, vitæ genus honeſtum illud eſſe oportet.

Propterea honorabile illud etiam in omnibus eſſe voluit Hebr.13. Quia vero Satan coniugii hoſtis eſt acerrimus, ideo illud miris artibus per falſos Doctores (quib. peruerſas illas opiniones inſtillauit) impugnauit: & quia penitus euertere atque tollere non potuit, turpiſſimis tamen factis & legibus impiis conſpurcauit. Prohibitio ergo matrimonii ſiue ſacerdotibus, ſiue aliis facta, nec Catholica, vel Apoſtolica, nec diuina eſt, ſed ipſiſſimorum Dæmoniorum doctrina.

2. Quantum igitur ad Patronos & Doctores, harum opinionum diſſeminatores, attinet, tria illis Paulus tribuit, hypocriſin, mendacia, & conſcientiam cauterio notatam.

I. Et ſunt ſane matrimonij inſectatores illi (non de veteribus hæreticis, ſed de noſtri temporis ſectariis Ieſuitis & Pontificijs loquimur) inſignes hypocritæ: qui præ ſe ferunt ſingulare pietatis ſtudium, & zelum veritatis ardentiſſimum, cum tamen in corde aliud nihil optent, quam vt ipſi ſuam tyrannidem exercere, & veritatem Euangelij, deletis & radicitus extinctis omnibus ſinceris Doctoribus, ex hoc toto orbe profligare poſſint

Hinc fit, vt factionibus ſtudeant, potentioribus adulentur, multitudine populi & armorum ſe munire conentur, & blanditijs multos ad ſe alliciant, &c.

II. Altera nota falſorum Doctorum eſt, quod ſint homines falſiloqui. Mendacia enim homines impudentiſſimi audacter affirmant. Nec pudet eos ſuam cauſam promouere, & tueri mendacijs, ſed ſemper habent paratas excuſationes, eluſiones, tergiuerſationes. Sicuti hoc ipſo loco præſenti non pudet eos aſſeuerare, intra mille ſexcentos annos non fuiſſe vllum ſacerdotem, ve

Pres-

Presbyterum, qui habuerit vxorem. (Piſtorius im Wegweiſer) Quod ſane tam eſt craſſum mendacium, cuius vel ipſum Diabolum pudere debeat: Cum Canones & Decreta, & exempla item clariſſima ſ contrarium euidenter doceant. Videatur Diſpoſitio 95. ſupra.

III Nota falſorum Doctorum illa eſt, quod cauterio notatam habent conſcientiam. Propriæ conſcientiæ teſtimonio conſtringuntur & conuincuntur, quod malam cauſam agant: cum non poſſint diſſimulare, quod prohibitio matrimonii in Scripturis nulla extet, ſed humana authoritate tantum nitatur (Belarmin. Tom. 1.) Produnt autem conſcientiæ cauterium, quando non aperte & candide ſuam ſententiam profitentur, ſed ludunt vocabulis ambiguis, ſtrophis generalibus & præſtigiis, vt facile pateat, ipſos ſuæ cauſæ diffidere, & monſtri aliquid alere.

3 Tandem quid ſentiendum de aſſeclis & ſectatoribus falſorum Doctorum, Paulus etiam monet. Hos autem vocat attendentes ſpiritibus impoſtoribus. Loquitur de his, qui Chriſto nomen dederunt. Hi vbi attendunt Spiritibus impoſtoribus, à fide deficiunt: & abnegata doctrina diuina, adhærent doctrinis Dæmoniorum. Naufragium hi patiuntur circa fidem, quemadmodum de Hymenæo & Alexandro Paulus ſcribit. 1. Cor. 10.

VSVS. Ex his omnibus facile eſt colligere, circa coniugium grauiſſime errare omnes eos, quicunque ſentiunt vel cum antiquis hæreticis, vel cum noſtri ſeculi Spiritibus impoſtoribus, qui prohibent contrahere matrimonium. 1. Cumque hæc dicatur Dæmoniorum eſſe doctrina, ex cõtrario patet, de coniugio recte ſentientes & docentes doctrinam Dei veram & ſinceram tradere, & hanc omnino eſſe amplectendam, quando docemus, coniugium eſſe ordinationem bonam Dei, vitæ genus ſanctũ, in quo, qui honeſte vixerint, Deo placeant, omnes, ſiue Eccleſiarum Miniſtri, ſiue alij, &c.

2. Fal-

2. Falſiloquis itaque non credendum, quemcunque prætendant colorem, ſed cauendum a Pſeudoprophetis.

3. Non recedendum à via veritatis. Sermo autem Dei eſt veritas. Ioan. 17. Nec attendendum Spiritibus impoſtoribus, quia quicunque illis fidem habent, ſciant ſe doctrinas Dæmoniorum amplecti, & tales, quæ viam ipſis parant ad interitum. De cæteris ſupra in præcedentibus.

THEMA XCVII.

Ex Tit. 2.

Anus mone, vt ad pudicitiam inſtruant adoleſcentulas, vt maritos diligant ſuos, vt liberos ament, vt ſobriæ ſint, puræ, domus cuſtodes, bonæ, ſubditæ viris ſuis, ne ſermo Dei male audiat.

Adoleſcentes ſimiliter cohortare, vt ſint caſti, vel ſobrij.

DISPOSITIO.

Certum eſt formæ elegantiam à pleriſque vnice exoptari tam viris, quam fœminis. Putant enim viri ſe beatiores eſſe, ſi pulchras habent vxores. Viciſſim etiam fœminæ ſic ſe viris maxime placere poſſe exiſtimant: At Paulus hoc loco, in prima parte verborum prælectorum docet quæ ſit maxima fœminarum pulchritudo. Et quia alioquin multum vulgo dicitur de ſeptem ornamentis corporis muliebris (von den ſieben Schönin) nos attendamus Paulo multo rectius ſentienti, qui hic de ſeptem ornamentis animi loquitur, quæ magis ornant mulieres, quam cætera omnia. Deinde vero Paulus etiam de ornamento præcipue virorum tractat breuiter. Nos. 1. dicemus, qualia ornamenta in mulieribus Paulus requirat, inprimis iuuenculis. 2. Quid idem etiam à viris exigat, præſertim iunioribus.

I. Pars

Digitized by Google

I. *Pars.*

I. Primum ornamentum mulierum eſt in corde caſtitas In verbis atque operibus, geſtibus item pudicitia, züchtig vnd keuſch Hoc quamuis omnes mulieres deceat iuuenculas tamen maxime In his enim vehementiores ſunt adhuc affectus? Plures etiam ipſis inſidiantur. Caſtitatem autem & puritatem ſeu pudicitiam Scriptura ſæpe coniungit, Syr. 26. v. 19. & 20. Eſt hæc ſanctificatio veſtra 1 Theſ 4. Ad mundiciem vocati ſumus omnes. ibidem. Ethnicæ mulieres caſtitatis fuerunt ſtudioſiſſimæ. Lucretia ſaluam mulierem eſſe non poſſe ſtatuit, amiſſa pudicitia. Magis ergo decet & ornat hæc virtus mulierem Chriſtianam· Notandum autem hoc contra multarum leuitatem & impudicitiam, quæ multiplex & nefanda eſt hodie in iuuenculis: quarum geſtus, mores & inceſſus ſunt ita comparata, vt verum illud Syracidis fiat cap. 26. v. 12 Ex vultu dignoſcitur meretrix. Iudicabit illas Dominus. Hebr. 13. cum Madianitide Illa Casbii Num. 25 & grauior erit noſtratium damnatio.

II. Alterum ornamentum mulieris iuuenculæ eſt AMOR mariti, ſincerus & coniugalis. Eſt autem magna mulierculàrum inconſtantia. Fit enim, vt illa quæ maritum ardentiſſime amauit, mox eundem capitali odio, & plus quam Vatiniano proſequatur: idque vel diaboli malitia, vel hominum calumniis efficitur apud iuuenculas. Interdum propter mores maritorum ipſis ingratos, ſi forſitan eſt moroſior, aut paulo auſterior (faſtidire incipiunt illos. Illæ præſertim quæ ſibiipſis antea perſuaſerunt, fore vt maritus ad nutum ipſarum viuat. Interdum ſi deficiat pecunia, vel ſi variæ calamitates ingruant, aut ſi ceſſet lucrum, ſi aduerſo caſu prematur, ſi ex morbo vires deficiant, ſi deturbetur è faſtigio dignitatis &c. maritus, tum ceſſat etiam affectus coniugalis in muliere. Da iſt er nicht mehr lieber Mann / wie zuvor.

Gran-

Grande hoc eſt peccatum, ſi tantum proſperæ fortunæ comes eſſe velit mulier, non item aduerſæ. Ideo Paulus inter cætera requirit, vt maritum ſuum diligat conſtanter & ſincere. Exempla Vxores Iacobi, Michal & Abigail Dauidis, Tobiæ coniunx, &c.

Pertinet huc etiam hiſtoria Alceſtis amantis maritum Admetum Regem Theſſaliæ; vt pro ipſo mortem ſubire decreuerit; cum ex oraculo intellexiſſet, maritum ſaluum non fore, niſi ex amicis quiſpiam pro ipſo moriatur: quorum nullus præter vxorem id facere volebat.

III. Sed cum liberi chara ſint pignora, & talia, quæ amorem coniugalem fouent, ideoque Paulus mox ſubiicit etiam amorem liberorum. Propter maritum enim mulier liberos, & propter eoſdem maritum diligere debet mulier bona. Et ſane non opus eſſe videtur hac admonitione, cum Deo ipſi pene videatur impoſſibile, vel tamen rariſſime contingens eſſe, vt mulier obliuiſcatur infantem ſuum. Eſa. 49. At ſunt tamen plures, quæ hac admonitione omnino opus habent. Multæ enim præſertim tenere educatæ, & in ocio viuere cupientes, omnino abhorrent à ſobole, nec optant fieri grauidæ: ne dolores in geſtatione, partu, vel moleſtias in educatione ſentire cogantur.

Quædam etiam iam natos execrantur, & Deo illos libenter redderent; dummodo reciperet, ne illorum cauſa multum cogantur deuorare moleſtiarum: præſertim ſi morbidi ſint aut miſeri.

Sæpe dira quæuis imprecantur ſuis liberis; peſtem, crucem & ſuſpendia, & gehennæ interdum incendia. Plures non magis curant liberos, quam pecudes nec domi erudiunt illos, nec quid alibi diſcant, magnopere ſunt ſoliciti, &c.

Contra vero Paulus iubet illos educare in timore Domini, Epheſ. 5. & curam ipſorum etiam in aliis geri. 1, Tim. 5. Vide quam impenſe diligat Sara ſuum Iſaacum

cum: Hanna ſuum Samuelem; Eliſabeth Iohannem &c. Et hos Domino ſiſtunt, atque pie educant.

Hic enim eſt verus amor, ſi ante omnia in timore Domini erudiantur: & deinde etiam matres alia ratione prompto animo illis ſeruiant, vſque dum adoleſcant.

IV. Vult Paulus iuuenculas eſſe moratas. **Sittig**. Inſigne eſt hoc ornamentum mulieris, præſertim iuuenculæ, ſi ſit bene morata & prudens. **Vernünfftig**. Talem ſcriptura ſæpe commendat. Prou: 19. Et alias vocat virtute præditam. **Tugentſam**. Syr. 26. v. 1. & 3. Prouerb 31. ver. 10. Alias moratam. **Wohlgezogen**. Syr. 26. ver. 18. Talis eſt Rebecca, Rachel, Abigail, &c. **Die ſchimpff vnnd glimpff können**.

Contra ſunt agreſtes, de quibus Mantuanus: Temperiem nunquam; nunquam mediocria curat, &c. Illas haud immerito nemo magnifacit, nemo illarum conuerſatione delectatur. Quin imo ſicut illæ omnes auerſantur; ita viciſſim omnes boni talium mores oderunt. Affligit illa animum mariti. **Ein holzbock / vngehobelter tropff**. Neſcit illa tractare maritum, ſi (quod ſæpe fit) triſtitia occupauerit animum illius. Ibi tum recreare & cor illius lætitia perfundere deberet. De quo Prou 31. v. 11. Syr. 26. verſ. 2. & 16. eleganter. Sed talis non curat maritum. Nec cum aliis agere poteſt decenter: ſed vel in exceſſu vel in defectu peccabit. Hæc ſtudioſe ſunt cauenda, præſertim adoleſcentulis.

V. Ornamentum mulierum haud vulgare eſt, ſi ſint *οἰκουροὶ*. **Häußlich**. Quæ domui ſunt quaſi affixæ, ſicut vitis illa, Pſal. 128. vide ibi. Hinc veteres mulierem pinxerunt inſiſtentem teſtudini, eo quod ſicut cochlea domunculam, ita mulier curam domus ſuæ ſemper circumferat ſecum. Quæ enim ſunt vagabundæ; raro ſunt piæ, vel tamen bonæ matresfamilias non ſunt.

Ideoque Syrach etiam cap. 26. commendat eam, quæ domui præeſt, (**Häußlich**) verſ. 2. eamque virum recreare aſſerit; Prou. 31. Talis comparatur naui mercatoris. Et

ibi-

Digitized by Google

ibidem vers. 26. eleganter dicitur, Quid in ſua domo fiet, curat. Hæc alias mulier diligens vocatur. Prou. 12. & Sapiens, Prou. 14. v. 1.

VI. Mulieres Paulus vult eſſe ἀγαθὰς. Sie ſollen rechte Agathen ſeyn/ hoc eſt, bonæ, Gütig. Quæ blande tractent maritos & alios. Mordaces enim, bilingues, & quæ non niſi latrare ſciunt, admodum ſunt graues viris bonis, præſertim afflictis & mœſtis. Qualis erat vxor Hiobis, & Xantippe Socratis. Quod ſi omnino neceſſe eſt, maritos errantes corrigere, nihil efficiet quæ canis rabidi inſtar, tantum mordet, allatrat, flet, ridet, ſapit, inſanit, formidat & audet. Tales certe vitam acerbam faciunt ſibi & maritis. At mulier bona & benigna nobile eſt Dei donū, quæ commode nouit tractare maritum; ſicut Abigail. Hoc ornamentum commendat Syr. cap. 26.

VII. Tandem etiam inter Ornamenta venuſtatis muliebris refertur illud, de quo ſæpius alias, Eph. 5. Coloſſ. 3. Si ſubditæ ſint viris. Hoc enim eſt mandatum Dei. Gen. 3. qui virum conſtituit caput vxoris. Pareat itaque illius imperio: & quidem in omnibus. Eph. 5. Nec inuita præſtet obſequium, ſed tanquam Domino, prompto animo ſubdita ſit: Illa ſubiectio ſub ſe comprehendit timorem, Eph. 5. v. vltimo, & reuerentiam, Coloſſ. 3.

Huius ſubiectionis cauſas Paulus recenſet 1. Cor. 11. 1. Tim. 2. v. 13. & alibi.

Nec graue hoc erit pijs matronis: imo illæ gratias agent Deo, quod virum ipſis conſtituit caput. Plura qui volet, inueniet ſupra in Diſpoſitione Thematum 86. 87. 89. 90. 93.

Habemus ſeptem Ornamenta inſignia venuſtatis muliebris: quibus ornatas eſſe decet mulieres inprimis iuuenculas. Ratio additur, quare his virtutibus ſtudendum: Ne male audiat verbum Dei. Propter Deum hoc faciant. At dicet aliquis, vnde illæ præſertim ſi adhuc ſint adoleſceptulæ (vt Paulus hoc loco vocat) poterunt ſcire hæc omnia? Multa ſunt & grauia, quæ Paulus re-

 quirit.

Digitized by Google

quirit. Illæ vero adhuc ſunt infirmioris iudicij? Quis ita inſtruet ipſas?

Reſpondet Paulus, Diſcere eas debere ab adultis & vetulis. Erunt ſemper, qui illas poterunt docere inprimis vero hoc decet matres, vt erudiant filias ſuas, & aſſuefaciant ad has virtutes potius, quam ad ſuperbiam & luxuriam.

Quod ſi maxime non ſint, qui illas inſtruant, diſcant tamen hæc ex verbo Dei, & proponant ſibi exempla piarum & honeſtiſſimarum matronarum: qualis erat Sara, quam matrem omnium Petrus eſſe vult. 1. Petr. 3.

EX HOC AVTEM LOCO MONENDÆ SVNT VETVLÆ, vt faciant officium, à Paulo ipſis iniunctum, ſcilicet vt doceant iuuenculas non tantum verbis, ſed magis exemplo ſuo. Satius hoc fuerit, quam ſi fabulas ipſi recitent, aut Cantiones ſcurrules præcinant eis, &: Vtque habeant iuuenculæ, quod poſſint diſcere & imitari; caueant vetulæ, ne ſint offendiculo illis. Væ enim Matth: 18. Et ne illis obijci poſſit, turpe eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum: vel id Chriſti, Medice cura teipſum. Luc. 4. Et ne in illas dici poſſit parabola de feſtuca & trabe Luc. 16.

II Pars.

Breuiter etiam audiamus, quid Paulus requirat à viris: Vult enim Titum illis quoque has Regulas vitæ præſcribere, vt ſciant, quid ipſos deceat: Vno verbo, inquit, hortare adoleſcentes, vt ſint caſti, vel pudici. Decet hæc virtus in genere omnes viros, maxime vero iuuenes. Conſiſtit autem viri caſtitas, 1. in cordis affectu, ne ſit libidinoſus, contra 9. & 10. præceptum Decalogi: 2. in geſtibus etiam pudicis, 3. in verbis, cum ſermo ſit character animi, & Paulus præcipiat ne turpiloquia audiantur. Eph. 4 v. 29. & 5. v. 4. & tandem in factis honeſtis.

Exemplum ſibi proponant Ioſephi, quotquot ſunt boni. Geneſ. 39.

Con-

Contra vero cogitent, quid libidines ſecum ferant. De quo Syr. 19. Prou. 29. 1. Cor. 6. Gal 5. Hebr. 13. Exempla ſunt in promptu. Sichem. Gen. 34. Ammon. 2. Sam. 13. Zambri. Num. 25.

Neceſſaria admodum eſt his temporibus hæc admonitio, inprimis viris iuuenibus, qui putant licere ſibi quiduis, & vagas libidines mulieribus tantum eſſe prohibitas, viris non item. At Auguſtinus reſpondet illis, vir à fœmina exigis caſtitatem. Præbe illi exemplum, non verbum. De quo ſupra ex Auguſtino plura.

Qui vero caſtitati ſtudent, optime ſibi & ſuis conſulunt. Si enim ſuum vas poſſideant in honore. 1. Theſſ. 4. Deus illis benedicet. Pſal. 128. Ad multa enim vtilis eſt caſtitas. Quod ſi adhæſerint ſuis vxoribus, non alienis. erit illis iucundior vita. Prou. 5. v. 19. Non hinc inde errabunt incertis ſedibus, ſed res proprias agent, & viuent de labore manuum ſuarum. Bene ipſis erit. Pſal. 128. Et qui vocauit ad munditiem & ſanctificationem, 1. Theſſ. 4. is etiam ſanctificabit, glorificabit &, beabit illos, &c. De reliquis alias ſæpius.

THEMA XCIX.

Ex 1. Pet. 3.

Similiter vxores ſubditæ ſitis propriis viris, vt etiam, qui non obtemperant ſermoni, per vxorum conuerſationem abſque ſermone lucrifiant, dum conſiderant cum reuerentia cõiunctam caſtam conuerſationem veſtram. Quarum ornatus non ſit externus, qui ſitus eſt in plicatura capillorum, & additione auri, aut in palliorum amictu; verum occultus qui eſt in corde homo, ſi is careat omni corruptela, ita vt ſpiritus placidus ſit ac quietus, qui ſpiritus in oculis Dei magnifica & ſumptuoſa res eſt. Nam ad eum modũ olim & ſanctæ mulieres illæ ſperantes in Deo, comebant ſe, & ſubditæ erant viris ſuis. Vt Sara obediuit Abraham Dominum illum appellans:

cuius factæ eſtis filiæ, dum bene facitis, & non terremini vllo pauore.

Viri ſimiliter cohabitate pro ſcientia, vt infirmiori vaſi muliebri impartientes honorem, cum etiam cohæredes ſint gratiæ vitæ, ne interrumpantur precationes veſtræ.

DISPOSITIO.

Mulieribus hoc vere innatum eſt, vt circa ornatum corporis & munditiem externam multum ſint occupatę. Dum vero hoc nimis ſuperſtitioſe agunt, vt caput & corpus ornent, Deum nõ leuiter offendunt. Sicut autem illæ exquiſito corporis ornatu ſuperbiunt: ita viciſſim viri, de imperio, quod ipſis in mulieres conceſſum eſſe videtur, nimis interdum ſuperciliose apud ſeipſos in corde ſuo gloriantur, & dum ſua poteſtate licenter abutuntur, & ipſi quoque in Deum peccant grauiter. Paulus itaque fidelis Miniſter Dei, vt huic malo medicinam faciat. Regulas præſcribit verbis prælectis, pariter viris & mulieribus: quid facere debeant oſtendens, ne Deus offendatur.

Primum igitur videbimus, quem ornatum Paulus in mulieribus improbet vel approbet.

Deinde etiam, quo loco mariti ſuas vxores habere, & quomodo illas tractare debeant, dicemus. Et breuius quidem iſta hoc loco trademus, quia ſupra pene eadem ex verbis Pauli. 1. Tim 2. verſ. 9. de mulieribus, & de viris ex Epheſ. 5. atq; de vtriſque, alijs locis, tractata ſunt.

I Pars.

I. Primum ergo Petrus reijcit ornatum muliebrem externum, qui conſiſtit in plicatura capillorum: in veſtimentorum, auri item atque aliarum rerum pretioſarum vſu: His magis offenditur & irritatur Deus, quod patet ex Eſai. 3.

II. Alium vero ornatum ſcilicet internum requirit Petrus: eum videlicet, qui occultus eſt in corde pio.

1. Spi-

1. Spiritum placidum & quietum, qui eſt ſine corruptela. Intelligit animum mulieris nulla corruptela doctrinæ infectum, ſed in Religione ſincerum. Iuxta vero humilem & manſuetam illam vult eſſe, & talem, quæ non imperioſa ſit in maritum, nec procax, ſuperba, rixoſa, &c. ſed modeſta & humilis, quæ poſſit iniurias mariti etiam infidelis (quales tum erant multi, tempore Petri) patienter ferre.

2. Ad hunc ornatum etiam pertinent ea, quæ primo loco ponuntur hic: vt mulier ſit ſubdita viro, tanquam capiti. Et vt timeat maritum, tanquam Dominum ſuum.

3. Sed & caſtam conuerſationem requirit. Habet enim caſtitas mulieris inſignem laudem; & mater eſt multarum virtutum.

III. Tertio, Rationes adducit haud leues Petrus, quare tales eſſe velit mulieres.

1. Vt mariti infideles, abſque verbo, tantum per honeſtam conuerſationem mulierum lucrificant. Reſpicit ad ſua tempora Petrus, quibus doctrina Euangelij plane noua erat: quam interdum amplectebatur pia quædam vxor, cuius maritus in Gentiliſmo vel Iudaiſmo permanebat: nec volebat audire conciones de Chriſto. Vult igitur Paulus, mulieres ita conuerſari infidelibus maritis vt percellantur animi illorum tam honeſta conuerſatione tanquam viua concione; vt hæc videntes mariti cogitent, non poſſe eſſe falſam doctrinam, quam amplexæ ſint mulieres, cum illa tam bonos ferat fructus; & mulieres reddat caſtas, ſubditas, morigeras, placidas & quietas. Plus enim ſæpe faciunt exempla, quam omnes aliæ conciones vel admonitiones.

2. Altera ratio eſt hæc. Spiritus placidus & manſuet⁹ in oculis Dei ſumptuoſa & magnifica res eſt. Id enim Chriſtus iubet diſcere, & ſic ſuum imitari exemplum. Mat. 11. Magis hoc placet Deo, quam ſumptuoſus & plane regius mulieris ornatus. Hæ enim ſunt veræ gemmæ & margaritæ, hoc aurum eſt puriſſimum: hoc ornat mulieres.

3. Tertia ratio ſumitur ab exemplis. Primo ſanctarum matronarum Veteris Teſtamenti exempla generaliter adducit. Deinde vero in ſpecie proponit exemplum Saræ, quæ commendatur hoc nomine, quod fuerit ſubdita Abrahamo, & honorauerit eum, vocans ipſum Dominum: quod de Sara prodit Spiritus ſanctus Gen. 18. v. 12. Dominus meus ſenex eſt. &c. Ne vero dicant mulieres, quid ad nos Sara? Ideo Petrus addit, vos filiæ Saræ eſtis, 1. ſi bene feceritis, 2. ſi non puſillanimes & meticuloſæ eritis in caſibus aduerſis: ſed potius ſperaueritis in Deo, quod fecerunt olim piæ illæ mulieres. Si vero filiæ Saræ eſtis, cum illa etiam vitam æternam hæreditabitis.

Locvs. Hinc generalis ſurgit, de inutili, ficto, imo & noxio, & viciſſim de vero, honeſto & vtili ornatu muliorum. Poteſt quidem Deus ferre moderatum vſum veſtimentorum, auri & gem̃arum in mulieribus, ſicut Eſther regina ornata nõ reprehenditur. Sit hic veſtitus attemperatus ꝓ ratione ætatis, conditionis & perſonarum Aſt vbi modus non ſeruatur, ſed veſtes tantum ad luxum & leuitatẽ conficiuntur, vehementer illis Deus offenditur.

Hæc itaq; maxima cura ſit honeſtarum matronarum, vt animus interne ornatus ſit virtutibus: fide, dilectione Dei & mariti, pudicitia caſtitate, humilitate, ſubiectione erga maritum. Imitentur hac in parte Saram & Rebeccam, Rahelem, Abigailem, Hannam, Eliſabetham, Mariam & ſimiles. Atque illarum ſtudeant eſſe filiæ atque imitatrices. Et benefaciendo ſi poſſunt, illas etiam vincant. Hoc magnificum eſt & ſumptuoſum coram Deo.

De ſingulis autem virtutibus, quas Petrus requirit, in ſpecie ſupra diximus ſæpiſſime, in tractatione variorum Thematum. Inprimis vero in præcedenti, & 95. &c. Summa dicit Salomon omnia Prou. 31. Mulier timens Dominum, ipſa laudabitur, ſcilicet à Deo & hominibus.

II Pars.

Audiamus etiam aliquid de viris. Quomodo autem

illi

illi decenter & honeſte tractare debeant ſuas matronas, breuiter, ſed neruoſe, & additis vrgentiſſimis rationibus, oſtendit Petrus.

1. Cohabitate vxoribus veſtris cum ſcientia, vel cum ratione. **Vernunfft** Non tractandas illas vobis Dominus ſubiecit vt beſtias, ſed vt homines **Seynicht Hanß vnvernunfft** Ratio additur, Quia vas infirmum. Non ſunt terreę aut ſaxeę mulieres, ſed vaſa infirmiora, ideoque illis parcendum. Qui autē neſcit tractare infirmiora vaſa moderatius, is ſtultus eſt, & caput heteroclitum vxoris.

2. Habete illis ſuum honorem. Non propterea contemptim habendæ, quod vaſa infirma & ſub poteſtate viri ſunt: ſuus tamen illis habendus honor.

Ratio additur. Quia ſunt cohæredes gratiæ vitæ. Pro illis non minus Chriſtus mortuus eſt, quam pro viris. Vnus Deus viris & fœminis, vna ſpes vocationis. Epeſ. 4. Et poteſt fieri, vt vxor ſalua fiat, maritus autem reprobus ſit.

Tertio generalis additur ratio, ob quam cum ratione cohabitandum, & honor habendus ſexui fœminino: Ne impediantur preces. Quomodo enim orabunt pro inuicem, qui inuicem cane & angue peius oderunt. Quomodo remiſſionem peccatorum petere à Deo poterunt, ſi ipſi nolint inuicem remittere ſua errata, &c. Syrac. 18. verſic. 3.

Locvs Hinc generalis extrui poteſt contra ſęuos maritos, & omnes, qui ſuperbe nimis, & tyrannice dominantur vxoribus. Multi enim ſunt, qui intollerabile onus imponunt vxorum humeris, nec putant peccari, ſi maxime duriter tractent illas: nec cogitant parcendum vaſi infirmiori. Imo tam contemptim habent vxores, de illis etiam ita loquuntur & ſentiunt, vt palam teſtentur, ſe non credere, quod vxores etiam ſint cohæredes vitæ ęternę.

Grande hoc peccatum: quod cauſa eſt gemitus illius, de quo Malach. 2. Et preces maritorum non audiet Do-

I.

In omnibus autem, & inter omnes, honorabile dicit eſſe coniugium: non tantum à coniugatis, ſed & his, qui extra coniugium viuunt, honorari illud præcipiens. Et illud quidem ante omnia honorandum in CORDE noſtro: vt non tantum honeſte de coniugio aliorum ſentiamus & loquamur, ſed vt de noſtro coniugio etiam certi ſimus, quod illud, ſi legitime ſit inchoatum, Deo placeat. Cum enim ipſe iudicauerit, non eſſe bonum hominem eſſe ſolum Geneſ. 2. ſed melius eſſe duo quam vnum, Eccl. 4. ideo etiam inſtituit coniugium, & coniuges copulauit. Benedixit iiſdem, & multiplici honore, ſua etiam præſentia, condecorauit. Hinc ipſi placere coniugium, dubium non eſt.

Fuit is Paranymphus & Proxeneta. Gen. 2. Dotem ipſe numerauit, Creſcite, &c. Chriſtus ſua præſentia honorauit & munere ditauit. Ioan. 2. Ipſum etiam non pudet myſterium coniugii ſui ſpiritualis cum Eccleſia, per coniugium corporale deſignare, Ephe. 5.

Singularibus item præceptis Deus tanquam ſepto coniugium munire voluit, vt illud ſit inuiolabile.

Quia autem honorabile eſt in conſpectu Dei, & in corde etiam noſtro tale eſſe debet coniugium, ideoque legitime illud eſt contrahendum.

1. Non temere inuolandum in matrimonium, non iam huic, mox alij, fides coniugii danda: nec exiſtimandum poſſe hunc contractum pari ratione reſcindi, ac ſi equus vel permutatus vel pecunia emptus ſit.

2. Neque tantum ſpectanda in deligendo coniuge forma externa: quæ ſine caſtitate nulla eſt Prou. 11. v. 22.

3. Nec pecunia tantum quærenda primum, virtus poſt nummos. De hoc Syr. 25. v. 29.

4. Nec tantum libidinis explendæ cauſa matrimonium appetendum, ſed vt honeſte viuere poſſis.

Ideoque ſit matrimonium contracturus timens Do-

Cor. 11. Sciat ſe habere dominum, 1. Pet. 3. quod Sara agnouit. Et ſicut officioſa debet eſſe erga virum, ſic etiam induſtria in Oeconomia. Prou. 3. Mulier ſit ſedula, diligens Prou. 12 ſapiens Prou. 14 v. 1. gratioſa. Prou. 11. verſ. 16. & timens Dominum. Prou. 31. v. 29. Iuxta etiam amica benigna, morata tacens, σιγηρὸς. Syr. 26. Placido & quieto ſpiritu prædita. 1 Pet. 3 Sic honorat Deum, ne male audiat nomen Dei. Tit. 2. v 5.

III.

Sed & in ſpecie, hoc facto vult honorari coniugium, Apoſtolus, vt thorus ſit immaculatus Duo enim vnam carnem, non plures eſſe voluit Deus. Et ſexto præcepto canit Dominus, non tantum, vt caſte viuamus ipſo opere, ſed vt cor etiam non appetat aliam; ſicut canimus. De quo Chriſtus Matth. 5. vt non aſpiciat alienam ad concupiſcendum illam. 1. Theſſ. 4 Vas poſſideat in ſanctificatione. Rom. 13. Non in cubilibus & concupiſcentiis Iudicabit enim cæteros Dominus Hebr 13 1. Cor. 6. Gal. 5. Qui vero caſte viuunt, Deum honorant, cuius mandatis obediunt.

Is viciſſim honorabit illos, iuxta id: Glorificantes me glorificabo. 1 Sam. 2. Et honorabit quidem variis benedictionibus corporis & animæ. Compendio omnia refert Pſalmus 128 vbi oſtenditur, quod honoraturus illos ſit Dominus 1. liberis & chariſſimis pignoribus 2. Corporalibus bonis, vnde viuant, & benedicturus labori manuum, vt ipſis bene ſit. 3 Donis Ieruſalem, hoc eſt, ſpirituali benedictione. 4 Et longæua vita.

Summa, Pietas ad omnia vtilis erit 1. Tim. 4.

FINIS CENTVRIÆ NVPTIALIS.

IN-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET LOCORVM MEMORABILIVM PER
M. I. H. B. compilatus.

A.

ABigailis virtutes. pag. 108
Abigaili quæ ſimiles. 110
Abrahamus de nuptijs filij ſolicitus. 34
Adiutorium vocatur mulier. 12
Adhærendum vxori. 24. 206. 358. 392
Amor coniugalis. 59. 73. 123. 149. 210. 358. 421. 478
Amor coniugalis à Deo. 2. 211
Amor erga coniugem non ſit meretricius. 211
Amor mutuus inter ſocrum & nurum. 84
Amor ſceleratus habendi ex animo euellendus. 107
Ambienda vxor pia ante omnes alias. 35
Amarulenti mariti. 431
Amor non vertatur in amarulentiam. 432. & ſeq.
Amicitiæ ratio inter coniuges. 340
Amicus quomodo tractandus. 342
Amici Chriſti. 382
Amici ſponſi qui ſint. 382
Angeli procurant matrimonia. 36. 238. 243
Angeli non contriſtandi. 238
A precibus auſpicanda tractatio coniugij. 41
Argumenta Pontificiorum pro cœlibatu Sacerdotum, 461. & ſeq.
Auguſtini grauis ſententia contra concubinarios & viros ſcortatores. 392
Arrha & dona ſponſalitia. 50

Bene

Digitized by Google

B.

Benedictio Dei adhuc durat. 7.378
Benedictæ mulieres quæ ſint. 87
Benedictio Neogamorum. 247
Benedictio quos maneat. 138. 364
Bene precandum Neogamis. 92. 246. 369
Bene morata mulier. 315
Bona mulier. 171
Bona quomodo mulier reddatur & ſeruetur. 174

C.

Cauſæ coniugij finales principaliſſimæ. 2
Calamitas coniugij non eſt indicium iræ Dei. 365
Candelabro aureo ſancto comparatur mulier. 324
Caſtitas egregia virtus. 315. 478. 482
Caſtitatem omnes tueantur & ſemper. 325. 436
Caſtitas cœlibum non præferenda coniugio. 398
Cœlibatus laudatores. 11
Cœlibatus quomodo improbandus. 396
Contra cœlibatum Sacerdotum. 459
Cœlibes ſint caſti. 236
Clandeſtina ſponſalia quando reſcindenda. 21
Charitas non eſt ſuſpicax. 86
Charitas tegit omnia vitia proximi. 346
Charitatis natura. 422
Choreæ & ſaltationes. 198. & ſeq.
Chriſtus quomodo vocandus ad nuptias. 376
Chriſtus ſponſus. 379. 426
Chriſtus Eccleſiam ſponſam conſtanter amat. 426
Chriſtus ſponſus imitandus ſponſis & coniugibus. 352.
427
Columnis aureis comparatur mulier. 326
Corona mariti vxor: non deformanda. 316
Conſtantia mulierum. 327
Contractus ciuiles Deo non improbantur. 410

Con-

Conſenſus partium contrahentium requiritur. 20
Conſenſus parentum. 35.47.71.76.239.241.381
Coniuges quomodo viuere debeant. 363 382
Coniugium Deo placet 351.402
Coniugium vitæ genus honeſtum & ſanctum. 49 358 362.369 375.476.
Coniugium iucundum. 147
Coniugium præſtat vitæ ſolitariæ. 10
Coniugium inter pares fœliciſſimum. 231.299. 340. & ſeq. 361.
Coniugium quid ſuadere vel diſſuadere debeat, 278 344.
Coniux res bona. 169 335
Coniugium multiplicare debet genus humanum. 273
Coniuges inuicem portent onera. 144. 79
Coniunctio coniugalis indiſſolubilis. 23.359.308.
Contemptus diuini remedij. 236
Concubinæ quales fuerint in Veteri Teſtamento. 63
Communio omnium rerum eſt in matrimonio. 22. 126 234.
Copulatio coniugum eſt varia & multiplex. 17. & ſeq.
Conciones mulierum quales eſſe debeant. 414
ad Concordiam facit id, quod deſcendimus ab vno ſtipite. 8
Coſta ex qua mulier creata eſt, animata fuit. 15
Conuiuia nuptialia. 51.73.81.127.247.258.259
Conuiuia agitanda in timore Domini. 259
Coniugij hoſtes, varii hæretici. 472
Coniunx mulier magni æſtimanda. 70.182,217.3 91. 318 & ſeq.

D.

Deus copulat coniuges. 17 123,173
Deo cordi ſunt pauperes & humiles. 81.26
Deus remuneratur officia pietatis.
Deliberandum prius quam ineatur matrimonium. 37. 386.

Dia-

Diabolus non ſit coniugum proxeneta & internuncius: 175.
Deſiderabile oculorum coniunx vocatur. 215
Diſcordia non ſeminanda inter coniuges. 285
Diaconi. 464.

E.

Ebrii non tractent de coniugio. 47. 241. & ſeq:
Electos Deus habet in quauis gente. 97
Eccleſia ſponſa Chriſti. 125
Eccleſia quid Chriſto debeat. 426
Eccleſiam ſponſam imitentur Coniuges vxores. 352. 428
Educatio liberorum 231 & ſeq.
Effectus precum in tractandis cauſis matrimonialibus: 41. 67.
Euentus comprobat inſœlicem cœlibatum ſacrificulorum. 399
Epiſcopus vnius vxoris maritus. 1. Tim. 3. quomodo intelligendum. 454. & ſeq.
Epiſcoporum vxoratorum exempla: 458. & ſeq.

F.

Fama honeſta quomodo concilietur. 228
Fauſta precatio loco dotis & muneris. 55
Fœmina quare formata ex coſta. 14
Fœdus coniugale; 225. Eius fœderis capita: 224
Fœdus coniugii non frangendum. 224. 383
Fides probetur operibus. 451
Fides coniugalis. 114. 141.
Filiæ non obtrudendæ iuuenibus. 242
Forma bonum fragile, fallax, inutile. 42. 117. 162, 192, 326, 329. 337.
Formoſa etiam duci poteſt. 331
Fortunæ non adſcribenda Connubia. 175

Fra

Fratres qui dicantur. 302
Fratrum concordia 303
Fructus amoris coniugalis. 213
Fructus laboris coniugum. 204.272.

G.

Gaudendum de natis liberis. 98
Gradus prohibiti non transiliendi. 31
Gratioſa mulier quæ. 151
Grati Deo ſimus pro conceſſis Coniugibus. 179.252
Grauidæ fiunt vxores non caſu, ſed Deo benedicente 67.97.

H.

Haran contraxit matrimonium. 28
Habens vxorem ſit tanquam non habens. 408
Honeſtarum Matronarum officium. 263
Honeſtis quomodo quis nubere poſſit. 347
Hoſpites quare inuitentur ad nuptias. 254
Hoſpites quales vocandi. 255.371
Hoſpitum officium in nuptiis. 372.256
Hoſtes coniugij varij hæretici. 454

I.

Immoderatus veſtitus. 441
Infœlices viri ſine coniugibus. 335
Infidelem Coniugem an liceat ducere. 343
Internuntij non adducunt coniugem, ſed Deus. 177
Internuntiorum & proxenetarum officium. 41.49.243
Iteratæ nuptiæ conceſſæ. 61.84.110.387
Iuſti qui dicantur. 362

L.

Labore proprio fruamur. 261
Labor homini impoſitus. 136.270
Labor coniugum. 203
Laudabilia geſta mulierum. 449
Lætitia coniugum Deum non offendit. 206
Leo non ſit maritus. 265
Leones quomodo imitandi. 267

Liber-

Libertas magna in coniugio. 345
Legitime contrahendum matrimonium. 489
Liberi quid ſenio confectis parentibus debeant. 99
Liberi quando exhilarent parentes. 133
Liberi non cogendi ad matrimonium à parentibus. 54 101. 397
Liberi non perturbent parentes. 98
Liberis Deus proſpicit. 357
Liberi ad labores aſſuefaciendi. 234
Liberorum procreatio ſalutem non impedit. 450
Longæuam vitam à Deo licet petere. 252.

M.

Matris conſenſus etiam requiritur in coniugijs liberorum. 77
Malum de neutra parte loquendum, vbi ſentimus diuinitus coniungendi homines. 49
Manuum coniunctio inter contrahentes quid ſignificet. 238
Manſuetudo mulierem decet. 330
Mariti ſint placidi. 266
Maturum tempus coniugij exſpectandum. 230. 389
Melius eſt eſſe duo, quam vnum, & quare. 201. 337. 346 347. 398
Mediocres opes quare præſtent ampliſſimis. 165
Miſeria non ſeparat coniuges. 236
Miniſtri Eccleſiæ nubendo neminem offendant. 361. 469
Miniſtri Eccleſiæ diligendi. 467
Miniſtri Eccleſiæ tolerandi, ſi maxime ſuos næuos habeant. 467. & ſeq.
Modus gaudiorum ſeruandus. 353
Modeſtia Rebeccæ. 50
Muſica Inſtrumenta. 353
Mulieres etiam ſaluantur. 448
Mulierum probitas. 330

Digitized by Google

Mulier non plus diligenda quam Deus. 407
Mulier non eſt malum neceſſarium. 12. 172
Mulier circa virum ſit.
Mulier quare ex latere viri ſumpta. 14
Mulier ornamentum eſt. 140. & ſeq. 157. 160. 181. 321
Mulier conſeruat gloriam Viri. 153.
Mulier in pretio eſt apud Deum. 181
Mulieres Deo conquerantur iniurias. 221
Mulieres non fiant deteriores. 283
Mulierum res geſtæ laudabiles. 449
Multiplicatio generis humani vnde ſit. 7

N.

Nemo ſibiipſi accerſat crucem. 351
Neminem pœniteat initi coniugij. 402
Nimij Labores non ſuſcipiendi. 131. & ſeq.
Non diuerſæ religionis ſponſæ quærendæ. 35
Non caſu grauidæ fiunt mulieres. 67. 96
Non graue ſit inferioris conditionis hominibus nubere. 102
Non credendem his qui corda coniugum diuellere ſtudent. 286
Non accelerandæ ſucundæ nuptiæ. 388
Non exigatur ab vxoribus quod impium ſit. 431
Nota hoſtium Coniugij. 475
Nuptiæ non procraſtinandæ. 53. 71
Numeroſa proles Dei benedictio. 56. 92. 132. 139. 231
Nullum matrimonium expers calamitatis. 25. 65. 233. 322. 376. 404.
Nuptiarum ſolennitates vetuſtiſſimæ. 356. quare inſtitutæ. 368

O.

Opes bene quæſitæ non contemnendæ. 48
Opes non ſpectandæ in coniugio potiſſimum. 86. 102. 163. 195. 239 281. 381.

Orna-

Ornatus mulierum. 439 478, 113.
Obedientia mulierum reſtringitur. 429

P

Pacta dotalia. 79. & ſeq. 247.
Pauperum habenda ratio. 95
Parcendum vxoribus. 487
Patriarchæ non abhorruerunt à coniugio. 29
Parentes proſpiciant liberis de coniugio. 35
Parentes non relinquant liberis materiam contentionis. 63.
Parentes quando filiorum nuptias prohibere, & viciſſim quando annuere debeant. 79. 240. 245. 390
Parentes ſerio orent pro liberis. 245
Peccandum non eſt in gratiam aliorum. 105. 408
Peccato imputandæ moleſtiæ coniugii. 25
Perſonæ generationem ineptæ poſſunt tamen nubere, 391.
Placere debet vxor ducenda. 80
Plures filij vnius parentis nubere poſſunt. 29. & ſeq.
Polygamia. 114
Pietas ante omnia ſpectanda. 245
à Precibus auſpicandum coniugium. 41. 250.
Probitas mulierum. 310
Propter vxores non deficiendum à vera religione. 407. 412.
Pœnitere non debet initi coniugij. 402
Præmium fidelium miniſtrorum.
Procurantes nuptias loquantur veritatem. 48. 243
Prouidentiam Dei docet matrimonium. 3
Precibus lenienda omnis moleſtia coniugij. 66
Proci honeſti non facile repellendi. 49
Promiſſiones ſanctè ſeruandæ. 87 283
Prompte inſeruiendum alijs. 91
Proxenetæ, internuncij, &c. 41 48 243.

Q.

Quare & quam diu diligendæ vxores. 208
Quare pij infœlices, impij contra fœlices. 215
Quare vxores maritos honorare debeant. 413
Quare ſubiectæ illis eſſe debeant. 418. 429
Quare viris diligendæ vxores. 424
Quamcunque Deus dederit vxorem, illa diligenda 18
Quærendæ vxores, quomodo, vbi. 173. 333. 341
Quibus proſit vxor induſtria. 186. 243
Quis animus debeat eſſe nubentibus. 252
Quid vitandum vxoribus. 336
Quomodo viuendum in mundo. 412. & ſeq.

R.

Rebecca inter operas domeſticas inuenit maritum. 45
Reuerentia exhibenda maritis. 58
Remedia contra zelotypiam. 292
Reconciliati ſumus Deo per Chriſtum. 351
Repudium. 355
Repudij incommoda. 346
Religionis diuerſæ vxor non quærenda. 36
Remedia contra fornicationem. 390
Reſtringitur obedientia mulierum. 429
Ruth compellat Booz de coniugio. 84

S.

Saræ cognatio. 30
Saræ exemplum. 486
Saltationes & choreæ. 196. 198
Saltationes turpes. 227
Sacerdotes & Miniſtri poſſunt nubere. 360. 361
Sapientiam Dei reuelat nobis coniugium. 3
Scortatio cauenda. 4. 435

Sapiens

Digitized by Google

Sapiens mulier. 161.274.
Sedula mulier. 158
Secundæ nuptiæ conceſſæ. 61.84.110.386
Secundæ nuptiæ non accelerandæ. 388
Senſatus maritus eligendus. 280
Senſata mulier. 275
Senes non nubant iuuenculis ex laſciuia & leuitate. 338.
Similis quot modis ſit vxor. 299
Socia mulier non deſpicienda. 223
Soli comparatur mulier. 320. & ſeq.
Sol ornamentum. 325
Solennia nuptialia. 352.866
Soceri & ſocrus ſæpe laborant inuidia. 103
Solicitudo neceſſaria & fruſtranea. 131
Splendidioris familiæ vxores non ſemper eligendæ. 163.
Subditæ debent eſſe vxores & quare. 418. 429
Socratis iudicium de contrahendo matrimonio. 395
Sponſus Chriſtus ſoletur coniuges. 380
Spiritus manſuetus res pretioſa coram Deo. 485
Sponſalia quare celebrentur ante nuptias. 80
Sponſa honeſta contingit oranti. 57
Sterilitas. 32.65.364
Sudor coniugum multiplex. 26
Moleſtus propter peccatum. 25
Quomodo abſtergendus. 27

T.

Taciturnitas. 314
Teſtes adhibeantur tractationi matrimoniali. 89
Thorus immaculatus ſeruandus. 491
Timor Domini. 194 227 228 322
Timentibus Deum commoda coniunx obuenit. 311

Digitized by Google

V.

Vaſa dicuntur noſtra corpora. 434
Verecundia decet virgines. 58
Vetulæ maritis non ſint exoſæ. 219
Vetulæ doceant iuuenculas. 483
Veſtimentorum vſus & ratio. 441
Veſtitus ſit moderatus. ibid.
Vicinorum concordia placet Deo. 304
Vino modice vtendum. 378
Viri diligant vxores. 59.115.142.206.& ſeq.216.323.421.422.423.430.
Viri non ſubiiciant ſe imperio vxorum. 295
Virtus commendat. 103.332.
Virtutes mulieris accedant ad formam. 483
Virtutes miniſtrorum Eccleſiæ. 466.& ſeq.
Vitia miniſtrorum Eccleſiæ. 465
Vtraque fortuna æquo animo ferenda. 410
Vxor diligat virum. 104
honoret eundem. 413
Vxor coruſcat radiis mariti. 21
Vxor ducenda prius probe ſit cognita. 31.239.
Vxor à Deo. 113.179.310. & ſeq.
Quomodo, vbi quærenda. 173 333.342
Vxor ſubdita ſit viro. 117.120.268.297.413.417.418.427.429 446.
Vxor non contemnenda. 159.182.274.333.415
Vxor viri ſocia. 222 300
Vxores diligant liberos. 268. 479.
Vxores non irritent maritos. 268. 480.
Vxor exhilaret virum. 309. &ſeq.314
Vxoris imperium. 296.
Conciones. 443.& 444.
Vxores ſint ſolicitiæ. 322. 480
Vxores non ſint alienis ſubditæ. 417
Vxores Miniſtrorum Eccleſiæ, quales eſſe debeant. 468.

Vxor

Vxor ſit bene morata. 385
Induſtria. 186. & ſeq. 243.
Vxor commode tranctanda. 34.
Vxor ſequatur maritum. 54. 261.
Vxor domi ſe contineat. 142. 182.
Vxor magnifacienda. 70. 182. 217. 311. 318
Vxori quid vitandum, 336

Z.

Zelotypia fugienda. 283
Remedia. 292
Zelotypiæ exempla horrenda. 290, & ſeq.

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS TRACTATVS breuis Theologicus.

IN QVO NON TANTVM PRAECIPVA CAPITA ORDINATIONIS Matrimonialis Wirtembergicæ; ſed & difficiliores nonnulli Caſus alÿ paucis explicantur.

CONSCRIPTVS PRO MIniſtris Eccleſiæ in Ducatu Wirtembergico, & Promptuario Connubiali antehac affixus: nunc vero recognitus, quibusdam in locis auctus, & certis de cauſis ſeorſim editus.

PER

Fœlicem Bidenbachium D.

FRANCOFVRTI,

Typis Wolffgangi Richteri, ſumptibus Ioannis Berneri.

ANNO M. DC. XII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

1. Corinth. 7.

Præceptum non habeo; Conſilium autem do.

NOBI-

Digitized by Google

NOBILI, DOCTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO,

ICto clariſſimo, variarumque linguarum peritiſſimo, Domino Meliori Bonackero, Illuſtriſs. Duci Wirtembergico à Conſilijs, &c. amico ſuo, vt integerrimo, ita chariſſimo.

EN tibi Optime & Amiciſſime mi Domine Melior, illum quem haud ita pridem ex legatione Saxonica reuerſus, nomine quorundem bonorum virorum, à me flagitaſti Tractatum, de Matrimonialibus Cauſis, breuem, Theologicum, recognitum, paucis in locis auctum, & ſeorſim typis excuſum. Qui licet nec eo conſilio ſcriptus, nec talis ſit, quem dignum cenſeam, vt in exterorum quoque manus deueniat; eſt tamen tuis auſpicijs recuſus. Fecit enim meus in te amor, vt perſuaderi mihi paſ-

Digitized by Google

hi paſſus fuerim; eſſe etiam alijs in locis non Ecclesiæ tantum Miniſtros; ſed alios viros bonos & doctos; quibus iſthæc mea opella non diſpliceat. Quoniam igitur illi, abſque dubio in gratiam tui (quem mei amantiſſimum eſſe nouerunt) potius, quam amore tenuitatis meæ, ita de his ſenſerunt; dixeruntque: tu certe huius editionis culpam ſuſtinebis. Accipe autem hoc mutui mei amoris puplicum Teſtimonium, & ſyncerum: & hoc age; vt vel tandem eligas tibi vitæ ſociam, de qua dicere poſſis, tu mihi ſola places: vt intelligam, te monitis pijs & conſilijs Sacrarum Scripturarum; imo ipſius adorandæ Trinitatis (quæ non iudicat bonum, hominem eſſe ſolum; Geneſ. 2.) non minus acquieſcere, quam communis ille noſter amicus; cui non ita pridem hanc eandem opellam (tum Promptuarij Connubialis Appendicem, iam vero tuo conſilio inde auulſam) ante te dicaueram. Si enim porro illud (væ ſoli; Eccleſiaſtic. 4. neglexeris, alius mihi forſan propter te nouus Tractatus de miſerabili tuo tuique ſimilium cœlibatu ſcribendus erit. Tu interim cum MELIORI illo NOSTRO (quem velim noſti, eum ſcilicet, qui meis qualibuſcunque ſcriptitationibus ſe multum fauere, haud ita pridem, te præſente, non obſcure ſignificauit) patriæ communis ſtudioſiſſimo, atque de eadem optime merito (rumpantur

pantur vtilia Momo) viue & vale fœliciſſime. Et vos me veſtri amantiſſimum amare pergite. Scripſi in monte nobili, quem noſti. Calend. Ian. Anno 1608.

Tuus ex animo

Felix Bidembach. D. Abbas Adelbergenſis.

Digitized by Google

LECTORI CANDIDO ET BENEVOLO
Salutem.

VT *intelligas amice Lector, quibus de cauſis ad conſcribendum hunc de Quæſtionibus Matrimonialibus qualemcunque tractatum acceſſerim, paucis rationes inſtituti mei repetendas cenſui, quas etiam magna ex parte ante triennium edito Promptuario Connubiali pro miniſtiis huius Ducatus, (in præfatione iſtius libelli) expoſui: cum eidem hunc quem modo dixi Tractatum appendicis loco ſubieciſſem.*

Frequenter admodum in hac extrema mundi ſenecta accidit, vt ad Eccleſiæ Miniſtros (non minus quam ad Politicos) in omnibus non tantum ciuitatibus, ſed pagis etiam fere quibuſcunque deferantur cauſæ & quæſtiones difficiles, ambiguæ & contentioſæ, vbi interdum coniuges diſſidentes ſeparationem vel leui de cauſa fruſtra quærunt, & inuicem reconciliari nolunt: Vel Parentes aut Curatores matrimonia temere à liberis vel clientibus (inſcijs & inuitis ipſis) contracta, reſcindi petunt. Interdum homines leuiculi ipſi, poſt factam aliquam matrimonij promiſſionem, mox pœnitentia ſera ducti, pedem referre, & vel promiſſionem negare, ſicque contractum matrimonium retractare, vel quibuſcunque poſſunt artibus atque dolis, irritum facere conantur.

Non

Non raro ſanguinis aut affinitatis ratione iuncti, ſiue malitia, ſiue imp ritia, ſiue alia cauſa minime graui inducti, nuptias ſibi permitti cupiunt, lege vel diuina vel municipali prohibitas.

Nonnunquam adulterio pollutus conſilium poſcit, mox pars innocens ſeparationem vrget, tum ille delicti condonationem flagitat; nunc deſerta perſona ſecundas nuptias poſtulat; qui coniugem minus commodum ſentit, ſuas ad miniſtrum Eccleſiæ *querelas defert, opem illius implorat, vel denique alij alia petentes, Paſtoribus ſuis cupide inſtant, vrgent, & iniquiſsimis interdum poſtulationibus, ab ijs, quod volunt, extorquere conantur: ſiue illud æquitati & legibus conſentaneum ſit, quod petitum eſt, ſiue minus, id parum gens ſæpe ruſtica curat.*

Vbi certe officij ratio poſtulat, vt primo omnium Capita Ordinationis Matrimonialis Wirtembergicæ, *(prout ea publice quotannis recitantur) eiuſmodi hominibus, vt plurimum imperitis & rudiſsimis explicentur, in c lcentur, legantur, repetantur.*

Quo facto, cætera neceſſaria quoque cum ipſis (interdum magno cum faſtidio) tractanda ſunt prius, quam ad Conſiſtorium Matrimoniale & Iudicem Ordinarium *remittantur. Quia vero ea quam dixi* Ordinatio *noſtra, non breuis tantum (neque enim aliter fert id genus ſcripti) ſed & quibusdam locis (præſertim vbi de gradibus* Cognationum *tractatur) ſimplicioribus nonnihilus difficilis intellectu eſſe videtur: & denique caſus innumerabiles & varij accidunt, qui in ſcriptis legibus non ſemper ſunt ex-*

preſſi: rogauere me nonnulli magni nominis viri, & Collegæ quoque honorandi, vt Ordinationis illius explicationem vberiorem, Promptuario meo Connubiali (quod tum forte prælo ſubieceram) ſubnecterem.

Sic enim ſperarunt fore, vt ipſi eccleſiarum Paſtores non tantum guſtum aliquem percipiant, quid, vbi cauſæ illæ Matrimoniales ad Iudicem Ordinarium deuolutæ fuerint, ſpectari ſoleat, vel non: ſed etiam commodius inde de futuris litium euentibus, turbam ruſticam & incredulam, à Paſtoribus ſuis commonefieri, & præmoneri poſſe, iudicarunt.

Idque me tanto facilius præſtare poſſe, ſibiipſis viri boni perſuadebant, quod annis prope 14. videlicet ab Anno 1295. ad An. 1606. (quibus Nobiliſſimis multis & Clariſſimis atque Excellentiſſimis Iureconſultis ego, licet indignus, cum Collegis, in Conſiſtorio Matrimoniali Stutgardiano, conuerſatus ſum) varios eiuſmodi litium euentus obſeruaſſem, & nunquam etiam, in meum vſum, caſus quosdam difficiliores annotaſſem.

Non volui itaque nec debui iuſta & æqua petentibus meam qualemcunque opellam denegare.

Cum autem præter omnem meam expectationem (nouit hoc Dominus) factum fuerit, vt etiam nonnulli apud exteros hanc meam ſane tenuiſſimam opellam non improbarent: atque cum (certis de cauſis) Promptuarij connubialis apud illos nullus vſus eſſe poſſit, ſingularem & à Promptuario illo ſeparatam editionem, huius Tractatus Matrimonialis, à me flagitarent, nec illis quoque hac in parte deeſſe volui.

Hoc

Hoc autem loco, non ſine graui cauſa quorundam obiectionibus aut cauillationibus occurrendum puto.

Sunt enim nonnulli; qui cauſas Matrimoniales ad Theologos plane nihil attinere garriunt. Ideoque omnes illas Controuerſias Iureconſultis decidendas relinqui debere ſæpius vrgent. Solent hi obtendere Locum Euangelicum Luc. 12. v. 13. vbi Chriſtus compellatus à quodam vt litem, de diuidenda hæreditate, inter fratres componeret, illam cauſam à ſe penitus reiecit.

Sed & Lutheri auctoritatem allegant, qui in libello de cauſis matrimonialibus, (extat is Tom. 5. germanico Ienenſi fol. 237.) & altero illo Scripto in Matth. cap. 5. (ibidem fol. 381.) Theologos plane à cognitione & diiudicatione cauſarum Matrimonialium excluſerit.

Sic ſane nonnulli pulchre ſibi ſapere videntur: quod idem cum Luthero ſtatuant.

His vero non meis, ſed magni illius Theologi, D. Chemnitij p. m. verbis reſpondendum puto. Sic autem ille habet.

Chriſtus qui cauſam diuidendæ hæreditatis prorſus à ſe reiicit Luc. 12. quæſtionem de diuortijs (Matth. 19. ver. 4.) non ſimiliter reiicit, ſed ex verbo Dei oſtendit, quid cum norma inſtitutionis conſentiat, quid vero pugnet. Significat nimirum, quia in Cauſis Matrimonialibus multi accidunt caſus conſcientiarum, ideoque Eccleſiam, & Eccleſiæ Miniſtros non poſſe ſimpliciter cauſas Matrimoniales à ſe ad Politicum Magiſtratum reiicere. Hactenus D. Chemnitius.

Et ſane quicunque ſapit Theologus, ſeſe non ingeret

his rebus, quin potius optabit hoc maxime, vt ab eiuſmodi cauſis grauioribus & moleſtiſſimis, ipſi quam longiſſime abeſſe liceat.

Explicat autem ipſe D. Lutherus ſuam mentem ibidem: quod vbi caſus conſcientiæ ſint cæteris negotijs Matrimonialibus admixti (vt ſane ſunt plerunque) de illis Theologi ſuam omnino debeant aperire ſententiam. Et ſi verba Lutheri penitius inſpiciantur, hoc vult; Miniſtros Eccleſiæ in decernendis pœnis (violatoribus Coniugii infligendis) non debere eſſe occupatos.

Eoſdem tamen conſcientijs laborantibus opem ferre ſæpius iubet.

Et id ſane hactenus apud nos ita obſeruatum fuit: vt Theologi quidem Aſſeſſores Conſiſterij Matrimonialis, de his maxime, quæ ad ſubſtantiam Matrimonij pertinent, ſuam dicerent ſententiam rogati: Iudicium vero pænis infligendis delinquentibus, Iureconſultis penitus relinquerent. Neque enim ſoli Theologi de cauſis Matrimonialibus tractant apud nos, ſed pauci (duo vel tres ad ſummum) cum plurimis Iureconſultis de illis iudicium ferunt: ita tamen vt quæcunque magis ad proceſſum Iudicialem, quam ad ſubſtantiam Matrimonij ſpectare videntur, Iure conſultis expedienda relinquant.

Quæ cum ita ſint, nec Chriſti verbis, nec authoritati Lutheri, quicquam aduerſum admitti liquido conſtat.

Ideoque etiam mihi de cauſis matrimonialibus Theologice, & pro Miniſtris Eccleſiæ ſcribenti, paulo æquiores futuros ſpero, qui alioquin eam, quam dixi ſupra, opinionem, mordicus defendunt.

Lecto-

Digitized by Google

Lectorem autem candidum amice rogo, vt ſi forſan in his meis quæſtiunculis nonnulla inuenerit, quæ cum aliorum vel Theologorum vel Iureconſultorum ſententia pugnare videbuntur, hoc vnum Auguſtini dictum audiat (de quo etiam iam ante in præfatione Promptuarij Connubialis, & alibi quoque, monui) quando inquit, poſſe in tali aliqua quæſtione, cuius ſcilicet certam ſolutionem ſcriptura non expreſſit, interdum amicum ab amico diſſentire, ſalua veritate. Sed & Hieronymo teſte Erraſſe humanum, at confiteri errorem, prudentis eſt.

Si qui vero hac mea opella vti voluerint, dum vel antiquorum Theologorum de eadem materia editos libellos videre non datur: vel recentiorum prolixiores Tractatus legere non vacat, habebunt illi de his omnibus omnibus liberum iudicium, quod vel approbent quod placuerit, vel improbent quod offenderit.

Quantum ad cæteros attinet naſutulos, quibus nunquam fere ſatis fieri poteſt, illis breuiter ex Epiſtola Auguſt. ad Marcellinum 7. reſpondendum puto. Sic autem ille (in genere de omnibus quæſtionibus dubijs) ſcribit: In talibus quæſtionibus non multum laboro, quia etſi mea ſententia liquida ratione defendi non poteſt, mea eſt, non eius authoris, cuius ſenſum improbare fas non eſt, etiam cum in eo non intelligo hoc, vnde ſentitur quod improbandum eſt. Ego proinde fateor me ex numero eorum eſſe conari, qui proficiendo ſcribunt & ſcribendo proficiunt. Hactenus ille.

Tandem vero, amice Lector, quia ſupra mentio facta eſt magnorum atque clariſſimorum virorum, quo

rum

Digitized by Google

rum opera hactenus in Ducato Wirtembergico cauſæ Matrimoniales diiudicatæ ſunt, non ingratum, me tibi facturum puto; ſi honoris cauſa huc apponam nomina eorundem, quos dixi, Illuſtrium, Generoſorum, Magnificorum, Nobilium & Conſultiſsimorum virorum, qui Illuſtriſsimis Ducibus Wirtemberg. & Dominis, Dom. Ludouico & Dom. Friderico, hactenus fuerunt à Conſilijs, atque ſimul ab Anno 1592. *ad annum* 1606. *diiudicandis controuerſiis Matrimonialibus fidelem nauarunt operam: vt intelligant tam noſtrates quam alij, quanta cum authoritate & conſiliorum dexteritate, collatis multorum votis & ſententijs, hactenus cauſæ illæ, ad coniugium (ſanctiſsimam illam Dei ordinationem) ſpectantes, fuerint tractatæ: vt vere dici potuerit illud, Prouerb.* 11. *v.*14. *Salus vbi multa conſilia.*

SVNT

Digitized by Google

AD LECTOREM.

SVNT AVTEM NOMINA PRÆDIctorum, iuxta ſeriem annorum, quibus ſinguli ad Senatum illum amplißimum & augußißimum acceſſerunt, hæc.

Generoſi & Nobiles Iuriſperiti.

Eraſmus à Laimingen in Roteneck, &c.

Magnus curia Magiſter præſes. *

Eberhardus Dominus in Limpurg, ſacri Roman. Imp. pincerna hæreditarius: Magnus curiæ Magiſter, præſes.

Ioann. Wolffgang. ab An-Weil.

Fridericus de Plieningen.

Ioann. Chriſtophorus ab Engeltzhouen.

Wolffgangus ab Vhrmull.

Sebaſtianus Wellingus à Vehingen.

Ioan. Albertus ab An Weil.

Ioann. Fridericus à Tegernaw.

Martinus Ludou. à Remchingen.

Burcardus à Weiler.

Daniel Bu Winckhauſen de Walmenroda.

Balthaſar à Franckenberg.

Doctores & Iureconſulti.

Martinus Aichmannus D. Cancellarius

Ioan. Georg. Reinhardus D. Cameræ olim imperialis Aſſeſſor: Cancellarius.

Hieronymus Gerhardus D. & Com. Pal. Cæſar. Vice-Cancellarius. *

Chriſtianus Tholdius D: Vice-Cancel. *

Balth: Eiſengrein D.

Iacobus Haug D.

Sebaſtian Mittchelin D.

Ioan. Kuelman.

Ioan. Bidembach D.

Vlricus Broll D.

Simon Aylim D.

Ioan. Braſtberger.

Ioan. Luduo. Walch D.

Ioan. Chriſt Reinhart D.

Melchior Bonacker.

Wilhelm Daſer D.

Sebaſtian Hornmoldt.

Fridericus Daiker.

Hiſpra-

His prænomitatis Theologi in cognitione & diiudicatione controuerſiarum Matrimonialium, iiſdem temporibus (alij poſt alios) admixti fuere hi:

Lucas Oſiander D.
Wilhelmus Holderus.
Andreas Oſiander.
Felix Bidembach.
M. Daniel Schorttlin.
M. Eraſmus Groninger.

Conſeruet Dominus omnes ſuperſtites in pace: & ſit memoria defunctorum in benedictione. Amen.

Tu autem Lector amice vale, & his omnibus vna mecum omnia fauſta & fœlicia precare. Amen.

Catalogus Theologorum, quorum ſententiam author ſequutus eſt in conſcribendo tractatu ſequenti, licet nomina illorum non vbique expreſſerit.

Ambroſius.
Auguſtinus.
Andreas Oſiander ſenior.
Andr. Oſiander iunior D.
Adamus Franciſci.
Ægidius Hunnius D.
Dauid Chytræus D.
Ioannes Brentius.
Iacobus Andreæ D.
Ioan. Winckelmanus D.
Lucas Oſiander D.
Martinus Lutherus D.
Martinus Chemnicius D.
Matthias Hafenreffer. D.
Nicolaus Hemmingius.
Philippus Melanthon.
Tileman. Heſshuſius D.
Wilhel. Bidembachius D.

SEQVI-

Digitized by Google

SEQVITVR TRACTATVS DE causis Matrimonialibus, breuis & Theologicus.

GRauis eſt ſententia illa S. ſancti, Hebr. 13. verſ. 4. qua coniugium honorabile in omnibus eſſe pronunciat. Quibus verbis hoc innuitur, coniugium cum ſit res ſancta & diuinitus inſtituta, ſanctè etiam tractari debere, ab omnibus perſonis, in omni loco & omni tempore.

Tanta vero eſt huius mundi peruerſitas, præſertim his extremis temporibus, vt vix vlla ſit conſtitutio diuina, quæ conuellatur licentius & labefactetur grauius, quam ipſum ſanctiſſimi coniugij vinculum.

Ideoque Magiſtratus officium eſt, partim legibus, illam quam diximus ordinationem diuinam ſic munire, partim vero pœnis ſeueriſſimis ab omni iniuria malitioſorum vindicare, vt omnes intelligant, non licere cuiquam illa ſanctiſſima vincula, temere & petulanter rumpere, aut vlla ratione profanare: cum hoc ſit ipſi diuinæ Maieſtati in faciem reſiſtere & contradicere.

His

His de cauſis laudabiliter conſtitutum eſt, vt ordinatione certa Matrimoniali comprehenſa homines quantum fieri poteſt, in officio contineantur, dum iuxta illius tenorem Matrimonia legitime contrahere; contracta vero inuiolate ſeruare iubentur.

Eaque de cauſa breuiſſima illius quædam ſumma in omnibus templis quotannis (quarta vice) publice ex ſuggeſtu recitari ſolet, ne quis ignorantiam ſuom vlla ratione prætendere poſſit.

Hanc illius ſummam iam (cum breuis ſit) ſequenti explicationi præmittere libet, vt ipſa quoque litera lectori conſtet.

Kurtzer

Digitized by Google

Kurtzer Innhalt der Eheordnung:
Wie ſolche zu gebürender Zeit auff der Cantzel ſoll verleſen werden.

CAPVT I.

Von heimlecher vnordertlicher Eheverpflichtung der Kinder/ ohne Vorwiſſen vnd Willen der Eltern oder Vormünder.

ES ſoll inn Betrachtung vieler Erbarer vnd Chriſtlicher Vrſachen/ niemandt/ ſo noch vnder vätterlichem Gewalt iſt/ ſich ohne Rath/ Vorwiſſen vnd Willen ſeiner Eltern/ ehlich verpflichten.

Im Fall aber/ daß ein Kindt/ ſo noch in vätterlichem Gewalt/ohne Bewilligung ſeiner Eltern/ſich würde ehlich verpflichten/ als dann ſollen dieſelben Perſonen/ im Fall wo die Eltern darein nicht bewilligen wöllen/ von vnſern Pfarzherzen in der Kirchen/ nicht auffgeruffen noch eingeſegnet/ ſondern für vnſere Ehrichter/ hierinnen ordentlichen rechtmeſſigen Beſcheid vnd Erkandtnuß zu erholen/ gewieſen werden.

Vnd ſo ſich befinden würd/ daß das Kind ſich vnbedächtlich oder ohn alle rechtmäſſige billiche Vrſachen/allein auß mutwilligem Vngehorſam/ vnd hinderliſtiglich/ vermeyntlich ehelich verſprochen hette/ ſo werden dieſelben beyde vngehorſame vnnd mutwillige Manns vnd Frawen Perſonen/ an Leib oder Gut/nach geſtalt der Sachē/ernſtlich geſtrafft/ vnd ſo viel deſto ernſtlicher mehr/ wo neben ſolcher Vngehorſame/ auch die Beyſchlaffung/ Schwächung oder Schwängerung gefolgt were.

Es werden auch alle die jenigen/ ſo zu der Kinder obgemelten vngehorſamen vnnd vnrechtmeſſigen Eheverlobungen gerathen/ oder jhnen in einicherley Weiß/ hinder den Eltern geholffen haben/nach vermög vnſers Gnädigen Fürſten vnnd Herꝛn Landordnung/die Kuppler vnd Kuplerin/ ꝛc. belangend/ ernſtlich geſtrafft werden.

Dareneben aber ſollen auch die Eltern/ jhres Ampts/Gewiſſen/vnd Seelen Seligkeit/fleiſſig erinnert ſeyn/ daß ſie mit verehlichen jhrer Kinder/die Erbar vnd Billigkeit bedencken/ vnd gefährlicher oder eigennütziger Weiſe in die Harr/ ohne mercklıche/rechtmäſſige Vrſachen gemelte Verheyrathung nicht verziehen. Dann wo ſich das befünde/ſo iſt vnſer gnädiger Fürſt vnnd Herꝛ entſchloſſen/ ſolchen vnvätterlichen/ vnerbarn vnnd gefährlichen Verzug/ der Gebür nach/ mit ernſt ſtraffen zu laſſen.

Vnnd was hie von der Kinder Gehorſam/ gegen

Digitized by Google

gen den Eltern / in Eheverpflichtungen / geordnet / das ſolle auch von den Wäiſen / gegen ihren ordenlichen Vormündern vnd nechſt geſipten Verwandten (mit ſeiner maß) verſtanden werden.

Caput II.

Von der Eheverpflichtung deren Perſonen / ſo nicht vnder der Eltern oder Vormündern Gewalt ſeyn.

Es iſt vnſers Gnädigen Fürſten vnnd Herrn Meynung vnnd Befelch / wann Perſonen (die gleichwol,wie gehört / nicht mehr vnder vätterlichem Gewalt / oder Vormündern ſeyn) ſich mit einander Ehelich verheyrathen wöllen / daß dieſelben zu ſolcher Eheverlobung / zum wenigſten zwo erbar redlich vnparteyiſche Perſonen nemen ſollen / durch welche ſolche Eheverpflichtung / im Fall der Notturfft / gnugſam vnd rechtmäſſiglich möge bewieſen werde. So ferr es aber nicht geſchehe / vnd es trüge ſich zu / daß einer oder eine / das ander vmb die Ehe rechtlich anfechten / vnnd aber auß mangel der Zeugen / ſo darbey geweſt / ſolches nicht / wie ſich zu Recht gebürt / beweiſen möchte / ſondern die angeſprochen Perſon würde mit Recht / der Ehe halben ledig erkennt / ſo würd dieſelbig Manns oder Weibsperſon / ſo im Rechten verlüſtig / vber die gewönlichen Gerichtskoſten / (darvon hernach Meldung geſchicht) wach gelegenheit der Perſon / vnd anderer Vmbſtänd / geſtrafft.

Wo auch in einicher obgemelter ſtreittigen Ehe-

ſachen/die Eheverlobung / vnnd darzu Schwängerung/oder zum wenigſtē Beyſchlaffen oder Schwächung bekannt/ oder ſonſt bewieſen / vnd aber ſolche angezogene Ehe auß einicher Vrſachen nicht zugelaſſen würde / alsdann wird die Manns Perſon/ von wegen ſolcher Schwängerung / Schwächung oder Beyſchlaffens / alſo bald einen Monat lang im Thurn an Boden gelegt / vnnd auff ſein Köſten mit Waſſer vnd Brod geſpeiſt / auch die Fraw vierzehen Tag / in einer Frawen Gefengnuß geſtrafft/ vnnd doch jhr Forderung wegen der Schwächung vnd Schwängerung vorbehalten ſeyn.

Vnnd wann gleich ein ſolche ſtreitige Ehe von Eherichtern vnd Rähten zugelaſſen würde / ſo werden ſie doch beyde / von wegen deß heimlichen Beyſchlaffens / vor zulaſſung der Ehe / vnnd auch dem Kirchgang / geſtrafft / nemblich die Mannsperſon acht Tag im Thurn am Boden mit Waſſer vnnd Brot/ vñ die Fraw vier Tag in ein Frawen Gefängnuß gelegt werden / vnnd darzu jhnen beyden Spiel oder Gäſt / auff der Hochzeit zu haben / oder jhr ein Kräntzlein zu Kirchgang zu tragen / verbotten ſeyn.

So aber die Ehe nicht bekannt / oder ſonſt bewieſen würde/ ſonder allein das Beyſchlaffen / alsdann würd die klagend Perſon dē antworter in Coſten vnd Schaden fällig erkannt / vnd darzu der Mann vierzehen Tag im Thurn am Boden/ mit Waſſer vnd Brot/ vnd die Fraw acht Tag in einer Frawen Gefängnuß/ geſtrafft.

CA-

Digitized by Google

CAPVT III.

Von der Sipp vnd Magſchafft.

NAch dem es ſich ein zeitlang je länger je mehr zugetragen, daß etlich vnverſchämpte Perſonen/ vngeachtet / daß ſie mitt Sippſchafft oder magſchafft/ einander dermaſſen verwandt/ daß ſie Göttlicher / auch natürlichtr Zucht vnd Erbarkeit/ oder ſonſt rechtmäſſiger Satzungen halben / kein rechte/ ordentliche vnd Göttliche Ehe mit einander beſitzen mögen / ſich ehlich zuſamen zu verpflichten / vnterſtanden/ welches dann vor Gott grewlich/ vnnd abſchewlich/ auch darauß viel Ergernuß vnd ſonſt allerhand Vnrath erfolgt.

Demnach das Göttlich/ natürlich Geſatz/auch Keyſerlich geſchriebene Recht/von wegen der Sippſchafft oder Magſchafft/ die Ehe verbieten/ſollen alle die Perſonen/ ſo im andern vnd dritten Grad der Sippſchafft vnnd Blutverwantnuß / alß nemlich/ Geſchwiſterigte Kinder/vñ Geſchwiſterigte Kindskinder / dergleichen jhrer Vatter oder Mutter halben/ in gleichem obern / vnd vndern Grad zugethanen Vettern vnd Baſen/ oder im dritten Grad/ der Mag oder Schwagerſchafft/ als deß abgeſtorbenen Weibs oder Manns Geſchwiſterigte Kinder / oder Geſchwiſterigte Kindskinder / einander verwandt ſeyn/ bey vermeidung jhrer F. G. Vngenad/ auch ernſtlicher Straff/ ſich keines wegs mit einandet Ehlich verloben / oder noch weniger bey einander ſchlaffen.

Digitized by Google

Caput V.

Von Eheſcheidung deß Ehebruchs halben.

Nach dem etlich Ehegemächt / ſo von wegen deß begangenen Ehebruchs / durch jhrer Fürſt. G. Ehrichter vnd Räth / von einander geſcheiden ſeyn ſich eigens Willens / nach der Schiedung / anderwerts zu verheyrathen fürnemmen / ſo iſt jhrer F. G. ernſtlicher Will vnnd Meynung / daß hinfüro kein geſchieden Ehegemächt / ſich eigenes Gefallens widerumb verheyrathe / ſondern / ſo es deßhalbē Beſchwert tragen würde / ſolches jhrer Fürſt. Gn. Ehrichtern fürbringen / vnnd von jhnen deßhalben Beſcheids erwarten.

Es wird auch der Straff halben gegen der Ehebrüchigen Perſon / vermög jhrer F. G. außgekündten Landtsordnung / mit deß Ampts verweiſung / ſo lang das vnſchuldig vnuerheyrat bleibt / gehalten. Im Fall aber / da das vnſchuldig den andern Heyrath / auß billichen Ehehafften Vrſachen / vor jhrer F. G. Ehrichtern erlange / vnd ſich widerumb verheyrathe / das ſchuldig deß Landts verwieſen / vnnd nichts deſto weniger dem vnſchuldigen ſein Forderung / von Verwirckung wegen deß Ehebrüchigen Guts gegen dem ſchuldigen / vor dem ordenlichem Gericht / in allweg außzuführen / vorbehalten ſeyn.

Doch wo die Eheleut / auß einicher obgemelter Vrſach / mit dem Vrtheil geſcheiden werden / ſo mögen ſie ſich wol mit einander widerumb Chriſtenlich verſöhnen / vnnd einander Eheliche Beywohnung

thun/ darinn ihr F. G. Amptleut/ allen müglichen Fleiß fürwenden ſollen.

Wo auch das vnſchuldig Ehegemächt/ in ſchwebendem Rechten/ vnnd ehe die Endvrtheil ergehet/ auch Ehebrüchig/ vnd ſolches bewieſen würde/ alsdann ſie beyde Ehegemächt nicht geſchieden/ ſondern ſie beyde einander wiederumb Ehliche Beywohnung zu thun/ ſchuldig ſeyn/ vnnd nicht deſto weniger beyde/ vermög jhrer F. G. Landsordnung/ geſtrafft werden.

CAPVT VI.

Von Verſöhnung vnd Zuſamenthädig ng der Eheleuth.

WO Ehegemächt/ auß gefaſtem Vnwillē/ Neide/ Haß/ Grimmen/ einander Ehliche Beywohnung nicht thun wolten/ ſollen Amptleuth vnd Gericht/ allen müglichen Fleiß ankehren/ vnd ernſtlich Handlung fürnemmen/ die verworne Eheleut/ auch wo das nützlich/ vnd erſchießlich/ durch Thurn oder ander gebürende Straff/ in Freundſchafft zu bringen: Wo aber ſolches alles nicht helffen/ für Ehe-richter vnd Räth gewieſen werden.

CAPVT VII.

Von Eheſcheidung deß hinweglauffens/ oder anderer Vrſachen halben.

ES ſolle kein Manns oder Frawen Perſon/ von welchem ſein Ehegemahl gezogen/ ehe es gründt.

es gründlich weiß / oder glaubwürdig bezeugen kan / daß sein hingezogner Ehegemahl mit Tod abgangen / ohne Erlaubnuß ihrer F. G. Ehrichter vnnd Räthe / sich anderswerts verheyrathen / oder noch weniger beyschlaffen / bey straff / Leibs / vnd Guts / nach Gestallt der Sachen.

Es sollen auch dergleichen Personen / auff der Cantzel nicht verkündiget / oder vor der Gemein / ein solche Ehe besteti͂get / sonder ihrer F. G. Amptleuten angezeygt / die es alsdann / ohne verzug / an Ehrichter vnd Räth sollen gelangen lassen.

APPENDIX.

Von Gerichts Kosten.

WO fern in strittigen Ehesachen / jemands das ander vmb die Ehe beklagen / aber sein Klag zu Recht nicht genug beweisen / oder sonst in ander Weg sein Gegentheil / in vnbillichen Kosten vnd Schaden einführen würde : So werden die geordnete Ehrichter vnd Räth / in allen Ehesachen / neben andern Peenen / wie oben erzelt / die verlustige Parthey / der obsigenden / stracks in Kosten vnd Schaden fällig erkennen.

Vnd ist hierauff ihrer F. G. ernstlicher Befelch / daß menniglich dieser Ordnung / so viel sie ein jeden belangen mag / fleissig vnd gehorsamlich nachkommen / auch hierinn gar niemandts verschonet werde / darmit sich niemandts einicher Vnwissenheit entschuldigen könde.

Chananæorum, nec filiis veſtris accipietis filias illorum vxores. Iud. 21 v 7. iuraſſe leguntur Iſraelitæ, quod nolint Beniamitis dare filias ſuas in vxores. Idem volunt Exod 2 . & 2. Legitur enim Exo. 21. v. 9. Si pater filio ſuo deſponſauerit filiam ancillam, faciendum iuxta morem filiarum. Exod. 22. v. 17 Si pater virginis *dare noluerit* virginem, &c. Expreſſum Dei mandatum extat Ier. 29. v. 6. *Date* filiis veſtris vxores, & filias veſtras *date* viris, &c.

Huc accedunt exempla Scripturæ, quibus patet, filiis datas à parentibus vxores, non abſque parentum conſenſu acceptas.

Iſmael fuit alioquin homo ferus & agreſtis, nihilominus tamen adeo ferus non fuit, quin obſeruaret honeſtatem & debitam reuerentiam matri exhiberet. De hoc adulto legitur: Geneſ. 21 v. 21. *Accepit illi mater ſua* vxorem Ægyptiam.

Geneſ. 24 Iſaacus licet quadragenarius [Gen 25. v. 20.] non tamen ſibi accipit vxorem, ſed patris voluntati ſeſe exponit, & tam diu expectat, vſque dum pater miſſo ſeruo illi vxorem procuret de cognatione ſua.

Iud 14 Samſon, iuuenis, licet ſingulari & heroico ſpiritu præditus fuerit, tamen parentum conſenſum implorat, cum vellet ducere vxorem ex Philiſtinis. Nec prius quicquam tractat, quam parentes cum ipſo deſcendant. Vide etiam Luth. Tom. 2. ger. Ien. fol 415.

Docent hæc omnia, parentum conſenſum neceſſario requiri, ſi legitima coniugia eſſe debeant.

Ideoque iuxta ordinationem noſtram reſcinduntur promiſſiones factæ vel inſciis vel inuitis parentibus: & pronuntiatur in hoc caſu, ſi maxime centies per liberos facta, & millies repetita ſit promiſſio), *nullum* eſſe inter contrahentes propria auctoritate *matrimonium*.

Nec impune ferunt, qui mandatum Magiſtratus conforme legi diuinæ temere & imprudenter contemnunt. Cum enim ſub poteſtate parentum ſint, non poſſunt illi priuata authoritate fidem dare matrimonij.

Pec-

nium contrahunt inſciis parentibus. 2. Quod iuramento rem impiam confirmant, & peccatum peccato cumulant.

Hoc tamem caſu monendi parentes, vt niſi cauſæ ſint grauiſſimæ, (vbi animæ liberorum periculum imminet) non facile talia iuramenta liberorum reſcindant, ſed cõſcientiis ſuorum parcant Conſcientia enim res tenera eſt quæ ludum non patitur Caueant vero liberi, ne quid tale committant, quod contra diuinam ordinationem. vel contra propriam conſcientiam ſit: & cuius poſtea pœnitere poſſit.

Grauiſſimas etiam cauſas Magiſtratus habet, hanc liberorum temeritatem ſeueriſſimis pœnis vindicandi.

III. Quod ſi verò res non amplius ſit integra, & ad promiſſionem etiam copula carnalis acceſſit, quæritur an hic etiam parentum diſſenſus locum habeat, & poſſit impedire nuptias.

Hoc caſu multi, & Theologi & in his etiam Philippus & Adamus Franciſci in Margarita: atque etiam ipſe magnus Theologus Chemnitius in Locis Communibus ſequutus Philippum) & Iureconſulti ſtatuunt, poſt concubitum non amplius authoritate parentum poſſe reſcindi coniugia: cum ſit habenda ratio mulieris iam vitiatæ.

Sunt tamen, qui contrarium ſtatuant. Cum conſenſus non concubitus faciat nuptias Ex lex illa, Exod. 22. verſ. 17. videtur hanc quæſtionem decidere, quod *D*eus in poteſtate patris reliquit, viro vitiatam filiam tradere vel non. Accedit hiſtoria de Sichem qui etiam poſt vitiatam Dinam conſenſum patris implorauit. Et fratres Dinæ pro conſenſu rogauit: qui non niſi certis conditionibus aſſenſerunt: eidemque poſtea & vitam & vxorem eripuerunt. Gen. 34. Sed male hoc.

Et notandum hoc caſu; ſi filius vel filia poſt concubitum nihilominus ſe ſubiiciat poteſtati patriæ, interdum, etiam reſcindi promiſſionem temere aliquando factam; & con-

Digitized by Google

& concubitu confirmatam, præſertim ſi filius, vel filia ſit minorennis, & altera perſona inhoneſta, aut ſi aliæ & tales concurrant circumſtantiæ, quæ factum hoc magis accuſant, quam excuſant. Vnica enim circumſtantia totum factum poteſt variare. Nec toleranda eſt hæc nequitia liberorum, qui vt parentũ conſenſum vel extorqueant vel reluctantes parentes doloſe circumueniant, aut fingunt copulam interueniſſe, aut reuera carnaliter cognoſcũt adamatas, quibꝰ ſe tanto facilius potiri poſſe ſperãt.

Pœnis itaque grauiſſimis coercenda eſt hæc malitia.

Verum autem eſt quod magna fiat vitiatæ iniuria. Sed non minor fit iniuria parentibus, ſi propter vitiatam illi ſua poteſtate exuantur. Quæ duplex iniuria eſt.

IV. Diſputatur etiam hoc, vtrum parentes teneantur diſſenſus ſui reddere rationem nec ne. Et ſunt, qui ſtatuunt parentes non teneri, vt rationem reddant.

At quia hodie multorum parentum magna eſt, vel ruſticitas, vel *ἀστοργία*, iniquum videtur impedire nuptias liberorum, ſine omni cauſa: præſertim ſi cum honeſtis & bonis coniungi optent liberi. De quo poſtea plura ſuo loco. Ideoque ſi honeſtus animus ſit vtriuſque contrahentium, & par etiam conditio, nec vlla ſubſit cauſa, ob quam parentes honeſte poſſint repugnare, debent miniſtri Eccleſiæ fideliter monere parentes, vt ſuis & liberorum conſcientiis parcant & non ſint *ἄστοργοι*.

Si tamen vnam illam cauſam iuſte poſſint prætendere, quod clam & inſciis illis, liberi *minorennes* aliis fidem dederint, & quod altera pars clandeſtinas nuptias quæſierit, ſi contra ordinationem publicam fecerit: cum parati ſint ipſi de honeſtis nuptiis proſpicere liberis ſuo tẽpore: non poſſunt vrgeri fortius. Et hoc caſu reſcinditur matrimonium in noſtro Conſiſtorio, ſi maxime alias diſſenſus ſui cauſas non habeant parentes.

V. Hic autem parentes monendi ſunt, ſi ſemel conſenſerint, ſiue fuerit is conſenſus expreſſus, ſiue tacitus (puta ſi pater ſciuerit filium ambire huius, vel illius nu-

ptias,

Digitized by Google

nuptias, ipſe vero non contradixerit, ſed diſſimulauerit, non poſſe illos poſtmodum diſſentire aut repugnare: nec vltra diſſenſus vllam prætendere cauſam. Etenim valet hoc loco regula illa Iuriſconſultorum, quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. Ideo pie ſi diſſentiat pater, mature diſſenſum ſuum manifeſtare poterit, & liberos à propoſito dehortari. Huc pertinet caput Num. 30. verſ. 5.

VI. Tandem quæritur etiam, vtrum quoad diſſenſum patris & matris ſit ratio.

Certum autem eſt, ſi vterquè parens in viuis ſit, maiorem eſſe habendam rationem, patris qui eſt capùt vxoris: cuius voluntati parere debet honeſta coniunx. Et recte fit, ſi vterque coniunx hac in parte conſentit, præſertim ſi nuptiæ ſint honeſtæ. Vide, quomodo eadem ſit voluntas coniugium piorum, ſcil. Iſaaci & Rebeccæ, qui vnanimis votis deſcendunt in hanc ſententiam, Iacobo filiò non ducendam Chananæam. Gen. 27. & 28. vbi aperte dicitur, quòd Iacobus patri & matri obedierit, &c.

Patre vero defuncto, nihilominus requiri conſenſum matris viduæ, & illam non eſſe deterioris conditionis, (hac in parte) quam fuit pater, ſtatuunt Theologi. Idq; ex fundamento quarti præcepti, vbi Deus non minus præcipit honorari *matrem*, quam patrem. Et ſupra diximus, *matrem* Iſmaelis (quæ, quaſi vidua non amplius conuerſabatur marito Abrahamo) accepiſſe filio vxorem. Gen. 21. Vult Tobias ſæpe cogitare filium, quæ pericula ſubiecit mater in partu, &c. Tob 4. v. 4 vt non minus honoris illi debeatur. Vide etiam Prou 30. v. 17.

Hæc quoque eſt ſententia Lutheri de Hagar. Gen. 21. Poſſent etiam adduci exempla Ethnicorum, quorum haud pauci, matrum conſenſum in coniugio ineundo, requiſiuerunt.

Quod ſi maxime videatur matris nulla hac in re eſſe poteſtas, quia mulieres ſint inconſtantes & mutabiles, poteſt hic defectus ſuppleri, ſi illa hanc rem tractet cũ cõ-

ſangui-

Digitized by Google

ſanguineis, vel cognatis mariti defuncti; aut cum curatoribus, ſi qui illis ſunt adiuncti.

VII. Notandum & hoc; parentibus defunctis, in hoc caſu; eandem eſſe plane poteſtatem Aui; & Auiæ, ſi illi adhuc ſint ſuperſtites; quæ fuit aut debuit eſſe; patris & matris viuentis.

QVÆSTIO II.

Vtrum parentes liberorum ſuorum matrimonia ſemper impedire poſſint.

1. Quia parentibus incumbit hęc cura, vt maturo conſilio liberos ſuos elocent, ideoq; vltra tempus legitimum ipſos ſecum detinere, & à coniugio abſtrahere non licet: Præſertim ſi id tantum priuati fiat commodi cauſa, vel ne dotem cogantur numerare, aut bonorum partem ipſis elargiri, vel vt diutius illis, tanquam ſeruis & ancillis vti poſſint.

Paulus certe ſuadet nuptum elocandam virginem: quæ iam ſit nubilis 1. Cor. 7. v. 36.

Syr. 7. v 27. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. Quale enim periculum ſit; ſi vltra tempus legitimum detineatur; patet, Syr. 26. v. 15. Et cap. 42. ex profeſſo id tractat Sapiens non procul à fine: quanta ſollicitudine pius parens detineat filiam.

Parcendum etiam conſcienntiis liberorum. Patria enim poteſtas, vt recte dicunt Iure conſulti; in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet Ideoque ordinatio eccleſiaſtica ſeuerißime mandat, ne contra officium paternum. ἀστοργία quicquam hac in parte peccetur. Et hoc caſu, ſi liberi ſint maiorennes, & parentes ſemper tergiuerſentur, nec velint illos coniuges fieri, Magiſtratus ſuum recte facit officium: & rigorem illum minime paternum temperat.

Iudices etiam atque Conſiſtoriales hoc caſu diligenter conſiderant apud nos, vtrum parentes habeant cauſam probabilem refragandi, vel non Et ſane non eſt cōceden-

cedendum, vt parentes ſuam poteſtatem latius extendant, quam par eſt. Si enim filij maiorennes, parentum authoritatem, & conſenſum requirant, illi vero ſemper repugnent, ne habeant cauſas diſſenſus: præſertim ſi filij velint nubere honeſtis & his, quę pares ſint moribus, (ſi maxime non diuitijs) certe illorum diſſenſus in iudicio Matrimoniali non eſt magnifaciendus. Cum honeſtas & boni mores, ſemper ſunt diuitijs præferenda.

Hoc loco etiam miniſtri Eccleſiæ ſuum officium facere, & filijs ita conſtrictis ſubuenire debent, monendo, adhortando, conuincendo parentes.

Lutherus hanc parentum ἀϛοργίαν ruſticam pertinaciam vocat: & ſuadet hoc caſu, vt liberis Magiſtratus & Eccleſiarum miniſtri opem ferant: vt ſic malitia parentum coerceatur, cum hac ratione diuinę ordinationi reſiſtant, nec velint benedictionem Domini impleri in liberis ſuis.

Hæc intelligenda ſunt, de his, qui ad iuſtam ætatem peruenerunt, & habiles ſunt ad matrimonium contrahendum.

QVÆSTIO III.

Vtrum parentes cogere poſſint liberos ad ducendas coniuges, quas ipſi elegerunt.

SIcut parentes matrimonium liberorum non ſemper impedire poſſunt, ita viciſſim eoſdem non debent cogere ad ducendas coniuges, quas ipſi elegerunt, refragantibus liberis.

Solent enim nonnulli parentes non habita ratione pietatis, religionis, honeſtatis, &c. interdum filijs, vel tantum propter diuitias, aut ſplendorem familiæ, tales obtrudere coniuges, à quibus ipſi plane abhorrent. Nec hoc paternum eſt. Licet enim parentes poſſint matrimonia contrahere pro liberis ſuis, (vt Abrahamus pro Iſaaco, Gen. 24.) tamen hæc matrimonia nunquam ſuum verum ſortiuntur effectum, vel finem, niſi conſentientibus liberis. Ideoque Rebeccæ conſenſum explorant amici &

Digitized by Google

cognati prius, quam illam dimittant. Geneſ. 24. Quamuis id de abitu potius, quam de ipſo Matrimonio intelligatur: quia de illius aſſenſu iam ante conſtabat, cum arrham & clinodia acceperit. Valet id etiam in hoc caſu. Cum enim Deus inſtillet mutuum amorem coniugalem, non recte faciunt parentes, ſi obtrudant liberis tales, à quibus abhorrent: cum ipſa ratio dictet, diuinitus hanc rem non geri. Peculiarem de hoc caſu Epiſtolam ſcripſit Lutherus ad nobilem Ioannem Schotten, Equitem auratum: quæ extat Tō. 2. germ. Ien. fol. 443. ſcripta Anno 24. Menſe Maio. Vbi contendit omnem poteſtatē a Deo nō eſſe datam ad perdendum hominū animas; ſed ad emendandum illas. Cū igitur liberi coacti huic vel illi nubere præter ſuam voluntatē quaſi ad infernū detrudātur à parentibus non recte hoc fieri, ait. Hac enim ratione parentem non facere officiū patris, ſed Tyranni mores imitari.

2. Maior tamē difficultas apparet in eo, quando quæritur, quid faciendum liberis, ſi cogere velint parentes. Si autem talis filius vel filia, non velit imitari Iacobum Patriarchā, qui retinuit Liam, quam præter voluntatem ſocer illi obtruſerat, nec forti animo poſſit ferre iſtud malum, implorare debet opem Magiſtratus, Miniſtrorum Eccleſiæ, & cognatorum parentis. Illi dehortabuntur patrem ab illa ἀσοργία Magiſtratus etiam in tales parentes animaduertere poterit.

Sin vero nihil effecerint, filius, (cui videtur ex hoc cōiugio præſentiſſimum (etiam animæ) periculum imminere, præſertim ſi ſponſa non ſit veræ Religioni dedita) in alienam regionem concedere poterit ad tempus. ſicut infirmi olim fugiebant a tyrannis Elias ab Achabo, & Vrias à Ioakimo. 1. Reg. 18. Ierem. 26.

Vbi autem ſemel cōſenſerint liberi in nuptias à parentibus ipſis obtruſas, licet inuiti id fecerint, non poterunt tamen poſtmodum repugnare. Luthero ita iudicante, in libello de cauſis Matrimonialibus. Tom. 5. Ien. germ. Vide etiam Tom. 2. Ien. Germ. fol. 443.

Ne ve-

Digitized by Google

Ne vero hoc arripiant Iuuenes, & honeſtiſſimas etiam nuptias à parentibus oblatas pertinaciter reſpuant, notandum: Non poſſe liberos quoſuis oblatos coniuges detrectare, ſed requiri, vt obediant parentibus, iuſta & æqua præcipientibus. Quod ſi ſint refractarij & inobedientes, & Magiſtratus & parentes coercere illorum petulantiam poſſunt, ne liceat illis impune parentum mandata contemnere.

Non recuſat Iſaacus Rebeccæ nuptias, à patre procuratas, licet ille nunquam viderit, vel prius allocutus fuerit ſponſam, quam adduceretur illa à ſeruo patris. Geneſ. 24.

In omnibus enim obediendum parentibus, quæ non pugnat cum verbo Dei. Hoc eſt honorare parentes.

QVÆSTIO IV.

De conſenſu Curatorum & propinquorum.

REquirit ordinatio noſtra matrimonialis non tantum conſenſum parentum ſed ijs defunctis etiam propinquorum & curatorum.

Quamuis enim non per omnia ſit par ratio parentum & curatorum, (ideoque *ſuo modo*, quantum ſcilicet Iura permittunt illorum conſenſum cum parentum conſenſu coniungit ordinatio) atque propinquorum. Certum tamen eſt quarto præcepto præcipi honorem, non tantum patri & matri, (qui liberos genuerunt) ſed & ijs habendum, qui parentum loco ſunt: ſicut etiam in hoc caſu Lutherus iudicauit) vt ſunt Curatores, Tutores, Conſanguinei & quicunque alij, qui hac vita functis parentibus paterna plane præſtant officia.

Sicut autem Magiſtratus, loco Dei in terris, ſunt conſtituti, ad regẽdos ſubditos (ꝓpterea nomen Deorũ ſortiuntur, Pſ. 82. v. 6. Ita qui parentũ loco ꝓficiuntur liberis, diuino plane officio funguntur: Cum Deus etiam ipſe nominetur pater Orphanorũ & Iudex viduarum, Pſ. 68.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

verſ. 2. hoc vero officio in terris per illos Curatores atq; Tutores defungi velit. Cuius ſæpe admonendi pupilli.

Ergo ſi curatores atque propinqui diſſentiant, ſui etiam *diſſenſus habeant iuſtas, graues & releuantes cauſas*, certe non exigua erit illorum authoritas, vt poſſint impedire matrimonium, inſcijs atque inuitis illis, vel à pupillis vel adultis, contractum. Præſertim ſi poteſtati illorum ſeſe (vt debent) ſponte ſubijciant hi, quibus illi præfecti ſunt. Et hoc ab illis requirit ordinatio noſtra. Itaque non raro pro Tutoribus, Curatoribus & propinquis pronuntiari ſolet ſententia; contra clancularios illos contrahentes. Et id quidem mediante ordinatione ſæpe dicta. Adultiorum vero matrimonia cum perſonis honeſtis, & ſi illi reluctentur, nec vitricus vel nouerca, nec propinqui, nec curatores vel tutores, (& hi quidem minus, quam propinqui) impedire poſſunt. Quia propter priuatum commodum (vt illi interim poſſint vti bonis illorum.) diutius differre poſſent matrimonium: Si perpetua eſſet, & abſoluta illorum poteſtas.

CAPVT II.

De Sponſalijs & promiſſionibus eorum, qui ſui iuris, & non ſub patria poteſtate ſunt.

QVÆSTIO II.

De promiſſionibus, vel ſponſalijs [vt vocantur] *clandeſtinis.*

I. PIe & ſapienter conſtitutum eſt, in ordinatione Wirtembergica Matrimoniali, vt legitime non tantum ab his, qui ſub patria poteſtate ſunt, ſed etiam ab alijs, & omnibus in genere, contrahatur matrimonium. Cum enim coniugium res ſit ſacroſancta, debet etiam honeſte & ſancte tractari. Ideoq; reijciuntur promiſſiones clam factæ, abſque teſtibus duobus ad minimum,

honeſtis & fide dignis. Quæ enim honeſta ſunt, publice debent tractari: non in angulis. Qui vero male agit, fugit lucem.

Hinc recte fit, quod ſi vna pars prætendit matrimonij promiſſionem, illam vero probare non poſſit (duobus vel tribus omni exceptione maioribus teſtibus) altera pars accuſata mox abſoluitur. Idque fit iuxta comunem regulam, Actore (vel Actrice) non probante, reus abſoluitur.

Ne igitur in ſalutari ſuo (hoc eſt, in probationibus) deficiat hæc vel illa pars contrahentium, neceſſe eſt, vt legitime coram hominibus honeſtis fiant promiſſiones Matrimoiales.

Hinc Lutherus etiam concludit, clandeſtinas promiſſiones plane nihili eſſe faciendas. Ideoque ſeptem adductis rationibus probat. Tom. 5. Ien. germ. fol. 339. Quarum ſunt hæ præcipue.

1 Coniugium vitæ genus honeſtum publice debere tractari.

2. Iura & Canones prohibere clandeſtina ſponſalia.

3. Idem velle leges antiquas Moſaicas. [Olim enim in publico & in portis de coniugio fuiſſe tractatum, docent leges & hiſtoriæ. Vt patet ex Deut. 25 verſ. 7. Ex Ruth. 4. v. 1].

4. Multa ſequutura eſſent incommoda, ſi concederentur clandeſtina ſponſalia.

Legatur illud ſtriptum Lutheri aculeatum de clandeſtinis promiſſionibus, Tom. 7. Ien germ. 378 b. contra Conſiſtoriales Wittebergenſes.

Illud etiam ad 1. Caput huius libelli pertinet.

Nihil itaque proderunt talia ſponſalia & promiſſiones clam factæ. Et notandum, quia hæc expreſſe ſunt prohibita noſtratibus, ideoque non opus eſſe, vt altera pars iuramento interpoſito teſtetur, promiſſionem factam vel non factam eſſe. Propter leuitatem enim hominum inſignem, innumerabilia eſſent periuria. Satis igitur eſt ſimpliciter prohibita eſſe clandeſtina ſponſalia:

vt nemo poſſit conqueri, ſibi factam iniuriam, & non ſeruatam fidem. Quare enim non adhibuit teſtes?

II. Nec copula carnalis, (ſi acceſſerit) matrimonij promiſſionem clam factam quicquam iuuat, ſi altera pars neget promiſſionem, licet commixtionem carnalē palam fateatur. Valet enim hic Regula illa, conſenſus non concubitus facit nuptias. Cauſa cadunt itaque, quotquot carnali copula interueniente, peomiſſionem matrimonij non probatam, volunt fulcire. Cautius ergo mercari diſtant. Pœnas vero illegitimi concubitus dant merito. Infamiam quoque inde contractam ſibi imputabunt.

III. Quòd verò hodie apud nos non obſeruatur antiqua illa regula, aut ducat, aut dotet, & lex illa Moſaica, Deut. 22. vbi præcipitur, vt ſtuprator ducat vitiatam, hæc cauſa eſt, quod in tanta malitia (præſertim puellarum) metus ſit, ſi propter copulam carnalem interuenientem ſciant ſe ducendas à ſtupratoribus, ne illæ obuijs quibuſque iuuenibus ſeſe turpiſſime proſtituant, & occaſionem peccandi præbeant etiam honeſtiſſimis, &c.

IV. Notandum autem, quod clandeſtinitas, tum non vitiet matrimonium, ſi vterque poſt promiſſionem factam ratam habeat, vt palam confiteatur, ſe (licet clam) contraxiſſe, & ſi lis hac de re non oriatur. Hæc enim quæ diximus, tum valent, cum lis orta eſt, & altera pars promiſſionem negauit.

QVÆSTIO II.

Vtrum & quomodo publica ſponſalia præferantur clandeſtinis

I. NOn raro accidit, vt homo aliquis leuiculus duabus fidem matrimonij det: alteri quidem clam, alteri vero publice. Hoc caſu quæritur vtrum valeat prius facta promiſſio clancularia, quam poſt ẽ fatetur reus, an vero poſterior promiſſio locū habeat?

beat?

beat? videtur enim poſterior nõ potuiſſe quicquam promittere, cum priori fidem matrimonij dederit: alioquin bigamus erit. Vt ſi res eſt adhuc integra, ſemper publica ſponſalia præferenda ſunt clandeſtinis. Hæc enim ſunt expreſſe prohibita, illa vero præcepta Hæc etiam eſt ſcientia Lutheri in libello, **von Eheſachen** Tom 5. ger. Ien. fol. 237.

II. Quod ſi vero res non eſt integra, & ad primam, licet clandeſtinam promiſſionem accedat copula carnalis, ſentit idem Lutherus, tum ducendam eam, cum qua carnaliter facta eſt commixtio. Idque iuxta legem Deut. 28. ſupra allegatam.

Et hoc quidem hodie apud nos obſeruatur, hac tamen conditione: *ſi fateatur is promiſſionem* (licet clanculum factam) aut de ea ſit conuictus, qui carnaliter cognouit illam, cum qua matrimonium clanculum contraxit.

Quod ſi vero is *neget* factam promiſſionem (licet fateatur concubitum) nec poſſit conuinci, aut promiſſio facta pbari, tum abſoluitur: & nõ impediuntur amplius ſponſalia publica, & honeſte atq; legitime facta promiſſio.

III. Quod ſi vero duabus fides matrimonij eſſet data, & vtraque promiſſio facta publice, atque ſolennia ſponſalia bis eſſent celebrata, hoc caſu priorem ducere tenetur. Cum enim illi primum data ſit fides matrimonij, nõ potuit alteram ſuperinducere. Qui enim habet ſponſam ſponſus eſt, Ioan. 3. Ideo ſimul duas ſponſas habere non poteſt Grauiſſima autem his eſt conſtituta pœna, in noſtra ordinatione illa altera, quæ de pœnis facit mentionem: Carceres, infamia, &c.

Reputatur enim hoc *ſuo modo* pro bigamia. Et ſane ſecundum ſcripturam, ea, quæ deſponſata eſt *viro*, (ſi maxime matrimonium non ſit conſummatum) vocatur coniunx Quod patet exemplo Mariæ Matth. 1. v. 20, vbi dicitur Ioſepho, ne timeas accipere *vxorem* tuam.

Idem vult lex Deut. 22. Quæ eadem pœna punit ſcortationem cum deſponſata, qua punitur adulterium.

Digitized by Google

dum matrimonium probatum, & ſententia iudicis confirmatum Hoc caſu ſolet id obſeruari, vt poſt latam ſententiam, conuictus mox ſtipulata manu in præſentia iudicum fidem dare cogatur, ſe conſummaturum matrimonium, vt decet.

Quod ſi perfidus, ſententiam iudicis contempſerit, nec fecerit, quod promiſit, tunc Magiſtratus ipſum (de voluntate iudicum, quorum ſententia iam tranſit in rem iudicatam, quæ lata eſt pro Matrimonio) carceri mancipat tamdiu, vſq; dum promittat ſe exequuturum, id, quod illi fuit iniunctum, & de quo iam fidem dedit coram iudice.

Obſeruatum id ſępius, & Stutgardię quidem N. ſpõſus excarcere deductus fuit ad Templum, vt matrimonium, de quo conuictus erat, coram Eccleſia pubice confirmaretur, Anno 1603. 24 Maii Cum vero reluctaretur, nec copulari vellet, ex templo in carcerem reductus, ibique ad 1. Iunii detentus, vbi denuo ad templum ipſo deducto, tandem confirmatæ ſunt nuptiæ, &c.

Licet autem hoc admodum graue, & durum videatur, cum matrimonia debeant eſſe libera & ſpontanea, tamen Magiſtratus, qui eſt defenſor Ordinationis Diuine coniugii ſcil. recte facit, quod contumaces, carceribus & aliis pœnis coercet.

Sic enim non coguntur inuiti ad matrimonium contrahendum, ſed ad contractum legitime conſummandum, Neque enim illis licet contractum honeſtum & legiiimum reſcindere: ideoque Magiſtratus tuetur coniugium, & ne vlla pate violetur, curat.

Et digna carcere eſt illa perfidia, quod non ſeruant id, de quo fidem dederunt. Accedit contemptus Magiſtratus qui non eſt ferendus. Alioquin hoc in conſuetudinem facile abierit, vt qui hodie matrimonium contraxit, cras idipſum propria voluntate reſcindat, &c. Neque enim propter contumaciam & peruerſitatem cordis, poſſunt ſeparari, qui legitima facta promiſſionem ſemel

ſunt coniuncti. Conſenſus nuptias facit & coniungit. Homo itaque non ſeparet Matth. 19.

CAPVT III.

De gradibus conſanguinitatis, & affinitatis.

Huius capitis duæ erunt partes. Primum enim dicendum erit de his gradibus, qui lege diuina ſunt prohibiti & conſanguinitatis & affinitatis ratione.

Deinde etiam dicendum erit de his, qui iure tantum ſtatutario & Municipali, in ordinatione noſtra ſunt prohibiti. Et in quibus diſpenſatio locum habeat vel non.

I. Pars Capitis VII.

De gradibus lege diuina prohibitis

DE gradibus cognationum lege diuina prohibitis multi & Theologorum & Iureconſultorum extant eruditi Tractatus & nonnulli etiam prolixi Comentarii. Quia vero ſimpliciorum habenda eſt ratio, placuit rem iſtam quam breuiſſime & planiſſime proponere. Neque enim hoc loco Regulas, quæ propemodum infinitę dari poſſent, in medium afferre placuit, cum quæ maxime ſunt inſignes & notabiles in locis communibus D. D. Chemnitii atque etiam Enchiridio. D. D, Matthiæ Hafenrefferi fratris & affinis mei honorandi atque chariſſimi eleganter & perſpicuę ſint traditæ. Et quia hi libri iam in omnium manibus paſſim verſantur, breuitatis cauſa illas hic omittendas regulas cenſeo.

Extat autem prohibitio illa legis diuinæ Leuit. 18. & 20. Quia vero ibi à Moſe gradus conſanguinitatis & affinitatis coniunctim ponuntur, nolui illos ſeparatim ſed coniunctim in tabella proponere, ſexus tantum differentia, (vt res magis fiat perſpicua) ſeruata.

Lectorem autem ad Textum Leuitici remitto; vbi 16. perſonæ numerantur quibus matrimonio interdicitur: ſcilicet 1. Mater. 2. Nouerca. 3. Soror ex vtroque parente.

rente. 4. Soror ex altero tantum parente, 5 Neptis ex filio. 6. Neptis ex filia, 7. Soror patris Amita. 8. Soror matris Matertera. 9, Vxor patrui 10. Vxor filii. Nurus 11. Vxor fratris. 12. Vxoris mater. 13. Priuigna. 14. Filia priuigni 15. Filia priuignæ. 16. Soror vxoris.

Hic primo omnium notandum, non tantum illis perſonis quæ ibi nominetenus exprimuntur, ſed & omnibus qui eodem gradu (etiam ſexu inuerſo) cognati ſunt prohiberi matrimonium.

Quod enim de viris præcipitur, illud omnino etiam de mulieribus in eodem gradu intelligendum eſt. & viciſſim.

Recte enim Brentius ſtatuit, Moſen tantum ſcripſiſſe Epitomen conſanguinitatis & affinitatis, & reliquiſſe naturali rationi ex his perſonis, quas nominatim recenſet, alias perſonas, quæ & ipſæ naturali lege prohibitæ ſunt, intelligendas.

Item quod Moſes interdum poſuerit maſculum pro trunco, (vt vocant) & tamen vtrumque ſexum intelligat. Quia vir caput mulieris eſt.

Conſtat ergo plures gradus lege diuina prohibitos, quam iuxta literam apparent.

Vt autem facilius intelligantur, quinam ſint illi gradus, ſubiicere volui tanquam in Catalogo & Schemate omnes lege diuina prohibitos gradus.

GRA-

Digitized by Google

GRADVS EX LEGE *diuina prohibiti*

ER PARTE VIRI.

Vir nō ducat in vxorem

- Matrem.
- Filiam.
- Nouercam.
- Priuignam, vel filiam vxoris.
- Sororem ex vno vinculo.
- Sororem germanam.
- Filii filiam.
- Filiæ filiam. } Neptes.
- Auiam.
- Sororem patris. Amitam.
- Sororem matris. Materteram.
- Filiam fratris.
- Filiam ſororis.
- Patrui vxorem.
- Auunculi vxorem.
- Filiam fratris vxoris, vel Fratriæ.
- Filiam ſororis vxoris.
- Vxorem Filij.
- Socrum.
- Vxorem fratris. Fratriam.
- Vxoris ſororem.
- Filiam filii vxoris: Priuigni filiam.
- Filiam fili[illegible]vxoris: Priuignæ filiam.
- Vxorem Aui.

GRA-

GRADVS EX LEGE
diuina prohibiti.
EX PARTE VXORIS.

Vxor non ducat in matrimonium,

- Patrem.
- Filium.
- Vitricum.
- Priuignum.
- Fratrem ex vno vinculo ; vel vterinum vel conſanguineum.
- Fratrem germanum.
- Filium filii. } Nepotes.
- Filium filiæ. } Nepotes.
- Auum.
- Patrum.
- Auunculum.
- Filium fratris.
- Filium ſororis.
- Amitæ (vel ſororis patris) maritum.
- Matertetæ (vel ſororis matris) maritum.
- Fratris mariti (qui Leuir dicitur) filium.
- Sororis mariti (quæ glos appellatnr) filium.
- Generum. Filiæ maritum.
- Socerum. Mariti patrem.
- Maritum ſororis. Sororium.
- Mariti fratrem. Leuir dicitur.
- Mariti filiæ filium, hoc eſt, priuignæ filium.
- Mariti filiæ filium, hoc eſt, priuignæ filium.
- Auiæ filium.

Qu

Quia vero quantum ad hos gradus attinet, non eadem omnium Theologorum atque Iurecconſultorum eſt ſententia, ideoque hoc loco, antequam ad ſequentia pergamus, duæ quæſtiones nonnihil difficiles explicandæ erunt, an videlicet in nouo Teſtamento etiam graduum Moſaica prohibitio illa locum habeat: & vtrum perſonæ tantum lege Moſis expreſſæ, an vero gradus cognationis numerari debeant.

De his breuiter non noſtram, ſed præſtantiſſimorum Theologorum ſententiam in medium afferemus. Eſt igitur hæc huius capitis.

QVÆSTIO I.

An gradus cognationum lege Moſaica prohibiti etiam poßint aut debeant obligare Chriſtianos, in Nouo Teſtamento.

HOc loco diuerſum nonnulli (partim Theologi, partim Iureconſulti) ſtatuunt.

Quia cum Politia Moſaica abrogata ſit, in Nouo Teſtamento, Ordinationem coniugii cum cæteris Leuiticis ordinationibus (vtpote ciborum diſcrimine, & aliis, non minus ſeueriſſime mandatis quam ſunt leges coniugii) concidiſſe exiſtimant.

Et quia nos non ſub Politia Moſaica, ſed ſub Imperio Roman viuimus, videntur leges illæ Moſaicæ nos non ligare.

Ideoque non deſunt, qui apette hoc ſtatuunt, prohibitiones Moſaicas pertinere ad ius poſitiuum, & tantum obligare populum Iſraelitarum.

Reſpondet his Brentius ſuper 18. c. Leuit Ea abrogata ſunt, quæ proprie ſunt Leuitica, quæue propria fuerunt Politiæ Moſaicæ. Quæ autem ſunt naturalia, perpetua ſunt & immutabilia. Ideoque nec Decalogus abrogatus eſt: quia continet legem Naturæ, & indicat qui ſint veri fructus fidei.

Idem

Digitized by Google

Idem ſentiendum affirmat de diſcrimine perſonarum, in contrahendis nuptiis.

Hoc enim diſcrimen obſeruandum eſt, non quia Iſraelitæ id obſeruarunt, ſed quia lex Naturæ exigit obſeruationem huius diſcrimis.

Cum Brentio Theologi & Iureconſulti pleriique ſentiunt, paucis exceptis Et rationes huius ſententiæ plures atque euidentes adducit Chemnitius de Coniugio pagin 543. & ſeq.

Hinc concludit Brentius (quod inter eas perſonas, de quibus Moſes & leges Romanæ conueniunt, nuptiæ naturali iure conſiſtere non poſſint.

QVÆSTIO III.

An tantum perſonis illis ſedecim, quæ Leuit. 18. enumerantur, nuptiæ ſint prohibitæ, an vero illa prohibitio etiam ad reliquas perſonas ſit extendenda.

RESp. Ipſe D. Ambroſius aduerſus magnum quendam virum, Paternum, (prætendentem, quod Lex Leuit. 18. non expreſſe prohiberet nuptias fratris cum filia ſororis, quos ipſe volebat coniugere) hoc vrget prohibitiones Leuit. 18. non tantum ad perſonas ſed ad gradus referri debere. Quia inquit, non expreſſe prohibitum eſt, ne pater ducat filiam ſuam: & tamen prohibitum hoc eſſe neminem dubitare.

Et certe ſi nulla alia eſſet ratio præter hanc; ſatis euidenter tamen poſſet probari, omnes pari gradu diſtantes eſſe prohibitos, ſi maxime nominatim non exprimantur.

Etenim non ad verbum prohibetur pater, vt non ducat filiam: nec mater, vt non nubat filio.

Sic etiam liceret nepoti ducere auiam. Quod quam ſit abſurdum nemo eſt qui neſciat.

Certe ſi abſque affectu, & perſonarum reſpectu, ad hanc queſtionem liceat reſpondere, non tantum habebit illa difficultatis.

Fuit

Fuit quidem D. Lutherus primis annis videlicet An. 1522 & 1530. in hac ſententia, non gradus eſſe numerandos (ſicut faciunt Iure conſulti) ſed tantum perſonas lege Moſaica nominatim expreſſas.

Et hoc quidem in primis ſuis ſcriptis de cauſis Matrimonialibus aſſeruit. Tom 2 & 5 Ien german Fuit autem D. Lutherus in hanc ſententiam pertractus exemplis Patriarcharum, & in primis Abrahami ducentis Saram; quæ ſcribitur fuiſſa filia fratris Abrahami

De quo tamen ipſe poſt, in comment. ſuper cap. 20. Geneſ. dubitauit: vt mox ſequetur ſuo loco.

Et ſunt ſane multa exempla, in matrimoniis patrum, quæ ad ſcriptas regulas diuinitus traditas non congruunt. Sed non exemplis verum legibus iudicandum eſſe vetus eſt regula. Et Cyprianus inquit: Non videndum quid hic vel ille etiam ex ſanctis fecerit, ſed quid Deus in verbo patefacto fieri iuſſerit vel prohibuerit. Et Chriſtus ipſe de diuortiis inquit, Ab initio non erat ſic. Philippus dicit, Non quærendum quomodo poſſint excuſari patres. Quia nec ſancti ſine vitiis ſint.

Ad iſtud Patriarcharum exemplum reſpondet Brentius hoc modo. Etſi patriarchæ quaſdam contraxerunt nuptias cum aliquibus perſonis, in lege Moſi prohibitis: Nam Abraham duxit Saram, quam ſcribunt fuiſſe filiam fratris Abrahami; in vxorem: & Iacobus duas ſorores ſimul habuit in vxores Attamen hæc heroica exempla, quę Deus ſuo quodam conſilio vel approbauit vel tolerauit; vt non ſunt temere contemnenda, ita nec ſunt imitanda: ſed manendum nobis in obedientia Iuris Naturalis.

Huc pertinent etiam illa, quæ ſcripſit Iure conſultus Brunſuicenſis D. Winoldus Molradus in Tract. de Matrimonio. mihi fol. 76. Sane initio orbis conditi fratres & ſorores matrimonio iungebantur, cum deeſſent aliæ perſonæ, & neceſſe eſſet genus humanum propagari.

Sed id factum) vt recte Auguſtinus, de ciuit. Dei. li. 15. ca-

Digitized by Google

cap. 18. inquit) quanto eſt antiquius compellente neceſſitate, tãto factum eſt poſtea damnabilius religione prohibente. Cum enim iuberet Deus propagari genus humanum, nec plures ſimul fœminas condidiſſet, ſatis intelligitur hanc ipſius fuiſſe voluntatem, vt fratri ex ſorore ſobolem tollere fas eſſet, quod poſtea docuit ipſa natura, non licere. Hactenus ille.

Porro quod authoritatem Lutheri attinet, ad illam reſpondet clariſſimus Theologus, D. Martinus Chemnitius in 3 parte locorum Com: in loco de coniugio, mihi fol. 549. Exemplari in 8.

Sic autem habent verba Chemnitij: Diſputant moderni iudæi, quæcunque perſonæ non ſint expreſſæ, earum nuptias non eſſe prohibitas.

Et quidem Lutherus in primo ſcripto de coniugio idẽ concedit, quia non gradus, ſed perſonas numerat. Poſt aliquot tamen annos id reuocat, & reducit has prohibitiones ad certos gradus.

Nam ſi tantum perſonæ reſpiciendæ eſſent, ſequeretur Nepotem poſſe ducere auiam, quia non nominatim prohibetur. Cum tamen illud manifeſte ſit ſceleratum.

Ergo hoc probe obſeruetur, quod Leuit. 18. non tantum illæ perſonæ prohibeantur, quæ nominatim ibi exprimuntur: ſed & omnes qui in eodem pari ſeu æquali gradu ſunt.

Et oſtendendum eſt, quomodo nominatio illarum perſonarum Leuit. 18. ad certos gradus redigi poſſit.

Et huius fundamentum monſtratur in illa ſententia Leuit 18. quæ verſic. 6. & prohibitionibus illis diuinis præmittitur. Scilicet, Omnis homo ad proximum ſanguinis ſui vel carnis ſuæ non accedat.

Quam ſententiã quidẽ Pontifices male intellexerunt, ab omnibus ſcilicet conſanguineis quouſque cognatio cognoſci poteſt abſtinendum. Cauſa 35. quæſt. 4.

Hactenus Chemnitius. Qui vult plura, legat ibi.

DD Luthe-

Digitized by Google

Lutherus ſane in Commentario ſuper Geneſin, quem multis annis poſt (videlicet Anno 44.) ſcripſit, videns priorem ſuam ſententiam infirmo niti fundamento, de Matrimonio Saræ, diuerſum ſtatuit: ſic ſcribens Tom. 6. Witteberg. Lat. mihi fol. CLVII ſuper caput Gen. 20.

Hic quæſtio eſt quomodo Abraham dicat Saram fiiam ſui patris Thare? Nam Moſes hoc clare ponit, Thare habuiſſe tres filios, Nahor, Haran, & Abraham, & ex Haran natum Loth: Loth autem fuiſſe fratrem Saræ.

De Sara autem non dicit, quod nata ſit ex Haran, niſi forte binominem fuiſſe fingas & ſupra cap. 12 appellari Ieſſam. Sed hoc cum paulo durius ſit, proximum eſt, vt ſtatuamus fuiſſe priuignam Haran, qui ſiquidem mortuus eſt ante patrem Thare, Sara in domum Thare translata, atque ibi educata eſt, atque inde vocata Thare filia, vt neque naturalis neque legitima Haran filia fuerit, ſed cum nuptijs viduæ adſcita. Atque ſi hanc ſententiam ſequimur, præciſa iam eſt diſputatio, an potuerit Abraham fratris filiam ducere. Nam patris priuignam ducere lege non eſt prohibitum Hæc Lutherus.

Hinc patet Lutherum idipſum, quod antea pro fundamento vſus fuerat, iam mutaſſe: quod ſcilicet Abrahamus duxerit filiam fratris

Brentius ſupe Leuitic. 18. ſic habet, An hæ tantum perſonæ, quas Moſes nominatim recenſet, non poſſunt inter ſe nuptias contrahere? Ergone licebit Iſaaco iuxta Moſen ducere vel auiam vel ſocrum, vel proneptem ſuam in vxorem, quia nulla fit harum mentio apud Moſem?

Et quid de patruo aut auunculo aut genero aut ſocero? Num licebit Rebeccæ hiſce nubere? Minime omnium. Moſes enim ſcripſit tantum Epitomen Conſanguinitatis aut Affinitatis, ac reliquit naturali rationi alias perſonas, &c. vt ſupra in 1. quæſtione iam hæc verba ſunt allegata.

[Hinc

[Hinc Chemnitius, in prohibitione non attenditur diſcrimen ſexus. Et, per inuerſionem ex reciproco inter coniuges reſpectu, Mulier quam ego non poſſum ducere, illa etiam mihi non poteſt nubere.]

Plura vide apud Brentium poſt fol. 843. vbi in ſpecie recenſet quomodo conueniant ius ciuile & leges Moſis, & quas perſonas Moſes nominatim non expreſſerit.

Brentium ſequutus Oſiander, idem ſtatuit, non tantum ab illis perſonis abſtinendum, quarum expreſſe fiat mentio à Moſe, ſed etiam ab ijs, qui pari gradu diſtant.

Sed & clariſſimus ille ICtus Ioach. Beuſthius in ſuo Tractatu, mihi fol. 196 allegata authoritate Andreæ Oſiandri ſenioris (paſtoris Norimbergenſis) eandem tuetur ſententiam, & ſophiſticam eſſe demonſtrat, tantum perſonas, non autem gradus numerare. Et tenenda eſt iſta regula: Vbi eſt par gradus, ibi eſt eadem ratio & ſimilis conſtitutio. Vbi eadem ratio, ibi idem ius.

QVÆSTIO IV.


An liceat ducere filiam ſororis vxoris defunctæ, aut ſimili gradu cognatam?

SÆpiſſime propoſita fuit hæc quæſtio, quia plurimi non credunt hunc gradum lege diuina prohibitum.


Reſponſum ſuppliciter à Theologis 19. Octob. Anno 99. & ſæpius, quod non liceat coniungi in hoc gradu. Et poteſt hic caſus ex præcedentibus facile decidi Quamuis enim ſint, qui exiſtiment hunc gradum lege diuina non eſſe prohibitum, cõtrarium tamen ex ſubiecto ſchemate facile patet, ex quo plures quoque conſimiles gradus poſſunt iudicari.

Digitized by Google

Leuit.. 18. & 20. prohibitum eſt: Turpitudinem patrui tui non reuelabis. Nec accedas ad vxorē eius. Quia cognata vel affinis tua eſt. Eſtque hic gradus.



Plane ſimilis eſt gradus, ſi vertatur ſexus. Turpitudinem materteræ tuæ (Leuit. 20.) non reuelabis, vt acce-das ad maritum eius. Quia cognatus vel affinis tibi eſt.



Et notandum ex Leuit. 20. quod tales Deus punire velit ἀτεκνίᾳ Abſque liberis morientur.

Allegatur in contrarium, hoc caſu, authoritas D. Lutheri, qui ſupradicto Tractatu permiſerit ducere vxoris defunctæ ſororem: Atqui ex ſupradictis manifeſtum eſt, quam ob cauſam hoc non poſſit habere locum.


Quia

Quia falſo præſuppoſito de Sara nitebatur.

Hinc Baſilius Monuerus Iureconſultus Ienenſis in ſuo Tractatu de Matrimonio ſic ſcribit, part. 4. cap 2. Et ſi D D. Lutherus olim Anno 1522. ſenſerit iure diuino licere ducere vxoris vel ſponſæ defunctæ ſororem, poſtea tamen ſententiam iſtam merito correxit.

Et in eadem ſententia eſt etiam Schneidevvinus ICtus, quod hic gradus de filia ſororis vxoris (ſeu filia gloris vocatur à nonnullis) ſit prohibitus lege diuina.

Quinimo etiam remotiores gradus, ex vna linea, prohibitos eſſe ſtatuimus, vt ne quidem defunctæ vxoris ſororis neptem aut proneptem ducere liceat.



Et notatur hoc caſu regula illa: Cuius filiam ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

Pertinet huc quoque altera illa regula: quando ex vna parte primus gradus eſt, omni matrimonio interdictum eſſe collatera

GRADVS EX LEGE *diuina prohibiti*

ER PARTE VIRI.

Vir nõ ducat in vxorem

- Matrem.
- Filiam.
- Nouercam.
- Priuignam, vel filiam vxoris.
- Sororem ex vno vinculo.
- Sororem germanam.
- Neptes:
  - Filii filiam.
  - Filiæ filiam.
- Auiam.
- Sororem patris. Amitam.
- Sororem matris. Materteram.
- Filiam fratris.
- Filiam ſororis.
- Patrui vxorem.
- Auunculi vxorem.
- Filiam fratris vxoris, vel Fratriæ.
- Filiam ſororis vxoris.
- Vxorem Filij.
- Socrum.
- Vxorem fratris. Fratriam.
- Vxoris ſororem.
- Filiam filii vxoris: Priuigni filiam.
- Filiam filiæ vxoris: Priuignæ filiam.
- Vxorem Aui.

GRA-

Digitized by Google

GRADVS EX LEGE *diuina prohibiti.*

EX PARTE VXORIS.

Vxor non ducat in matrimonium.

- Patrem.
- Filium.
- Vitricum.
- Priuignum.
- Fratrem ex vno vinculo ; vel vterinum vel conſanguineum.
- Fratrem germanum.
- Filium filii. } Nepotes.
- Filium filiæ. } Nepotes.
- Auum.
- Patrum.
- Auunculum.
- Filium fratris.
- Filium ſororis.
- Amitæ (vel ſororis patris) maritum.
- Materteræ (vel ſororis matris) maritum.
- Fratris mariti (qui Leuir dicitur) filium.
- Sororis mariti (quæ glos appellatnr) filium.
- Generum. Filiæ maritum.
- Socerum. Mariti patrem.
- Maritum ſororis. Sororium.
- Mariti fratrem. Leuir dicitur.
- Mariti filiæ filium, hoc eſt, priuignæ filium.
- Mariti filiæ filium, hoc eſt, priuignæ filium.
- Auiæ filium.

Qu

Quia vero quantum ad hos gradus attinet, non eadem omnium Theologorum atque Iureconſultorum eſt ſententia, ideoque hôc loco, antequam ad ſequentia pergamus, duæ quæſtiones nonnihil difficiles explicandæ erunt, an videlicet in nouo Teſtamento etiam graduum Moſaica prohibitio illa locum habeat: & vtrum perſonæ tantum lege Moſis expreſſæ, an vero gradus cognationis numerari debeant.

De his breuiter non noſtram, ſed præſtantiſſimorum Theologorum ſententiam in medium afferemus. Eſt igitur hæc huius capitis.

QVÆSTIO I.

An gradus cognationum lege Moſaica prohibiti etiam poßint aut debeant obligare Chriſtianos, in Nouo Teſtamento.

HÓc loco diuerſum nonnulli (partim Theologi, partim Iureconſulti) ſtatuunt.

Quia cum Politia Moſaica abrogata ſit, in Nouo Teſtamento, Ordinationem coniugii cum cæteris Leuiticis ordinationibus (vtpote ciborum diſcrimine, & aliis, non minus ſeueriſſime mandatis quam ſunt leges coniugii) concidiſſe exiſtimant.

Et quia nos non ſub Politia Moſaica, ſed ſub Imperio Roman. viuimus, videntur leges illæ Moſaicæ nos non ligare.

Ideoque non deſunt, qui aperte hoc ſtatuunt, prohibitiones Moſaicas pertinere ad ius poſitiuum, & tantum obligare populum Iſraelitarum.

Reſpondet his Brentius ſuper 18. c. Leuit. Ea abrogata ſunt, quæ proprie ſunt Leuitica, quæue propria fuerunt Politiæ Moſaicæ. Quæ autem ſunt naturalia, perpetua ſunt & immutabilia. Ideoque nec Decalogus abrogatus eſt: quia continet legem Naturæ, & indicat qui ſint veri fructus fidei.

Idem

Digitized by Google

Idem ſentiendum affirmat de diſcrimine perſonarum, in contrahendis nuptiis.

Hoc enim diſcrimen obſeruandum eſt, non quia Iſraelitæ id obſeruarunt, ſed quia lex Naturæ exigit obſeruationem huius diſcrimis.

Cum Brentio Theologi & Iureconſulti pleriſque ſentiunt, paucis exceptis Et rationes huius ſententiæ plures atque euidentes adducit Chemnitius de Coniugio pagin 543. & ſeq.

Hinc concludit Brentius (quod inter eas perſonas, de quibus Moſes & leges Romanæ conueniunt, nuptiæ naturali iure conſiſtere non poſſint.

QVÆSTIO III.

An tantum perſonis illis ſedecim, quæ Leuit. 18. *enumerantur, nuptiæ ſint prohibitæ, an vero illa prohibitio etiam ad reliquas perſonas ſit extendenda.*

RESp. Ipſe D. Ambroſius aduerſus magnum quendam virum, Paternum, (prætendentem, quod Lex Leuit. 18. non expreſſe prohiberet nuptias fratris cum filia ſororis, quos ipſe volebat coniugere) hoc vrget prohibitiones Leuit. 18. non tantum ad perſonas ſed ad gradus referri debere. Quia inquit, non expreſſe prohibitum eſt, ne pater ducat filiam ſuam: & tamen prohibitum hoc eſſe neminem dubitare.

Et certe ſi nulla alia eſſet ratio præter hanc; ſatis euidenter tamen poſſet probari, omnes pari gradu diſtantes eſſe prohibitos, ſi maxime nominatim non exprimantur.

Etenim non ad verbum prohibetur pater, vt non ducat filiam: nec mater, vt non nubat filio.

Sic etiam liceret nepoti ducere auiam. Quod quam ſit abſurdum nemo eſt qui neſciat.

Certe ſi abſque affectu, & perſonarum reſpectu, ad hanc quęſtionem liceat reſpondere, non tantum habebit illa difficultatis.

Fuit

Fuit quidem D. Lutherus primis annis videlicet An. 1522 & 1530. in hac ſententia, non gradus eſſe numerandos (ſicut faciunt Iure conſulti) ſed tantum perſonas lege Moſaica nominatim expreſſas.

Et hoc quidem in primis ſuis ſcriptis de cauſis Matrimonialibus aſſeruit. Tom 2 & 5 Ien. german Fuit autem D. Lutherus in hanc ſententiam pertractus exemplis Patriarcharum, & in primis Abrahami ducentis Saram, quæ ſcribitur fuiſſa filia fratris Abrahami

De quo tamen ipſe poſt, in comment. ſuper cap. 20. Geneſ. dubitauit: vt mox ſequetur ſuo loco.

Et ſunt ſane multa exempla, in matrimoniis patrum, quæ ad ſcriptas regulas diuinitus traditas non congruunt. Sed non exemplis verum legibus iudicandum eſſe vetus eſt regula. Et Cyprianus inquit: Non videndum quid hic vel ille etiam ex ſanctis fecerit, ſed quid Deus in verbo patefacto fieri iuſſerit vel prohibuerit. Et Chriſtus ipſe de diuortiis inquit, Ab initio non erat ſic. Philippus dicit, Non quærendum quomodo poſſint excuſari patres. Quia nec ſancti ſine vitiis ſint.

Ad iſtud Patriarcharum exemplum reſpondet Brentius hoc modo. Etſi patriarchæ quaſdam contraxerunt nuptias cum aliquibus perſonis, in lege Moſi prohibitis: Nam Abraham duxit Saram, quam ſcribunt fuiſſe filiam fratris Abrahami, in vxorem: & Iacobus duas ſorores ſimul habuit in vxores Attamen hæc heroica exempla, quę Deus ſuo quodam conſilio vel approbauit vel tolerauit; vt non ſunt temere contemnenda, ita nec ſunt imitanda: ſed manendum nobis in obedientia iuris Naturalis.

Huc pertinent etiam illa, quæ ſcripſit Iure conſultus Brunſuicenſis D. Winoldus Molradus in Tract. de Matrimonio. mihi fol. 76. Sane initio orbis conditi fratres & ſorores matrimonio iungebantur, cum deeſſent aliæ perſonæ, & neceſſe eſſet genus humanum propagari.

Sed id factum) vt recte Auguſtinus, de ciuit. Dei. li. 15.

ca-

cap. 18. inquit) quantò eſt antiquius compellente neceſſitate, tàto factum eſt poſtea damnabilius religione prohibente. Cum enim iuberet Deus propagari genus humanum, nec plures ſimul fœminas condidiſſet, ſatis intelligitur hanc ipſius fuiſſe voluntatem, vt fratri ex ſorore ſobolem tollere fas eſſet, quod poſtea docuit ipſa natura, non licere. Hactenus ille.

Porro quod authoritatem Lutheri attinet, ad illam reſpondet clariſſimus Theologus, D. Martinus Chemnitius in 3 parte locorum Com: in loco de coniugio, mihi fol. 549. Exemplari in 8.

Sic autem habent verba Chemnitij: Diſputant moderni Iudæi, quæcunque perſonæ non ſint expreſſæ, earum nuptias non eſſe prohibitas.

Et quidem Lutherus in primo ſcripto de coniugio idẽ concedit, quia non gradus, ſed perſonas numerat. Poſt aliquot tamen annos id reuocat, & reducit has prohibitiones ad certos gradus.

Nam ſi tantum perſonæ reſpiciendæ eſſent, ſequeretur Nepotem poſſe ducere auiam, quia non nominatim prohibetur. Cum tamen illud manifeſte ſit ſceleratum.

Ergo hoc probe obſeruetur, quod Leuit. 18. non tantum illæ perſonæ prohibeantur, quæ nominatim ibi exprimuntur: ſed & omnes qui in eodem pari ſeu æquali gradu ſunt.

Et oſtendendum eſt, quomodo nominatio illarum perſonarum Leuit. 18. ad certos gradus redigi poſſit.

Et huius fundamentum monſtratur in illa ſententia Leuit 18. quæ verſic. 6. & prohibitionibus illis diuinis præmittitur. Scilicet, Omnis homo ad proximum ſanguinis ſui vel carnis ſuæ non accedat.

Quam ſententiã quidẽ Pontifices male intellexerunt, ab omnibus ſcilicet conſanguineis quouſque cognatio cognoſci poteſt abſtinendum. Cauſa 35. quæſt. 4.

Hactenus Chemnitius. Qui vult plura, legat ibi.

DD Luthe-

Lutherus ſane in Commentario ſuper Geneſin, quem multis annis poſt (videlicet Anno 44.) ſcripſit, videns priorem ſuam ſententiam infirmo niti fundamento, de Matrimonio Saræ, diuerſum ſtatuit: ſic ſcribens Tom. 6. Witteberg. Lat. mihi fol. CLVII ſuper caput Gen. 20.

Hic quæſtio eſt quomodo Abraham dicat Saram filiam ſui patris Thare? Nam Moſes hoc clare ponit, Thare habuiſſe tres filios, Nahor, Haran, & Abraham, & ex Haran natum Loth: Loth autem fuiſſe fratrem Saræ.

De Sara autem non dicit, quod nata ſit ex Haran, niſi forte binominem fuiſſe fingas & ſupra cap. 12 appellari Ieſſam. Sed hoc cum paulo durius ſit, proximum eſt, vt ſtatuamus fuiſſe priuignam Haran, qui ſiquidem mortuus eſt ante patrem Thare, Sara in domum Thare tranſlata, atque ibi educata eſt, atque inde vocata Thare filia, vt neque naturalis neque legitima Haran filia fuerit, ſed cum nuptijs viduæ adſcita. Atque ſi hanc ſententiam ſequimur, præciſa iam eſt diſputatio, an potuerit Abraham fratris filiam ducere. Nam patris priuignam ducere lege non eſt prohibitum Hæc Lutherus.

Hinc patet Lutherum idipſum, quod antea pro fundamento vſus fuerat, iam mutaſſe: quod ſcilicet Abrahamus duxerit filiam fratris

Brentius ſupe Leuitic. 18. ſic habet, An hæ tantum perſonæ, quas Moſes nominatim recenſet, non poſſunt inter ſe nuptias contrahere? Ergone licebit Iſaaco iuxta Moſen ducere vel auiam vel ſocrum, vel proneptem ſuam in vxorem, quia nulla ſit harum mentio apud Moſem?

Et quid de patruo aut auunculo aut genero aut ſocero? Num licebit Rebeccæ hiſce nubere? Minime omnium, Moſes enim ſcripſit tantum Epitomen Conſanguinitatis aut Affinitatis, ac reliquit naturali rationi alias perſonas, &c. vt ſupra in 1. quæſtione iam hæc verba ſunt allegata.

[Hinc

[Hinc Chemnitius, in prohibitione non attenditur diſcrimen ſexus. Et, per inuerſionem ex reciproco inter coniuges reſpectu, Mulier quam ego non poſſum ducere, illa etiam mihi non poteſt nubere.]

Plura vide apud Brentium poſt fol. 843. vbi in ſpecie recenſet quomodo conueniant ius ciuile & leges Moſis, & quas perſonas Moſes nominatim non expreſſerit.

Brentium ſequutus Oſiander, idem ſtatuit, non tantum ab illis perſonis abſtinendum, quarum expreſſe fiat mentio à Moſe, ſed etiam ab ijs, qui pari gradu diſtant.

Sed & clariſſimus ille ICtus Ioach. Beuſthius in ſuo Tractatu, mihi fol. 196 allegata authoritate Andreæ Oſiandri ſenioris (paſtoris Norimbergenſis) eandem tuetur ſententiam, & ſophiſticam eſſe demonſtrat, tantum perſonas, non autem gradus numerare. Et tenenda eſt iſta regula: Vbi eſt par gradus, ibi eſt eadem ratio & ſimilis conſtitutio. Vbi eadem ratio, ibi idem ius.

QVÆSTIO IV.

An liceat ducere filiam ſororis vxoris defunctæ, aut ſimili gradu cognatam?

SÆpiſſime propoſita fuit hæc quæſtio, quia plurimi nõn credunt hunc gradum lege diuina prohibitum.

Reſponſum ſuppliciter à Theologis 19. Octob. Anno 99. & ſæpius, quod non liceat coniungi in hoc gradu. Et poteſt hic caſus ex præcedentibus facile decidi. Quamuis enim ſint, qui exiſtiment hunc gradum lege diuina non eſſe prohibitum, cõtrarium tamen ex ſubiecto ſchemate facile patet, ex quo plures quoque conſimiles gradus poſſunt iudicari.

DD 2 Leuit.


Digitized by Google

Quia falſo præſuppoſito de Sara nitebatur.

Hinc Baſilius Monuerus Iureconſnltus Ienenſis in ſuo Tractatu de Matrimonio ſic ſcribit, part. 4. cap 2. Et ſi D D. Lutherus olim Anno 1522. ſenſerit iure diuino licere ducere vxoris vel ſponſæ defunctæ ſororem, poſtea tamen ſententiam iſtam merito correxit.

Et in eadem ſententia eſt etiam Schneidevvinus ICtus, quod hic gradus de filia ſororis vxoris (ſeu filia gloris vocatur à nonnullis) ſit prohibitus lege diuina.

Quinimo etiam remotiores gradus, ex vna linea, prohibitos eſſe ſtatuimus, vt ne quidem defunctæ vxoris ſororis neptem aut proneptem ducere liceat.




Et notatur hoc caſu regula illa : Cuius filiam ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

Pertinet huc quoque altera illa regula : quando ex vna parte primus gradus eſt, omni matrimonio interdictum eſſe collatera

Adeo vt nec fratris, vel ſororis, nec quoque ſororis vxoris abneptem vel atneptem etiam ducere liceat.

Valet enim hęc regula tam in affinitatis, quam in conſanguinitatis gradibus. Ideoque patrui magni viduam ducere Iacobo N. Anno 94. 29. Aug. non fuit conceſſum. Eſtque hic caſus idem cum ſuperiori.




Siue Aui frater.

Itaque Walpurgæ non tantum filio fratris prioris mariti Michaeli nubere cupienti id negatum eſt, An. 1601. 16. Aprilis.


Vbi

Vbi talis eſt cognatio,



Sic & multis alijs in hoc caſu matrimonium prohibitumN. Anno 67. 5. Decemb. & 72. 13. Martij.

Verum etiam remotiori gradu coniugium non eſt permiſſum, cum nepte ſororis vxoris defunctæ : in hoc caſu..



Anno 1694. 1. Nouembris.

Sunt autem qui diuerſum ſtatuant: videlicet regulam illam, [cuius filiam ducere non licet, eius nec neptem permittitur : ſic etiam ſequentem modo allegatam] tantum pertinere ad conſanguineos, non ad affines: quia in illis nullus ſit reſpectus, tanquam ad parentes.

Sed contrarium rurſus alij defendunt fortius. Et videtur illa regula indefinite poſita, in his caſibus, tam ad affines quam ad conſanguineos extendi poſſe: propter eam reuerentiam, quæ in primo gradu debetur etiam affini, propter cognatum proximum.

Ideoq; patrui vxor etiam prohibetur, propter patruũ, cum quo facta eſt vna caro : adeoque eſt loco amitæ.

Et eandem ob cauſam ab vxore auunculi abſtinendũ, quia illa cum vxore patrui eſt in pari gradu.

Et huc maxime pertinent verba Modeſtini ICti, dicen-

dicentis, nefas eſſe, hos qui affinitatis cauſa parentum liberorumque loco habentur, inter ſe matrimonio copulari.

Ratio itaque huius prohibitionis eſt hæc potiſſimum quia ſuperiores in primo gradu vnius lineæ, ſunt cæteris deſcendentibus, in altera linea, loco parentum.

Ideoque propter reuerentiam illam non licet inferioribus, vtriuſque ſexus, ducere eos, qui ex altera parte in primo gradu vel conſanguinitatis vel affinitatis exiſtunt.

Tractantur hæc ab aliis copioſe. Chemnitius in tertia parte locorum Theologicorum, in loco de coniugio cap. 3. parte 2. lege 5. pag. 562. id explicat hiſce verbis: Poſtremo vnus peculiaris & notabilis caſus extat in iure ciuili, qui in lege diuina tam expreſſe non ponitur, quando ſcilicet in linea tranſuerſali coniugia prohibentur, non ratione graduum, ſed ideo quia perſonæ ſunt loco parentum & liberorum, vt quando in vno latere eſt frater, vel ſoror in primo gradu à ſtipite, in altero latere ſunt poſteri deſcendentes, ab altero fratre ſeu ſorore, illi inter ſe ſunt parentum atque liberorum loco, atque ideo prohibetur inter ipſos coniugium, eadem ratione ſicut in linea recta.

Et ratio eſt quod de fratribus & ſororibus ſcriptum eſt Gen. 37. v. 27. Frater noſter & caro noſtra eſt.

Hemmingius quoque in lib. de coniugio non tantum eandem tuetur ſententiam, ſed etiam explicat qui nam in ordine parentum & qui in numero liberorum ſint habendi: ſic ſcribens: In ordine parentum ſunt, & qui ſunt iuxta parentes, ſeu ad latera parentum tranſuerſa & æquali linea, & qui ſunt recta linea ſupra parentes. Ad latera quidem patris mei ſunt patruus & amita, matris vero auunculus & matertera, ſupra vero parentes ſunt patris & matris reſpectu, auus, auia, proauus, proauia, abauus, abauia. De his tradunt regulam: prohibitio aſcendentium & deſcendentium in recta linea eſt perpetua.

In ordine filiorum ſunt omnes, qui ſunt in eadem linea deſcendente, hoc eſt, omnes, qui recta linea à ſtipite deſcendunt, item omnes, qui à fratre meo & ſorore mea naſcuntur. Nam ego, frater meus & ſoror, vna caro ſumus.

Similiter in tranſuerſa linea ab amita & matertera ſurſum aſcendendo, perpetua quoque eſt prohibitio. Amita enim eſt & matertera cæteræque deinde perſonæ aſcendentes cum nepotibus aliisque deſcendentibus comparatæ, eorum parentum, quibus æquali linea tranſuerſa adiunguntur, vicem obtinent, id quod in patruelibus, amitinis & conſobrinis nullum locum habet.

Similiter deſcendendo à fratris & ſororis filia perpetua eſt prohibitio, quia comparatæ inter ſe, parentum & filiorum vice funguntur.

Quare laudandus eſt Paulus Iuriſconſultus, (qui tempore Alexandri Imperatoris vixit, qui ius gentium eſſe docet hanc, de qua loquimur, prohibitionem. Sororis, inquit; proneptem non poſſum vxorem ducere, quoniam parentis loco illi ſum. Eſt enim prohibitio vniuerſalis, non ſolum inter aſcendentes & deſcendentes in recta linea, verum etiam in tranſuerſis lineis, inter eos, qui parentum & liberorum loco ſunt.

Hactenus Hemmingius, in libello de coniugio. fol. 72. &c.

QVÆSTIO V.

Vtrum diſpenſatio ſupremi Magiſtratus locum habeat in gradibus lege diuina prohibitis.

Reſpondetur, Minime hoc fieri poſſe, à quoquam.

Contra diuinam legem enim nulla authoritas humana quidquã & poteſt ſtatuere. Expreſſit autem Dominus

in

In Leuitico, quæ ſit immota ſua volũtas, ad quam omnes homines velit obligare

Quodque huius tranſgreſſionem in omnibus gentibus Chananæis, imo illorum quoque Regibus ſeueriſſime puniturus ſit: Videatur Leuit. 18 v. 24. & ſeqq. Et id factum eſt, vt hiſtoria Ioſuæ docet.

Neque hoc etiam pii Magiſtratus vnquam facere tentant. Quod vero ab aliis interdum doloſe inducuntur & circumueniuntur, qui ipſis perſuadent, nullam eſſe legis diuinæ prohibitionem, in hoc vel illo caſu, id ipſis minime, ſed prauis illis conſiliariis tribuendum eſt.

Qui etiam aliquando grauem Deo rationem ſunt reddituri, propter illam malitiam.

Quod ſi vero vel inſciis Magiſtratibus in tali vel ſimili caſu Matrimonium contractum aut à Magiſtratibus male informatis aut doloſe inductis, iſtud permiſſum fuerit, non poterunt poſt conſummatum Matrimonium aut celebratas nuptias tales coniuges dirimi. Quia ſcandalum maius inde poſtea naſceretur, & conſcientiæ coniugum grauiſſime læderentur.

Et valet hic etiam illud, Multa ſunt quæ Matrimonium contrahendum impediunt, contractum autem nõ dirimunt: ſicut regula illa vſitata, recte dicitur.

Quamuis autem multi ſunt qui impetratis talibus nuptiis ſibiipſis blandiuntur ad tempus, & quaſi re bene geſta de illis gloriantur, atque multum gaudent: Certum tamen eſt, quod hac ratione & conſcientiis ſuis, & poſteritati admodum male, imo vero peſſime conſuluerint, dum ſcientes atque volentes Matrimonium contra diuinas leges contraxerunt, & vel Magiſtratus ſuos hanc rem celarunt, vel obliquis artibus tales diſpenſationes inſciis & inuitis piis Magiſtrat[illegible] extorſerunt. Grauitatem delicti aliquando conſcien[illegible] euigilauerit, oſtendit. Ideoque illis ſeria admodum pœnitentia fuerit neceſſaria, ne veluti in perpetuo inceſto coniugio diuinam maledictionem vel in ſeipſis, vel in pro-

in poſteris ſentiant.] Non enim patitur ludum hæres: Cum Deus tales tranſgreſſores eradicare conſtituerit de populo ſuo. Leuit. 18. v. 29. Sunt enim abominationes coram Deo, ob quas gentes eiectæ fuerunt, ex patria ſua terra. Sic etiam, terram inquinari ipſe Deus author eſt. Ibid v. 27. & 28.

Sequitur II. Pars Capitis VII.

De gradibus lege Municipali & ſtatuario prohibitis.

Vbi primum de gradibus Conſanguinitatis prohibitis tractatur.

Deinde vero etiam de gradibus affinitatis prohibitis.

De Conſanguinitate.

QVÆSTIO I.


Quibus generibus Cognatorum ratione ſanguinis prohibitum eſt Matrimonium in ordinatione illa noſtra Wirtembergica.

RESpondeo, Tribus generibus Cognatorum eſſe prohibita Matrimonia.

I. Prohibitio.

Primo interdictum eſt Matrimonio his, qui in ſecundo Conſanguinitatis gradu ſunt cognati: vt ſunt, duorum fratrum aut ſororum liberi: aut fratris & ſororis liberi. Die mit einander geſchwiſterigte Kinder/ hoc eſt die zweyer geſchwiſter Kinder ſeyn. De hoc gradu ſciendum eſt, illum lege diuina non eſſe prohibitum. In hoc etiam gradu cognati fuere Iacob & Rachel atque ſoror eius Lia.

Bathue-



Et hiç eſt ſecundus gradus conſanguinitatis lineæ æqualis.

Vocantur tales patrueles & conſobrini. Patrueles ſi ex duobus fratribus. Conſobrini ſi ex duabus ſororibus nati. Ex fratre & ſorore nati, Amitini.

Sed neque Iure ciuili hic gradus eſt prohibitus. Sic enim habet Textus Inſtitut. lib. 1. titul. 10. *Duorum fratrum vel ſororum liberi, vel fratris ſororis,* coniungi poſſunt.

Neque vero mei inſtituti, nec profeſſionis etiam meæ eſt, hoc loco Iureconſultorum quorundam diuerſas opiniones conciliare: dum alii, ex quibus Theophil. negationem habent, οὐ δύνανται συνάπτεσθαι, non poſſunt coniungi: Alii vero affirmatiuam defendunt. Et hæc quoque ſententia eſt communiſſima, quod poſſint coniungi.

Quamuis autem in hoc gradu apud nos vigore Ordinationis noſtræ, nemini hactenus vnquam (quod ego quidem ſciam) in Conſiſtorio Matrimoniali permiſſum fuerit contrahere Matrimonium, tamen non deſunt exempla, vbi hoc alibi fuit permiſſum.

Et

Et memini in hoc caſu me legere conſilium D. Iacobi Andreæ Anno 1579. 20. Aprilis, ex Annæberga ſubminiſtratum petenti Electori Saxoniæ pientiſſimo D. Auguſto fœlicis memoriæ, in quo certis de cauſis & certis etiam perſonis Matrimonium in hoc gradu contractum permittendum ſtatuit, ex his rationibus: Quod hic gradus neque iure diuino neque Cæſareo ſit prohibitus

Et poſſe eum in hoc caſu diſpenſare qui legem tulit & hunc gradum iure municipali prohibuit. Addit etiam Qui in hoc caſu Matrimonia contrahant, veros quidem coram Deo eſſe coniuges: at propterea puniendos quod contra mandatum legitimi Magiſtratus peccauerunt.

Eadem quoque olim fuit ſententia D. Chytræi in ſimili caſu. Sicut etiam Theologi Megapolitani in caſu Baronis Sueci cuiuſdam concluſerunt: vt refert D. Kirchouius IC. Tom. 4. Conſil. Conſilio 17. Et afferantur hæ potiſſimum rationes huius permiſſionis.

1. Quod hæ perſonæ ſint in pari gradu. Ideo nullum eſſe reſpectum parentum aut liberorum erga inuicem, ſicut ſupra in caſu quæſtionis IV

Et hanc ſolã alioquin rationem legem ciuilem in prohibitione Collateralium attendere dicunt. Ideoque nuptias horum eſſe admittendas.

2. Præterea eſſe hunc ſecundum ſupputationem graduum iuris ciuilis quartum gradum.

Secundum ius Canonicum ſecundum gradum. Communem autem Theologorum hanc eſſe ſententiã, quod ius ciuile in Matrimonialibus debeat præualere Canonico, ſi inter ſe hæc duo differant.

3. Concedi hoc Matrimonium lege diuina. Exod. 6. Leuit. 18. Deut. 27.

4. Non deeſſe exempla talis permiſſionis. Exod. 6. Amram duxit patruelem ſuam, quæ ei peperit Moſen & Aaronem, &c.

Iuxta tamen notandum, nec hoc matrimonium facile omnibus concedi, ſed tantum certis de cauſis interdum

dum, & ex ſingulari ſupremi Magiſtratus diſpenſatione permitti rariſſime.

Singularia autem in exemplum minime trahenda ſunt Et omnis ſubditus tenetur vi legis diuinæ, Rom. 13. parere honeſtis legibus ſui Magiſtratus.

Et ſciendum, Auguſtino etiam propter cognationem ſanguinis, nuptias in hoc gradu non placuiſſe, licet illas lege diuina prohibitas non ſtatuat. Vide de ciuitate Dei lib. 15. cap. 16 Patriarchas excuſat tamen, quod illi talium commixtionum ſingulares habuerint cauſas.

Author etiam eſt Ambroſius, & cum illo Paulus Diaconus & Aurelius Victor, Theodoſium iuniorẽ patrueles & conſobrinos vetuiſſe inter ſe conuenire coniugii nomine, quia fraternæ ſocietatis ligentur vinculo. Quod tamen mox poſtea relaxatum & abrogatum eſt.


II. Prohibitio.

Ordinatio Wirtembergica interdicit matrimonio etiam his, qui in tertio conſanguinitatis ſunt cognati, **Geſchwiſterigte Kindeskinder**. Dicuntur hi Sobrini.

Hoc

Digitized by Google


Hoc gradu cognati ſunt Laban & Iacob.



Et hic eſt tertius gradus conſanguinitatis lineæ æqualis.


Vbi primo hoc notandum, in hoc & præcedenti gradu perinde eſſe, ſiue ab vno vinculo ſint cognati, ſiue à duplici. Non enim in cauſa Matrimonii obſeruatur pluralitas vel duplicitas vinculorum. Ob es Einhalb geſchwiſterig geweſen / vnd von einem Band allein [illegible]s loquuntur, oder ob es recht geſchwiſterig võ beyden Banden geweſen/ quorum libe[illegible] nepotes coniungi petunt: vt tale ſit conſtituendum σχῆμα.

Prior



Hi ab vno tantum vinculo ſobrini ſunt.

Deinde notandum & hoc, prohibitionem gradus tertij conſanguinitatis (von geſchwiſterigten Kindskindern) locum habere, tam in linea æquali quam inæquali. Si enim in linea æquali (quæ videtur eſſe ſatis remota cognatio) ſint cognati, vel ſi ex altera ſecundus, non licet illis coniungi. Hic tale conſtituitur σχῆμα.



Hic eſt tertius gradus à remotiori, ſeu lineę inęqualis.

Tertio notandum, hunc gradum, nec diuino neque ciuili iure: neque etiam in omnibus alijs aliorum Magiſtratuum Ordinationibus prohibitum eſſe. At nobis in Ducatu Wirtembergico hic gradus prohibitus eſt, lege Municipali.

III. Prohibitio.

In gradibus conſanguinitatis prohibitum eſt Matrimonium inter eas perſonas, qui vel patri vel matri ſponſi in 2. vel tertio gradu conſanguinitatis ſunt cognati

Sic enim ord[illegible]atio vult, abſtinet von denen/der Vatter oder Mutter halb in gleichem obern vnnd vndern Grad zugethanen Vettern vnd Baſen.

Hoc eſt [illegible] retinendum ab his cognatis, welche mit Vatter oder Mutter geſchwiſterigte, [illegible]inder oder Geſchwiſterigt

Digitized by Google

ſterigt Kindskind ſeyen. Hic gradus ex præcedentibus iudicari poteſt facile.

Eſtque huius prohibitionis eadem ratio, quæ præcedentium.

QVÆSTIO I.

Quibus gradibus affinitatis prohibitum eſt Matrimonium in Ordinatione Wirtembergica.


RESpondeo. Ex certis & grauiſſimis cauſis in hoc Ducatu gradus affinitatis & conſanguinitatis ratione prohibitionis æquiparantur: vt quibus conſanguineis non licet Matrimonium contrahere, eiſdem quoque eodem gradu affinibus non liceat. Hæc tamen hic notanda moderatio, quod diſpenſationes in gradibus affinitatis facilius impetrantur, quam in gradibus conſanguinitatis, vt infra mox dicetur. Iam vero propter ſimpliciores in ſpecie etiam gradus affinitatis prohibitos pertexemus.

I. *Prohibitio in affinitate.*

Interdictum eſt matrimonio his, quorum priores defuncti coniuges (ſiue maritus ſiue vxor) in ſecundo gradu conſanguinitatis fuerunt cognati, cum nouo ſponſo vel ſponſa: Die mit deinem verſtorbenen Mañ oder Weib) geſchwiſterigt Kinder geweſen ſeyn. Hi enim nouo ſponſo vel ſponſæ erunt in eodem gradu affines.

Notanda enim regula: Quoto gradu quis mihi conſanguineus eſt, eodem gradu ſit vxoris meæ affinis Nam quotocunque gradu iuncti ſunt conſanguinei, ſi per Matrimonium accedat perſona, tum reſpectu illius oritur affinitas, cum conſanguineis coniugis, dicto eodem gradu diſtantibus.

Ideoque viduo non licet ducere cognatam prioris vxoris, nec viduę licet ducere cognatum prioris mariti.



Sponſalia.

Hic tertius affinitatis gradus eſt in linea æquali

Neque vero hunc aut præcedentem gradum iura ciuilia vel diuina vetant: Neq; etiam alijs omnibus in locis hi duo poſteriores affinitatis gradus prohibentur: ſed apud nos gradibus cõſanguinitatis affinitas vt dixi æquiparatur, ratione prohibitionis.

QVÆSTIO III.

Quare plures gradus lege municipali & ſtatutario ſunt prohibiti, quam lege diuina.

RESpondeo. Regula eſt pia atque admodum memorabilis: In matrimonijs non tantum quod licet, ſed & quod honeſtum eſt ſpectandum eſſe.

Item (quod & Brentius allegat) recte dicitur: In Matrimonijs contrahendis naturale ius & pudor inſpiciendus eſt.

Itaque propter maiorem ſanguinis & cognatorum reuerentiam graui atque prudenti Magiſtratus conſilio plures gradus lege municipali quam diuina ſunt prohibiti.

Ideoque remotiores etiam nonnulli conſanguinitatis & affinitatis gradus ſunt prohibiti, vt in tanta hominum noſtri ſeculi peruerſitate reuerentia maior ſit.

Atque vt poſſint conſeruari gradus conſanguinitatis, prohibētur etiam gradus affinitatis. Vt poſſit conſeruari gradus ſecundus, prohibitus etiam eſt tertius in vtraque cognatione.

QVÆSTIO IV.

Quibus præter hos cognatos & affines matrimonio interdicitur, in Ordinatione Wirtembergica?

PRimum adoptiuis, qui ab alijs adoptati ſunt.

Deinde qui ſub tutela & Curatela eorum ſunt, qui cupiunt illis coniungi.

Prohibetur autem his matrimonium cum hac conditione, quatenus illæ nuptiæ iuri communi & ciuili aduerſentur.

Hic ergo ſtandum iudicio Iureconſultorum: vt & in cæteris, quæ conſcientiam non attinent.

De adoptiuis iura tantum Canonica tractant. Ciuile nihil ſtatuit, quantum ego quidem ſciam ex alijs.

Tutori autem pupillam ducere iura vetant ciuilia, canonicum non item.

Hæc vt dixi ICtis ſunt relinquenda.

Notandum, Pontifices Romanos, conſanguinitatis gradum vſque ad ſeptimam generationem ſeruandum præcepiſſe.

At ſub Innocentio III. in Concilio Lateranenſi prohibitio illa vſque ad gradum quartum reſtricta fuit incluſiue. Et id hodie etiam obſeruatur. Sed & in ſpirituali cogna-

Digitized by Google

cognatione prohibitæ fuerunt nuptiæ inter patrimum & eam quam in Baptiſmo ſuſcepit filiam. Hæc exploſa ſunt in noſtris Eccleſijs. Vide Luth. Tom. 2. Ien. ger. fol. 273. Interim Papa diſpenſat in gradibus lege diuina prohibitis, quia ſcilicet habet idem Conſiſtorium cum Deo: ſi ipſi credimus.

QVÆSTIO V.

Quando autem in quibus caſibus locum habet diſpenſatio?

DIſpenſatio locum habet in his, quæ ſunt iuris poſitiui. Supra enim diximus in gradibus lege diuina prohibitis diſpenſari a nemine poſſe. Certas autem ob cauſas à Magiſtratu diſpenſari poteſt in his gradibus, quos ipſe Magiſtratus prohibuit.

Nec vero quicquam priuata authoritate ſtatuendum, ſed Magiſtratibus ſuperioribus id permittendum.

Vbi tamen notandum eſt, quo rariores ſint diſpenſationes, præſertim in gradibus propinquioribus, tanto minora oriri ſcandala. Idque tanto magis obſeruandum, quod hodie non tanta eſt hominum penuria, vt neceſſe ſit matrimonia contrahere cum propinquis & affinibus.

Raro enim ſunt fœlices euentus Connubiorum in gradibus prohibitis, vt niſi graues cauſæ intercelſerint, ſatius fuerit ab omnibus cognatis & affinibus abſtinere.

Vt autem ſimpliciores ſciant, in quibus (noſtra ordiordinatione prohibitis) gradibus Diſpenſatio impetrari poſſit, de his in ſpecie breuiter dicam, quid hactenus apud nos obſeruatum fuerit.

In gradu ſecundo Conſanguinitatis, wo geſchwiſtrigte Kinder einander begehren zu nemmen/ nunquam hactenus (vt ſupra dixi) vlli hominũ fuit permiſſum Matrimonium, in Conſiſtorio Matrimoniali huius Ducatus,

Ducatus, quod ego quidem ſciam. Sunt enim hi proximo ſanguine iuncti.

NOTA in tali gradu cõiungi cupientes, nec volentes ſeparari (cum res non fuerit integra) Ducatu excedere iuſſi ſunt, Anno 1600. 4. Septemb.

In 2. gradu affinitatis autem da die newe Ehegemächte mit vorigen verſtorbenen geſchwiſterig ind/ [illegible]pensatum meminimus, facta autem [illegible] Anno 9[illegible] & rursus 674. Martij & 1. Dec. & 98. 12 Maij, & 17. Aug. annuente Illuſtriſs. Principe. Votis Iudicum Conſiſtorij Matrimonialis. Id poſtea factum ſæpius.

Facilior impetratu eſt Diſpenſatio in tertio & ſecundo Affinitatis gradu, ſcil. ſi a remotiori ſit tertius.

Eſt vero hic notandum etiam hoc (quod multi imperiti non intelligunt) in diſpenſationibus cognatorum vel affinium cauſa, non attendi hoc, vtrum ex priori coniugio liberi ſint ſuſcepti vel non.

Liberi enim cognationi nihil neque addunt, neque detrahunt, neque illam propiorem vel remotiorem faciunt.

Contra quam vulgus hominum iudicat. Putant enim ſic facilius locum habere diſpenſationem, ſi ex cognatis nulli ſint procreati liberi, in priori Matrimonio.

Neque vero ſine certis cauſis & grauibus, diſpenſatio in talibus caſibus à Magiſtratu, vel iudice, peti debet.

In tertio conſanguinitatis, magis vero affinitatis gradu. Iudex in diſpenſando (per ſe) non multum eſt difficilis. In linea tamen inęquali (puta ſi a propinquiori ſit ſecundus gradus, & (remotiori tertius) difficilior impetratu erit diſpenſatio. Hęc de diſpenſationibus.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Quibus vero tandem affinibus liberum eſt per ſe contrahere matrimonia.

RESpond. In affinitate ſecundi & tertii generis (Nota, Non dico iam gradus ſed generis, de quo mox dicetur) matrimonia omnibus ſine diſpenſatione contrahere licet. Quia vbi nulla neque iuris diuini, nec ciuilis, nec ſtatuarii, eſt prohibitio, ibi nulla requiritur diſpenſatio.

Hinc libere licet contrahere matrimonium ſequentibus perſonis.

Mater vxoris cum patre mariti: Et priuignus matris, cum filia nouercæ, ex alio, poteſt contrahere.

Pater & filius poſſunt ducere duas ſorores.

Pater & filius poſſunt ducere matrem & filiam.

Duo fratres poſſunt ducere duas ſorores.

Ex duobus fratribus vnus poteſt ducere matrem: alter filiam illius: (non ex fratre, ſed priori marito natam.) Mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, licite contrahunt.

Secundum enim & tertium genus Affinitatis nullam habet prohibitionem.

Dicitur autem ſecundum genus affinitatis, ſi primo generi addatur alia perſona, per copulam: vt ſi fratris vidua ipſo mortuo alteri nubat.

Tertium genus Affinitatis eſt, ſi ſecundo generi adhuc alia perſona, per copulam addatur. Vt ſi mortua vidua fratris maritus illius poſterior, ducat aliam vxorem.

NOTA. Conſanguinei coniugium vtriuſque partis non fiunt inter ſe affines, vt matrimonia contrahere non poſſint.

Maritus & vxor per copulam fiunt vna caro. At vtriq; cognati, inter ſe non fiunt vna caro. Ideoq; dicitur, Affinitas nō late vagatur, ſcilicet quæ matrimonia impediat.

Et hæc quidem de gradibus.

EE 5. Plura

Et notandum, quod licet ICti in tali caſu, ſi copula ſit ſubſequuta, matrimonium non amplius dirimendum putent: Lutherus tamen illam liberam eſſe pronuntiandam ſtatuit etiam poſt copulam. Eadem enim videtur eſſe huius ratio, quæ eſt illius, quæ per vim ſtuprum paſſa eſt

Melius tamen eſſe ſtatuit, ſi quæ rapta fuit, & vim paſſa, poſtmodum ſibi patiatur perſuaderi, vt cohabitet raptori. Sicut raptæ mulieres in Siloh, Iud. vltim cohabitare cogebantur raptoribus Licet ibi alia fuerit ratio. Tum etiam mitius raptorem puniendum ICti ſentiunt

Quod ſi vero vi rapta, & ſtuprum paſſa, non velit cohabitare raptori, tunc ad conſummandum cum raptore matrimonium officio iudicis omnino cogi non debet.

II Raptoribus autem plane ſimiles iudicantur illi, qui dolo, fraude, & quacunque poſſunt illegitima ratione, vel per ſe, verbis aut blanditiis miſeras & ſimplices mulierculas alliciunt, vel idipſum per copulatores aut internuntios falſiloquos & mendaces agunt.

Si autem talis muliercula, vel virgo dolo inducta, ſub patria poteſtate ſit, expedita res eſt, vt reſcindatur omnis contractus: quod capite primo ſupra eſt annotatum. Quod ſi vero ſui iuris ſit mulier, ita doloſe inducta, & blanditiis, vel verbis mendacibus circumuenta, quæ tamen nunquam conſiſſenſe, aut pure fidem matrimonii dediſſe conuinci poſſit, tum hæc promiſſio, vt clandeſtina & illegitima iudicari debet, & irrita eſt

Magna enim hodie quorundam eſt malitia, qui miras excogitant artes, & verbis ludunt fallacibus, ſi qua poſſint extorquere aſſenſum aliquem adamatæ: quem poſtea vehementer vrgent. At hæc nequitia proci punitur grauiſſime. Cum enim matrimonium res ſit ſancta & diuina: aperte & candide tractari debet, abſque fuco, dolo, fraude, mendaciis.

CA-

Digitized by Google

alia vota, ſtatim poſt ſeparationem. ſed (vt locum inueniat reconciliatio) temporis aliquod interuallum expectatur. Quia etiam poſt ſeparationem factam legitim è per iudicis ſententiam, integrum illis eſt denuo reconciliari. Sententia enim hoc caſu contra matrimonium iata non tranſit in rem iudicatam.

III. Tertio, ſi poſtquam adulterium cognitum fuit perſonæ innocenti, illa non cordormiuit adultero, tunc poteſt fieri diuortium. Si autem poſt commiſſum adulterium ſciens & volens ipſi concubuit, & debitum coniugale præſtitit, tunc quia hoc pacto videtur eſſe ſequuta reconciliatio, non amplius ſeparantur.

IV. Addit etiam hanc clauſulam Ordinatio noſtra Matrimonialis: ſi quoque ab altera parte commiſſum ſit adulterium, non poſſe fieri diuortium. Etenim tum valet illa regula: Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

QVÆSTIO II.

Vtrum parti nocenti, hoc eſt adultero vel adulteræ permittenda alia vota?

Contrarium multi ſentiunt. Et Pontificii quidem nec innocenti etiam alia vota permittunt. Quod nimis durum eſt. De nocente autem difficilior eſt quæſtio. Lutherus quidem prudenter pronunciat, ſi locus eſſet legi diuinæ de occidendo adultero, tunc huius quæſtionis nullam fore ſolutionem neceſſariam. Si enim occidatur, aliis votis non opus habet. Vbi vero id non obſeruatur, & perſona nocens continere nolit, ita poſſent illi permitti alia vota, vt in alienam Regionem ablegaretur, ſi denuo vellet nubere. Quam enim adulteram nemo cõdemnauit ad mortem, Chriſtus etiam condemnare noluit, ideoque nec illius conſcientia etiam eſt lædenda, ſed ſubleuanda auxilio Eccleſiæ. At ſi ſtricto iure cum adulteris ſit agendum, certum eſt, illi alia vota concedi non poſſe. Qui enim repudiatam ducit, mœchatur, Matth 19.

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Iureconſultos. Theologi mitiores ſunt, & in loco delicti non tolerandum, alibi autem ſecundas nuptias concedi poſſe putant.

Et prohibitione matrimonii neminem puniendum ex ſcripturis conſtat. Quia id Paulus concedit: præſertim his qui continere non poſſunt 1. Cor. 7. Vide Luth. de vita coniugali. Tom. 2. Ien. ger. fol. 166.

QVÆSTIO III.

De adulterio ſponſi & ſponſæ.

PErtinet huc illa quæſtio de ſponſo & ſponſa, vtrum illi etiam committant adulterium, cùm matrimoniũ non ſit conſummatum.

At quia conſenſus facit nuptias, & Deus lege Deuteron. cap 22. pœnam mortis infligit ſponſæ, quæ cum altero dormiuit in ciuitate, &c inde certe ſequitur, etiam ſponſum vel ſponſam, ſi poſt fidem datam, & promiſſionem factam, antequam matrimonium publice ſit confirmatum, nihilominus alteri corporis ſui poteſtatem faciat, coram Deo adulterium committere: Ideoque hoc caſu etiam in Conſiſtorio Matrimoniali noſtro abinuicem ſeparantur: licet mitius puniantur, quam qui conſummatum matrimonium adulterio polluerunt.

QVÆSTIO IV.

Si quis duxit compreſſam ab alio, vtrum poſſit fieri diuortium.

HAnc quæſtionem propterea hoc loco ponendam duxi, quia multæ poſt factam promiſſionem matrimonii, aliis ſeſe proſtituunt, & ſic vere adulterium committunt, quod tamen diſſimulant, & grauida ad cõiugem accedunt: vel, poſtquam iam ab aliis grauidas ſeſe ſentiunt, pro virginibus tamen ſe venditant: & vitiatæ veniunt in complexum maritorum: qui ſæpe illud (quod meretrices tales piis & ſimplicioribus facile fucum facien-

cientes; ſtudioſe occultare ſoleant) non prius ſentiunt, quam partus tempus inſtet. Hoc caſu quæritur: quid faciendum, & vtrum maritus teneatur retinere corruptam; quam voluit ducere virginem.

Et ſunt ſane multi in ea ſententia, non poſſe inter illos fieri diuortium: quia error qualitatis non vitiare debeat matrimonium: & ſeparata hoc caſu non poſſit alteri nubere, quodque graue ſit matrimonium conſummatum reſcindere, &c.

Et Lutherus, conſultus ſuper hoc caſu, ſuadet cuidam viro bono, vt non dimittat ab alio imprægnatam: quia ſic ipſam perpetuo humilem & obedientem ſit habiturus, ſi hunc ipſi caſum condonet.

Eſſe hoc opus miſericordiæ, non reprehendendum. Summum ius ſummam iniuriam; Non ſemper rigore iuris vtendum, ſed interdum aliquid remittendum & adhibendam ἐπιείκειαν.

Idem vero alibi etiam non repugnat, poſſe talem relinqui, & duci aliam, ſi maritus nolit ipſi delictum condonare. Vide Tom: 5. Ien. fol. 250. Et 6 Ien. fol. 530.

Sunt autem plures præſertim Theologi, qui ſtatuant faciendum diuortium, ſi doloſe inductus ſit maritus, & corruptam pro virgine duxerit.

Idque ex his fundamentis.

1. Deus lege Deut. 22. vult lapidari illam, quæ non fuerit inuenta virgo. Sicq; ipſo facto ſeparauit maritum à tali coniuge.

Et vitiatam ab alio ſimiliter lapidari vult. ſi ſit viro deſponſata.

2. Ioſeph ſentiens Mariam grauidam ante cohabitationem, volebat illam deſerere. Nec propterea reprehenditur. Matth. 1. Et is tamen erat vir iuſtus.

3. Dolus eſt maximus in muliere. Vir vero innocens eſt. Quare igitur par ratio ſit vtrobique? Neque tamen eſt error ſimplicis qualitatis, ſed talis, qui ſubſtantiam matrimonii conuellit.

4. Iu-

Digitized by Google

4. Ius Ciuile in contractibus ciuilibus emptionis & venditionis, permittit reſcindere contractum doloſum; multo magis his illud permittendum eſt.

5. Triſtes ſequuntur euentus, ſi illi cogantur cohabitare.

Sunt & aliæ rationes, quas videre licet apud alios.

Hæc vero (meo iudicio) ſufficiunt ad dirimendum tale matrimonium: quia hic error nimis eſt craſſus.

Sic concluſum memini in duobus caſibus Altero Anno 1[illegible]8. 16 Martii, cum V. duxiſſet A. compreſſam ab alio: Et eodem Anno die 2. Nouemb. cum M. S. duxiſſet A. ab alio factam grauidam, antequam in matrimonium veniret ſui mariti.

Vbi tamen notandum, fieri diuortium his conditionibus, quibus fere in adulterio ſolet idem permitti.

1 Si nulla reconciliatio, quæ ſtudioſe tentanda eſt, locum habeat.

2. Si maritus vir ſit bonus & honeſtus, & non eiuſdem criminis reus agi poſſit. Alioquin paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

3 Si non concubuit vxori, poſtquam intellexit ipſam ex alio grauidam.

Quæritur hic an illi, quæ ſic eſt ſeparata, alia vota poſſint concedi.

Reſpond, Ita. Poſt annos aliquot ſi pie vixerit. Sic pronunciatum Anno 1605. 12. Decem. quæ in caſu allegato ſeparata erat, Anno 1603.

CAPVT. VI.

De cauſis matrimonium perturbantibus, non autem ſeparantibus: & reconciliatione coniugum diſſidentium.

CVm Diabolus coniugii hoſtis ſit infenſiſſimus, magno conatu hoc agit, vt concordes etiam coniuges diuellat, & animos illorum diſtrahat. Et quidem variæ

ſolent

ſolent coniugum eſſe onera, quæ alter coniunx contra præceptum Pauli ferre recuſat. Vt ſunt rixæ, contentiones frequentes, hinc iurgia, inde ſęuitia alterius cõiugis; Itẽ morbi incurabiles, furor, veneficium, mortis machinatio, vel delictum mariti, quod infamiam affert, &c.

His & ſimilibus caſibus, non propria authoritate coniuges poſſunt ab inuicem diſcedere: quin potius, ſi magnæ oriantur diſſenſiones, animorumque diſtractiones, magna cura hoc agere debẽt Miniſtri Eccleſiæ cum Magiſtratu Politico, vt reconcilientur partes diſſidentes. Et ſane ꝓpter rixas, contentiones, iurgia (quibus nõ ſemper caret thorus coniugalis) imo & verbera, certũm eſt, nunquam poſſe fieri ſeparationem inter coniuges, nec totaliter, neque quoad thorum & menſam, quam fictam tantum, & imaginariam ſeparationem Lutherus vocat.

Iudęorum quidem tanta erat pertinacia, vt propter leuiſſimam cauſam repudiare vxores non fuerint vetiti. Id vero omne Chriſtus ſuſtulit Matth. 19. & extra caſum adulterij, &c. ſeparationem fieri non vult.

Monẽdi igitur hoc caſu cõiuges, vt breui reconcilientur, & cohabitẽt, ſicut decet Chriſtianos: ne alijs ſint offendiculo, & male audiat nomen Domini propter ipſos.

Pertinaces etiam pœnis & carceribus in ordinem cogi vult Ordinatio noſtra.

De cęteris vero quibusdã caſibus, in ſpecie iam Theologorum quorundam iudicia breuiſſime audiamus.

QVÆSTIO I.

An propter nimiam ſæuitiam & machinationem vitæ atque veneficium fieri poßit diuortium.

HOc caſu vix certi quippiã ſtatui poteſt. Verum autem eſt, nec propter ſæuitiam nimiam, nec propter cætera pericula, totalem ſeparationem locum habere poſſe. Nec properandum etiam ad diſtractionem talium coniugum: ſed prius omnia tentanda.

Iuratoriam etiam, vel aliam cautionẽ requirunt ICti prius, quam diſcedant coniuges ab inuicẽ: vt maritus iu-

Digitized by Google

ret de non offendenda vxore. Quod factum fuiſſe ſcio, Anno 1602. in cauſa R. contra vxorem. 25. Februarij.

Quando vero vitæ periculum imminere videtur alteri coniugum, tunc Magiſtratus permittit, illos ſeparatim habitare: ita tamen, vt alimenta alter alteri præſtet. Sæpius vero inter ipſos tentatur reconciliatio: nec vlla fit ſeparatio totalis, qua permittantur alteri ſecunda vota. Sic enim ſolet formari ſententia, vt ſæuus maritus ſciat ſibi corpore & bonis vxoris interdictum eſſe. vel vt parti læſę hoc indulgeatur, vt nō teneatur cohabitare marito: *Vſque dum pia fiat reconciliatio.* (Non enim vel thori vel menſæ fit mentio, quæ verba à Pontificijs promanare dicunt Iureconſulti. (Ita pronuntiatum eſt, in cauſa A. cōtra L. maritum ſæuum Anno 99. 26. Aprilis.

Rara autem ſunt exempla: quia mali exempli hæc res eſt. Nec facile Iudex, vt in hanc deſcendat ſententiam, permoueri debet, niſi præſentiſſimum ſubſit periculum, & cum omnia præcedentia remedia, carceres, cautiones, &c. ſunt adhibita. Eſtque hæc *tolerantia & conniuentia*, non autem ſeparatio.

QVÆSTIO II.

An propter lepram, Epilepſiam, furorem & ſimiles morbos incurabiles fieri poſſit diuortium?

QVia vir & mulier ſunt vna caro. & ſic copulati. vt lęta & triſtia æquo animo tolerare debeant. ideoque ſi conſummato iam & conſtante matrimonio talis aliqua (licet maxima & grauiſſima) calamitas accidat coniugibus, certe non poſſunt inuicem deſerere. Præſertim cum id eueniat abſque culpa coniugis.

Nemo etiam carnem ſuam odio habet Epheſ. 5. quanto minus afflictam & morbidam, imo languentem & ærumnoſam diligentius curat Idem etiam de coniuge afflicta fiat. Non igitur perſona recte valens, deſerat aut negligat ægrotam.

Semper itaq; manet & manere debet fœdus coniugale, inter tales perſonas. Iniuſtiſſimum autem eſt amicum

(&

(& multo magis coniugẽ) egentem auxilio deſerere. Hęc eſt ſententia Lutheri, Brentij, & Philippi atq; aliorum.

Notandum vero in lepra, ſecundum ſententiam Brentij non cogi debere recte valentem perſonam, vt continue cohabitet morbidæ & infectæ perſonæ: de alimentis tamen proſpicere debet.

Neque vero omne debitum coniugale perpetuo recuſandum ægroto coniugi (ſi is continere nolit aut nõ poſſit) ſtatuit idem: cum Pauli ſententia hoc velit, 1. Cor 7. v. 5. ne tentet eos Satan.

Monendi tamen vtrinque, vt quantum poſſibile eſt, ſeruent caſtitatem, ad vitanda multa mala, Deoque (additis ardentiſſimis precibus) in hoc calamitatis genere ſuam fidem & patientiam probent.

Idem quoque D. Lutherus obſeruandum ſtatuit, ſi alter coniunx propter perpetuam inualetudinem alteri debitum præſtare non poſſit. Sanctam hanc eſſe crucem, & patienter ferendam aſſerit. Precibus moueri Deum, vt largiatur donum continentiæ: quod non ſit recuſaturus, quia fidelis eſt, nec vltra vires tentat. Nec duplici pœna te affliget. Vide Tom. 2. Ienenſ.

Quod ſi vero ante conſummatum matrimonium talis aliquis defectus deprehendatur, quem alter contrahentium ſtudioſe forſitan occultauit) tum poteſt facta promiſſio reſcindi. Fuit enim dolus malus, & nemo præſumitur ducturus leproſam, furioſam, &c.

Valet hoc loco illa regula: Multa ſunt, quæ matrimonium contrahendum impediunt; Contractum autem non dirimunt.

QVÆSTIO III.

An propter delictum alterius coniugis fieri poſſit diuortium.

RESpondetur hoc caſu idem fere, quod ad præcedentem, coniugem ſcilicet, ſiue læta ſint ſiue triſtia, non poſſe deſerere alterum. Quod ſi maxime maritus propter commiſſum delictum relegatus eſſet, tamen vxor propterea ab illo ſeparari non poteſt: cum ſint vna caro.

Ideoque & honorem & infamiam communia interſe habent. Hoc etiam Lutherus ſtatuit, adducens exemplum mali Diſpenſatoris, Matth 18. Vbi Dominus iubet vendi ipſum non tantum, ſed & vxorem & liberos.

Huic poſſet addi exemplum Achan, qui cum ſuis fuit combuſtus Ioſ. 7.

Et ſicut mulier coruſcat radijs mariti, ita etiam illius infamiæ partem ferre cogitur.

Nec cōceditur illi alij nubere, donec maritus moriatur.

Cainum ſequutam fuiſſe vxorem, cum fieret profugus & maledictus eſſet, atq; partem calamitatum illius ferre coactam, ſcilicet Lutherus in Gen. cap 4.

Capvt VII.

De deſertione & cauſis alijs matrim o nium irritum facientibus.

Qvæstio. I.

An propter deſertionem fieri poſſit diuortium?

CVm Chriſtus Matth. 5. & 19. vnicam cauſam diuortij alleget, adulterium ſcilicet: Nō ſine ratione quęritur, an extra hanc cauſam locū quoq; poſſit habere alia. Et reſpondetur, quod ſic. Particula enim illa Chriſti, quando dicit, *niſi* propter adulterium, non poſſe fieri ſeparationem, non ſecludit eas cauſas, quæ adulterio æquiparari poſſunt, aut ſubſtantiam matrimonij conuellunt: ſed tantum opponitur conſuetudini Iudæorum, qui quauis etiam leui de cauſa faciebant diuortium.

Primum igitur, *deſertionem* malitioſam cauſam eſſe poſſe diuortij faciendi legitimam, Paulus author eſt, 1. Cor. 7. ſic ſcribens: Quod ſi incredulus diſcedit, diſcedat, *non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror huiuſmodi.*

Hanc ob cauſam Conſiſtorium Matrimoniale huius Ducatus (vt alia etiam) ex fundamento Apoſtolici textus permittunt diuortium, his tamen conditionibus.

1. Si conſtet deſertionem eſſe voluntariam & malitio

ſam

Digitized by Google

ſam, & Deſertorem non habere animum redeundi. Eleganter enim diſtinguunt ICti inter abſentiam neceſſariã & non neceſſariam. Neceſſariam abſentiam eam vocant, quando vir non poteſt reuerti, ſi maxime velit. 1. Vt ſi in militiam profectus, vel ſit captus, ab hoſtibus, vel officij cauſa ibi detineatur per plures annos, vel ſi propter negotiationes & mercaturam in alienas terras profectus diutius detineatur. 2 Aut ſi captiuus ſit alibi. 3. Aut ſi morbo impediatur, & lectulo affixus detineatur. 4. Item ſi ſit relegatus, & non liceat illi redire domum.

Hæc neceſſaria, iuſta & probabilis eſt abſentia· & hoc caſu nunquampermittitur vxori, vt alteri nubat, niſi prius certa ſit de morte mariti.

Nec etiam permittitur illi nubere, ſi ita conuenit inter maritum & vxorem, & cum cõſenſu vxoris diſceſſit maritus. Illud non poteſt retractare, ſed tenetur exſpectare donec redeat, vti conuentum eſt.

2. Alia autem eſt deſertio malitioſa, non neceſſaria, ſi maritus nulla vrgente honeſta cauſa, ex mera leuitate vel malitia, vel vt liberius foris viuere poſſit, vel ex alijs cauſis non neceſſarijs deſerat vxorem, atq; multo tẽpore abſit, nec habeat animum redeundi aut affectum maritalẽ: ibi tum fit diuortium, poſt ſexennium, vel ſeptennium: ſi non certo conſtet vtrum maritus ſit mortuus, nec ne. Vbi tamen proceſſus legitimus ſeruandus eſt, in re tam graui. Non enim licet mulieri etiam poſt 20. annos propria authoritate nubere alteri.

Requiritur enim 1. Cognitio cauſæ, vtrum abſentia ſit neceſſaria, vel non: Et vtrũ maritus intra tempus abſentiæ nihil ſtripſerit, vel miſerit vxori. Si enim id factum eſſet, nõ creditur maritus omnem maritalem affectum exuiſſe: ſed ad patientiam cohortari ſolent iudices vxorem.

2. Requiritur etiam Citatio publica: vt maritus compareat ad dictũ diẽ, & ſe ſiſtat iudicio, & deſertionis cauſas iuſtas aſſignet. Vel id faciãt illius cognati & ꝓpinqui.

3. Quod ſi non compareat, nec alij ipſius loco, tum fit

diuortium. Et pronuntiatur hoc caſu talis ſentẽtia, quod mulieri alia vota promiſſa ſint.

QVÆSTIO II.

De reditu Deſertoris.

HIc vero alia quæſtio incidit, quid faciendum, ſi prior maritus redeat. Memini enim Anno 93. redire N. ciuem Wangenſem poſt 10. años mox poſt nuptias cum poſteriori marito celebratas: & alium N Ciuem W. poſt 8. annos, redire ipſa die nuptiarum vxoris, antequam nuptiæ confirmarentur, & benedicerentur publice in templo: quorum neuter quidem repetijt vxorem, ſed ſibi etiam concedi vterque petijt, vt liceat ipſi aliam ducere vxorem. Permiſſum quidem fuit illis alias ducere vxores, ſed hac conditione, vt alijs in locis, alter quidem extra Ducatum, alter vero loco quodam à priori ſede remotiſſimo intra Ducatum viuant.

Priorem autem vxorem Deſertor malitioſus poſt tot annos non poteſt repetere, ſi illa interim de ſententia iudicis alij nupſerit

Et tales deſertiones ſine fornicatione rariſſime fiunt. Interdum etiam illi homines nequam propterea integro ſeptennio abſunt, vt liceat illis poſtmodum alias vxores ducere, ſi vxores, quas faſtidiunt, alia vota impetrauerint in abſentia illorum.

Tales vel perpetua deportatione aut relegatione à Magiſtratu eſſe puniendos ſenſit Lutherus, Tom. 5. Ien. fol. 383. ſi redeant: quia miſeras mulierculas domi cum liberis fame enecandas relinquunt: ipſi interim libere viuunt foris & quæuis peccata committunt. Comparat etiam tales furibus atque raptoribus, & adulteris deteriores eſſe iudicat.

QVÆSTIO III.

De Deſertione ſponſi & ſponſæ.

QVemadmodum in coniugio conſummato fit, vt interdum coniuges inuicem deſerant: ita etiam ſæpe anteq uam conſummatum ſit coniugium, vbi ſponſalia &

lia & promiſſiones factæ ſunt inter ſponſum & ſponſam, alter alterum deſerit. Hoc caſu quæritur, quamdiu ſponſa teneatur exſpectare ſponſum abſentem. Et licet pene eadem ſit ratio ſponſi deſertoris, ratione delicti, quæ eſt mariti deſertoris, non tamen quoad tempus quo exſpectandus eſt deſertor, par eſt ratio. Et ſi iuſta atque neceſſaria ſit abſentia, tum eadem eſt ratio, quæ in præcedenti deſertionis caſu, vt ſponſa teneatur exſpectare ſponſum, vſque dum impedimentum ſponſi ceſſet.

Si autem inter ipſos de certo tempore conuenerit, intra quod debeat matrimonium celebrari, nuptiis conſummari, tunc illud tempus exſpectandum.

Si vero deſertio plane ſit malitioſa & voluntaria, tum vel triennium, vel ſecundum alios, biennium exſpectare cogitur. Plures tamen, ipſam vltra annum non eſſe detinendam, ſtatuunt.

Nec ipſi licet ante cauſæ cognitionem & iudicis ſententiam alteri nubere.

Citatio enim præcedere debet, bina vel trina: ſi non compareat, tum demum illi alia vota conceduntur.

Relinqui autẽ tempus in arbitrio Iudicis alij (nec male) ſentiunt, qui debeat cõſiderare moram & ætatem puellę.

QVÆSTIO IV.

An propter negatum debitum coniugale poſſit fieri diuortium?

DEſertioni malitioſæ æquiparatur etiam ſequens caſus à Theologis noſtri ſeculi præcipuis, ſi alteruter coniugum alteri debitum coniugale præfracta pertinacia negare pergat. contra commonefactionem Apoſtoli. 1 Cor. 7. vxori vir debitam beneuolentiam præſtet, ſimiliter vxor viro. Vxor proprij corporis ius non habet, ſed maritus. Similiter & maritus proprij corporis poteſtatem non habet, ſed vxor. Ne fraudetis vos inuicem. niſi ſit quid ex conſenſu pro tempore, vt vacetis ieiunio & precationi, & rurſum in vnum conueniatis, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.

Si ergo talis perſona nullis modis aut rationibus, nec publica & ſeuerisſima Magiſtratus authoritate carcere & pœnis, posſit adigi, nec vlla comonefactione tantum ꝓficiatur, vt matrimoniali conſuetudine cohabitet coniugi, liberetur perſona iñocens per ſententiam a tali coniuge infideli & pertinaci, & concedantur iñocenti perſonæ alia vota. Lutherus & Hunnius atq; alij ex rationibus prædictis ita concludunt. Et ſic pronuntiatum memini in caſu B. contra S. Stutgardię, An. 1600. 13. Nouẽb. Vide Luth. de vita coniugali. Tom. Ien. ger. fol. 6. b

QVÆSTIO V.

An propter impotentiam posſit fieri diuortium?

INhabilitatem corporũ ad matrimonium, cauſam eſſe diuortij, ſimiliter ſtatuunt Theologi: Imo ꝓprie dicendo, hęc non eſt ſeparatio, ſed tantum ꝑ ſententiã Iudicis declaratio, quod ꝓpter frigiditatem & impotentiam, verum matrimoniũ inter ipſos non fuerit. Cum enim nec principalẽ coniugij finem, qui eſt ſobolis procreatio asſequi nec debitum coniugale, iuxta præceptum Paulinũ perſoluere, 1. Cor. 7. posſint impotentes, matrimonium etiam verum eſſe inter tales non poteſt. Sic etiam in hoc caſu ſententia formari ſolet, *matrimoniũ inter illos nullum fuiſſe*. Id vero non niſi *his conditionibus* fieri ſolet.

1. Si conſtet de impotentia. Quod prius ſolet explorari in viris ꝑ Medicos & Chirurgos. In fœminis ꝑ obſtetrices & alias mulieres idoneas. Si vero de impotẽtia nõ cõſtet, coguntur cohabitare ad tẽpus, vt posſit fieri exploratio.

2. Si impotentia ſit naturalis & perpetua, quæ ſanari aut corrigi non posſit: non autem accidentaria & talis, quæ posſit adhibitis remedijs curari.

3. Si impotentia anteceſſit matrimonium, & illa latuit alterum coniugem.

Alia vero longe eſt ratio, quando inhabilitatis vitium ſecutũ eſt nuptias, per aduerſum aliquem caſum, vbi neceſſe eſt, vt ꝑſona integra magis condoleat alteri, & patienter eam crucẽ ferat, quam vt deſerat afflictam. Rurſum autem

autem ſecus iudicatur, ſi quis etiã poſt nuptias, ſeipſum ferro vel pharmacis, *dεια opera*, fecit inhabilem ad matrimonium. Ibi citra dubitationem perſona integra & ſana pronuntiatur libera.

QVÆSTIO VI.

An impotenti matrimonium ſit permittendum.

DE iure certum eſt, matrimonio interdici frigidis & impotentibus: hac conditione tamẽ, ſi non ſit, quæ velit illi (cum conſenſu, & ex permiſſione Iudicis) cohabitare, & patienter ferre illius impotentiam: Vbi tamen tales mulieres ſunt monendæ per Iudicem, Eccleſiæ Miniſtros, ne ſeſe in pœnitendas nuptias conijciant. Si enim poſtea maxime de coniugio illo infelici pœniteant, illos nunq̃ poſſe ſeparari. Quod ſi vero mulier monita omnino velit cohabitare tali viro: poteſt illi permitti: Abiſag. certa Sunamitis Dauidi aſſociari ſe paſſa eſt: quam tamen non cognouit David, 1. Reg. 1. Talia matrimonia vulgo vocãtur Josephs Ehe: quia is cohabitauit Mariæ, q̃ tamẽ nõ cognouit. Allegatur hoc caſu dictũ Auguſtini: vt ſi nõ poſſit cohabitare vt coniunx, cohabitet vt frater.

Et hoc pmiſſum memini C. F. An. 93. Et 96 die. 22. Ioã. in caſu I. M. Item in caſu G. W. Anno 1599 29. Martij.

Narrantur à Doctis hiſtoriæ & exempla, vbi piæ matronæ ſæpe multis annis cohabitarunt viris frigidis, &c. Idem factum apud nos annis 12.

Notandum autem in his caſibus non pronuntiari ſententiam aliquam à iudice, ſed per reſcriptum concedi tale matrimonium, & permitti, vt Miniſtri Eccleſiarum tales poſſint copulare: quod ipſis alioquin non eſt integrum in hoc caſu.

Notandum & hoc, differentiam aliquam eſſe inter ſpadones & alios impotentes ex alia cauſa. Baſilius de ſpadonibus ſcribit, poſſe illos vitiare, non autem impprægnare virgines. De his ſatis.

Tutius autem eſſet, tales ſibi & aliis parcere & manere cœlibes, iuxta id Chriſti, Matth. 19. verſ. 12.

SEQVVNTVR QVÆSTIONES aliquot ſingulares.

QVÆSTIO. I. ſingularis.

De Matrimonio leproſorum, ſtultorum, cæcorum, paralyticorum, mutorum, ſurdorum & ſimilium.

QVæri ſolet interdum, vtrum talibus miſeris perſonis, permitti debeat coniugium: præſertim leproſis cum ſana & integra perſona, &c.

Et ſatius quidem foret illos miſeriam ſuam agnoſcere, quam eiuſdem calamitatis etiam alios participes reddere Quod ſi vero dono continentiæ (quod rarum eſſe Chriſtus teſtatur. Matth. 19.) non ſint præditi, & velint quærere adiutoria, atque ea etiam inuenire poſſint, certe cõiugio illis penitus interdici non poteſt.

Monendi tamen prius ne faciant, quod pænitere poſſit tam pars ſana, quam ægra Si enim ſemel conſenſerint in nuptias, nec deſiſtere velint etiam moniti, non poterunt amplius ſeparari, & non locum habet poſtea inter illos diuortium. Quod enim ſemel placuit, diſplicere amplius non poteſt.

De ſtultis vero in ſpecie ſciendum, prius explorari illorum voluntatem, an poſſint conſentire, & an omnino illis ſit propoſitum nubere. Quod ſi patiantur ſibi perſuaderi, vt deſiſtant à propoſito, ſatius eſt illos viuere cælibes. Ideoq; plerunque ſolet exſpectari temporis aliquod ſi vero conſtantes perſeuerent in hac ſententia, quod velint nubere, notandum, ſi deprehendatur in illis tale iudicium, (licet maxime alioquin ſint ſimplices) vt videantur poſſe contrahere, & vitæ neceſſaria vel habeant, vel acquirere, ſi etiã de coniugio recte ſentire, & orare poſſint, &c certe permittendũ illis coniugium: quod à Deo inſtitutũ eſt, vt cedat ad bonũ omnibus. Et adiutoriis magis videntur opus habere miſeræ illæ perſonæ, quam aliæ. Sic concluſum ſcio, Anno 1601. 5. Febr. in cauſa Annæ N. & Iacobi N. vbi neutra pars recte ſapere videbatur.

Notan-

Digitized by Google

Notandum hoc loco breuiter, quod ex Iureconſultis plurimi ſtatuant, etiam ſurdum & mutum poſſe contrahere matrimonium, modo ſuum conſenſum per ſigna declarent. Cum ſolus conſenſus ſit de ſubſtantia matrimonii: qui vel, verbis vel ſignis mediantibus dignoſcitur.

QVÆSTIO II. ſingularis.

Vtrum quis poſſit ducere eam, quam polluit prius per adulterium?

QVæri ſolet, an maritus, qui factus eſt adulter, poſt mortem ſuæ vxoris poſſit ducere eam, cum qua olim viuente vxore commiſit adulterium. Difficulter quidem hoc obtineri poteſt: & merito rariora ſunt exempla. Cōceditur tamen interdum tale matrimonium: in fauorem prolis ſi quis inde natus ſit partus. Allegatur hoc caſu exemplum Matrimonii Dauidis cum Bathſeba 1. Sam. 12. quod poſt mortem Vriæ cum polluta illius vxore initum Nathan Propheta non diſſoluit: licet grauiſſime illum reprehenderit. Vide Luth. Tom. 2. lat. Ien. fol. 295 b. Solēt autem prius diligenter inueſtigari hæ circumſtantiæ.

1. Vtrum non fides matrimonii data ſit ab adultero perſonæ pollutæ, viuente vxore legitima.

2. Vtrum ambo nihil fuerint machinati in necē vxoris defunctæ, &c. Ex cap. ſignificaſti. Si nihil deprehendatur factū, permittitur interdum tale coniugium, vt conſulatur & matri, quæ nunquam alias videtur commodū ſortiri poſſe coniugiū, & proli: Cum infans ex adulterio natus per ſubſequens matrimoniū legitimetur. Permiſſum id An. 99. . Febr. In caſu S. & B. Et eodem An. 20. Dec. In caſu H. & A. Et prius etiam An. 96. 9. Dec. In caſu H. & N.

Multum tamen ſubleuat adulterum, in hoc caſu, ſi mulier illi ignouit delictum, & vt poſt mortem ducat pollutam ipſa rogauit, ſicut in caſu S. & B. ſupra.

Certum autem eſt, nonnullos in contraria eſſe ſententia: quod talibus perſonis non debeat permitti matrimonium. Et ego ſane illud non *niſi ex ſingulari diſpenſatione* fieri poſſe ſtatuo.

Nec

tū nati, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.

Ad tollendam perpetuam hanc infamiā, Matrimoniū, ſæpe illis perſonis permittitur, quibus alioquin iure ciuili illo interdictum eſt: ſicut ex caſu prædicto conſtat.

Magnus enim eſt fauor prolis. cuius potiſſimum habēda ratio: ne præter culpam ſuam, infans per omnem vitam cogatur eſſe miſer.

Et hoc valet etiam in concubinatu. Licet enim is per Chriſtum Matth. 19. verſ. 5. penitus ſublatus, & diuina Ordinatio coniugi, quaſi poſtliminio reducta ſit, tamen interdum apud nobiles aut alias perſonas, cœlibes aut viduatas, tales concubinæ aluntur, & ex illis liberi interdum multi ſuſcipiuntur. Quod quidem nulla ratione laudari aut defendi coram Deo poteſt.

Attamen ſi poſtea talis, matrimonio legitimo iungatur concubinæ, legitimi omnes antea prognati liberi fiunt. Si maxime is in extremis conſtitutus ſuam ducat cōcubinam. Quæ tamen mora & dilectio ſicut excuſari non poteſt, ita maximo cum periculo eſt coniuncta: vbi facile pater morte præuentus, omnes poſt ſe relictos liberos, in perpetuā infamiam cum matre coniicere poteſt.

Si tamen prius interueniat copulatio legitima, quam moriatur pater, vere legitimi cenſendi erunt filii, ante nuptias nati.

Tanta enim matrimonii merito eſt Reuerentia, vt tales non ficte ſed vere legitimati cenſeantur, apud omnes ſanos.

Quæſtionem hanc non eam ob cauſam his ſubiecimus, vt inde quid hæreditatis talib. legitimatis ſit exſpectandū doceamus (illud enim ad ICtos pertinet, quibus etiā id decidendū relinquimus) ſed ideo hoc monere viſum eſt: 1. Vt Miniſtri Eccleſiarum in his caſibus, vbi officium ipſorum imploratur, ad copulandum tales perſonas, minus ſint difficiles: cū videant, omnia in fauorem prolis, & ad cauenda maiora mala atque ſcandala fieri.

2. Vt faciant officium monendo & inſtando apud eos

qui

Digitized by Google

qui cum concubinis viuunt, vt non differant copulationem legitimam,) vſque ad extremum mortis articulum.

3. Vt authores ſint iuuenibus, qui ſpurios generarunt, vt legitimo Matrimonio iungantur cum his, quas ipſi imprægnarunt: ad legitimandam prolem.

4. Vt ſciant honorem legitimatorum tueri & contra imperitos defendere, ſi forte ſint, qui ipſis conuitium facere cupiant, illegitimæ natiuitatis cauſa.

Iuxta tamē illos admonitos velim, ne quicquam in caſibus dubiis temere faciant, vel præcipitanter. Sed perſonas tales ad iudicem prius remittant: atque permiſſionem vel prohibitionem à iudice ordinatio exſpectent. Dico autem de caſibus ambiguis & dubiis, ſicut eſt is, de pollutis per adulterium, & ſimiles alii.

QVÆSTIO IV.

An ebrius promiſsionem faciens de matrimonio, poſsit eandem reuocare ſobrius?

IN hoc caſu qui frequenter admodum accidere ſolet, non eiuſdem omnes ſunt ſententiæ, Theologi & Iureconſulti. Dum illorum nonnulli exiſtimant, hunc cōtractum plane nullius valoris eſſe: alii vero ſtatuunt, quod ſponſalia ebrietate contracta, non poſſint reſcindi, cum matrimonium valeat, etſi dolo contractum.

Rectius tamen ſentire videntur qui inter ebrietatem diſtinguunt, & ſi immodica ſit illa, nihil valere promiſſionem ſtatuunt.

Peccatur autem hoc caſu multifariam, vt plurimum vero tripliciter: & videtur pro diuerſitate circumſtantiarum, diuerſa etiam poſſe pronunciari ſententia.

Loquimur vero de his, qui ſui iuris, & non ſub aliorum poteſtate ſunt.

Primum itaque non raro accidit, vt qui ſobrius neque de matrimonio, neque de certa perſona eligenda cogitauit: is tamen ebrius (vbi ex vino incaluit) ſubito amore inſano tanquam fruore aut febri correptus ex improuiſo puellam, vel viduam amabilem & blandam conſpicatus,

catus.

Digitized by Google

catus, (mouent enim obiecta ſenſus) animum adiiciat ad abiendum illius nuptias

Vbi tum nulla habita ratione ætatis, conditionis, nulla inquiſitione data in adamatæ mores & vitã ante actam, fidẽ matrimonii, cœco quodã vini & Veneris ductu, illico dare ſolent homines ſtulti ignotis & nunq̃ antea viſis Interdũ etiã moniti ab ipſis adamatis, vel parentibus, nõ ceſſant vrgere promiſſionẽ, atq; quoſcunq; obuios in hãc ſententiam pertrahunt, & vehementer orant, vt adſint & hos ipſorum conatus aſque mora iuuent, promoueant.

Et quando plus biberunt (ſolent enim vt plurimũ hæc inter pocula vrgeri fortius) tanto maiori impetu feruntur ad nuptias adamatarum: præſertim vbi illæ ſciunt vti foro. Multæ enim iã volunt, mox nolunt, & denuo blandiuntur, ſibiq; ſemper contrariæ pugnant, vt Mantuanus habet **Daß iſt alle Frewd vñ aller guter Will.** Nec poſſunt perſuaderi proci, vt tractationem illius rei differant in craſtinum. **Es muß von ſtund an ſeyn.** Tum ſibi ſponſus ebrius videtur eſſe fœlix, & multum ſapere: mox ſponſus recens, eam ſuam ſponſam vocitare, quam furenter amat, puellæ parentes nomine patris & matris, ſoceri & ſocrus compellare, atque affines & quoſcunq; præſentes ſibi multis verbis deuincire ſolet. Et ſic quidem colloquia & compotationes atq; ebriæ & vinoſæ Matrimonii tractationes, in multam ſæpe noctem protrahuntur.

At mane facto (cum ebrius crapulam exhalauit) vbi de heſternis ſponſaliis cogitat, dicta & facta heſterna ſecum animo voluit, ibi tum ſobrius & pœnitere de promiſſis, & crines vellicare incipit, mox reſilire, fidem datam negare, per ebrietatem omnia excuſare, & de reſcindendo contractatu heſterno cum amicis agere tentat, Deum Dearumque omniũ opem implorat, aureosq; montes promittit, dummodo heſterna promiſſio irrita fiat.

Hoc caſu ego quidem iudicio ſobrium teneri ſeruare promiſſa, quæ fecit ebrius, præſertim ſi ne monitus quidem ab incepto voluit deſiſtere, & iuſtæ ætatis, atque ſanæ menti[illegible]mo ſit. Neque

Neque enim ebrietas peccatum excuſat, ſed duplicat. Et ſi quidquam perpetratum ab ipſo fuiſſet per iſtam ebrietatem (puta ſi vel alicui vim aut conuitium feciſſet aut pulſaſſet & vulneraſſet proximum, aut aliud patraſſet ſcelus) nullam certo mereretur excuſationem, ſed pœnæ ſubiiceretur Ideoque nec hac in parte excuſandus erit: quod rem ſanctam tractauit ebrius, aliter quam decebat. Non enim ludum patitur illa ſacra coniugii ordinatio. Et quod ſemel placuit ebrio, ſobrio diſplicere non poterit, iuxta regulam II

Secundus caſus quoque non eſt rarus apud noſtrates. Accidit enim ſæpe, vt dum vel parentes cupiunt ſuas extrudere filias, vel cognati aut etiam alii homines leuiculi, illas quibus fauent, venales quaſi exponere cupiunt, ſoleant ineſcare iuuenes aut viduas, inſtituendo conuiuia compotationes, choreas & ſaltationes, & ad illos conuentus, per ſuos internuntios & proxenetas (plerumque vetulas aut homines leues qui iſthæc curant probe) inuitando, quos petunt.

Et tunc producuntur venales illæ merces, mirum in modum commendantur, vel à cognatis, vel à perſonis illis intermediis.

Sed & illa, vel puella vel vidua: quæ ſic venum exponitur, vti & ſuis edocta eſt, conſilio ſpeculi gerit omnia: labra mouere diſcit, & inſpecto vultu componere vitro; Incedens humeros diſcit vibrare nateſque: vt habent verſus Mantuani.

Ibi tum ſtultus adoleſcens, vel viduus, neſciens ſibi paratas inſidias, (ſicut ille qui ad adulterā vocatur Prou. 7 v 23) amore puellæ exardens, vini libidinumque flammis accenſus, & totus excœcatus, audit de nuptiis tractari & (dum ſtrenue interim potatur) magis magiſque implicatur his rebus, vt modum neſciat imprudens quomodo ſe extricare poſſit: & nolens volens interdū (toties & tam blandis verbis compellatus) cogitur præſentibus ſpem de futuris nuptiis facere, aut matrimonii fidē dare.

Sic

Sic certe multi miſeri velut hamo capti, ipſi fere neſciunt, quid promittant; dicant faciantue. Ideoque poſtquam ab illis abierunt, pœnitent ad ſuos reuerſi; fidemque datam ſeruare nolunt, & conſilium tamen non inueniunt, quomodo honeſte, promiſſionem ſtulte & temere factam, retractare poſſint.

Tum vero vnicum id ſibi effugium patere opinantur, quod ipſis vino & alijs rationibus incſcatis, inuitis & nihil tale cogitantibus, aſt dolo malo circumuentis, tales ſponſæ obtruſæ fuerint: quarum nuptias non ambierint vnquam: Sicut tales quærelæ ſæpius audiuntur paſſim.

Cupiunt itaque vel iniquiſſimis cōditionibus ab illis liberari, cum quibus ſe in matrimonio pie & honeſte viuere poſſe negant.

Quamuis autem talibus ſtultis conuiuis non fieret iniuria, ſi officio iudicis cogerentur ad ſeruandū promiſſa: vt ſic alij porro cautius mercari, & eiuſmodi loca ſuſpecta & conuenticula (iuxta doctrinam Syr. 9. v. 3. & ſeq. Prou. 23. v. 29. & ſeq.) vitare diſcant: tamen mitius cum his agendum & liberos pronuntiandos puto.

His tamen conditionibus ita pronuntiandum cenſeo.

1. Si res adhuc ſit integra; & non interuenerit copula carnalis;

2. Si tales doloſe inducti, ſint laudatæ & honeſtæ famæ homines.

3. Si non quęſierint occaſiones eiuſmodi nuptiarum:

4. Si poſt primam infœlicem illam inuitationem abſtinuerint, ab eiuſmodi conuentibus.

5. Si non ipſi conuiuijs & conuentibus talibus intereſſe cupiuerint: aut occaſionem dederint, &c.

Porro quantum ad illos omnes attinet, qui ſic videntur fruſtrari ſpe ſua; non fit illis iniuria. Quia ſi doloſe induxerunt alios; certum eſt quod ne mica quidem honeſtatis in ipſis ſit. Etenim viri boni, honeſtæ item matronæ, aut virgines; iſtas artas non tractant, nec ſic doloſe & nefarie agunt.

procos iudico: vt Conſiſtorij Matrimonialis auxilio & iudicio poſtmodum non ſit opus.

Debet etiam Magiſtratus in illos animaduertere, ſi ſæpius recurrant & modum excedant.

QVÆSTIO V.

Vtrum liceat ducere coniugem infidelem, Ethnicam vel Iudaam, aut aliam de Religione diſſentientem?

HAnc quæſtionem etiam D. Philippus Melanthon in libello ſuo de coniugio edito Anno. 1551. propoſuit: & primum approbauit Canones, qui prohibeant ducere Ethnicam & hæreticam. Idque bono conſilio conſtitutum eſſe affirmat. Quia etiam lex diuina prohibuerit coniugia cum Philiſtæis.

Addit autem, tenēdam eſſe hanc regulam: quod Euangelium non aboleat politias, ſed concionetur de interna cordis iuſtitia. Inter ea inquit, ſinit nos in vita æterna vti legibus Politicis non pugnantibus cum legibus naturalibus. Ideo Paulus iubet vt retineant Chriſtiani coniuges, qui volunt manere in eodem coniugio, etiamſi non amplectantur eandem Religionem. Adducit exemplum matris Auguſtini, quæ manſerit in coniugio hominis Ethnici & aſperi, qui ipſius obſequijs motus ad Chriſtianam religionem ſit conuerſus, &c.

Videtur autem diſtincte ad hanc quæſtionem reſpondendum. Et primum quidem, ſi Chriſtianus gentilem vel Iudæam, quæ à ſua religione nolit diſcere, ducere velit, certum eſt, bona conſcientia vel non quærendum, vel tamen non permittendum matrimonium. Quia Deus ipſe prohibet matrimonium contrahere, cum Cananæis & gentibus Idololatris Deut. 7.

Atque grauiter reprehenditur factum Salomonis, qui duxit Gentiles vxores, inde factus & ipſe leditur Idololatra. 1. Reg. 11.

Et iura prohibent Chriſtiano ducere Iudæam.

Si vero infidelis perſona ſpondeat ſe tranſituram ad veram religionem, alia erit ratio.

Alia etiam eſt ratio de his, qui ſunt de Eccleſia (licet diſſideant in quibuſdam capitibus religionis) quam de his, qui Chriſtianam fidem oppugnant.

Quanto vero cum periculo ſit coniunctum, ſi iungantur diuerſæ religionis coniuges, illud in Promptuario Connubiali oſtendimus

Alia quoque eſt ratio, ſi ambo coniuges ſint infideles, & alter ex illis amplectatur Chriſtianiſmum: alter in errore & infidelitate permaneat. Tum non poſſe fidelem deſerere infidelem, nec etiam illos debere ab inuicem diſcedere, Paulus teſtis eſt. 1. Cor. 7. Et ſpem eſſe, quod fidelis infidelem poſſit lucrari, aut ſeruare: quod per ſanctam conuerſationem tentandum Petrus manet. 1. Pet. 3.

QVÆSTIO VI. ſingularis.

De matrimonio iuuenis & vetulæ.

LIcet tale matrimonium non ſit prohibitum, offendi conſtat tamen plurimos ex vulgo imperitos, hoc cōtractu. Cum igitur prohiberi non poſſit, (ſiquidem non vnus tantum finis eſt matrimonij, ſed plures, at vero cōtractus talium huic fini reſpondet, de quo 1. Cor. 7. ad vitandam fornicationem coniuges fieri debere, qui continere non poſſint) erunt nonnulli de hoc coniugio admodum ſiniſtre iudicantes nec pro vero illud matrimonio habentes, non minus, quam ipſi contrahentes, hoc loco paucis admonendi.

Sciendum itaque tale matrimonium ratione illius finis, de quo iam diximus, verum eſſe poſſe matrimonium. Et propterea non improbandum, vel impediendum (ſi iam ſit facta promiſſio) ab his, qui conſilium ſuum ſubminiſtrare debent hoc caſu matrimonium contracturis.

Satius autem eſſet, de euentu prius cogitare, quam fiat promiſſio. Sic enim & vetulæ & iuuenes, rebus ſuis rectius conſulere poſſent.

Alia ratio eſt de ſene & iuuencula, vbi certe proles videtur ſperari poſſe.

2. Non

Digitized by Google

2. Non vero temere talia matrimonia contrahenda iuuenibus, propter nummos: cum ſic non minima parte diuinæ benedictionis carere cogantur.

1. Non pertinet ad illos benedictio illa, creſcite & multiplicamini, &c. quæ ſane fuit maxima. Gen. 19.

2. Facile capit illos ſatietas, & pœnitet duxiſſe inuicē, vbi furor ille inſanus deferbuit, vel nummi deficiunt.

3. Comitatur tales nuptias plerunque grauis illa carnificina, zelotypia. Nunquam enim vel rariſſimi tamen iuuenibus fidunt vetulæ. Exempla ſunt odioſa.

4. Nec vnquam felix eſſe poteſt coniugium. Cuius fundamentum fuit auaritia aut cupiditas pecuniæ. Vide 1. Tim. 6. Et Syr. 25. v. 29.

5. Laquei iniecti iuuenibus, plerunque multum damni dant, & cauſa ſunt multorum malorum, ſæpe etiam infamiam attrahunt. Ergo ſi qua voles apte nubere, nube pari, & ætatis, morum atq; alia ratione. Et imprimis nubendum *in Domino* 1. Cor. 7. Et hæc quidem hactenus de cauſis Matrimonialibus dicta ſufficiant, &c.

Quamuis autem plures & pene infinitæ aliæ quæſtiones occurrant, quæ forſitan nonnihil poſſunt torquere iuniores Eccleſiarum Miniſtros, qui meliores hactenus & accuratiores de coniugii varijs caſibus commonefactiones habere non potuerunt: (cum antiqua Theologorum de his caſibus ſcripta iudicia (vt Brentij, Philippi Melanthonis & aliorum) iamdudum diſtracta, Iureconſultorum vero conſilia ipſis non ſatis cognita ſunt.) mei tamen instituti non fuit, omnes & ſingulos caſus difficiles & dubios hoc loco explicare. Cum plurima in illis occurrant, quæ magis ad Iureconſultos, quam ad Theologos pertinent: quibus illud etiam ex iure ciuili & communi decidendum committitur. De quibus ſupra in præfatione plura.

Cum Luthero enim ſentio, illa omnia, quæ non cum ſubſtantialiis matrimonij conſcientiæ caſus permixtos habent (vbi ex verbo Dei conſcientiis ſubueniendū eſt)

Digitized by Google

iureconſultis committenda eſſe. Vocantur illi *Sacerdotes iuſtitiæ.* Et ſane ſi officij ſui partes ſedulo exſequuntur, & non dicunt malum bonum & bonum malum, nec ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras [Eſai. 5. verſ. 20.] nec conuertunt iudicium in fel, aut fructum iuſtitiæ in abſynthium, (Amos 5. verſ. 7. & 6. verſ. 12.) ſed ſubueniunt oppreſſo, quærunt iuſtitiam & iudicium, defendunt viduam, iudicant pupillo (hoc enim requirit ab ipſis Dominus Eſai 1. v. 17.) certum eſt, ampliſſima illis præmia, & ipſam quoque iuſtitiæ coronam eſſe repoſita: quam impoſiturus eſt Deus *iuſtus iudex* omnibus diligentibus aduentum eius, & fidem cum bona conſcientia ſeruantibus. 2. Tim. 4. v. 8. 1. Tim. 1. v. 19. Faxit hoc Deus vnus & trinus benedictus in ſecula. Amen.

* *

*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google